
EX
LIB
RIS



PAUL R. MAGOCSI





Theodorus Koriathovics, Princeps Ruthenus, Dux de Munkács, et Podoliæ Basilianorum ad Munkács Fundator Anno. 1360.

Binder. Sc.

109

BREVIS NOTITIA

FUNDATIONIS

THEODORI KORIATHOVITS,

OLIM

DUCIS DE MUNKACS,

PRO

RELIGIOSIS RUTHENIS

ORDINIS SANCTI BASILII MAGNI,

IN MONTE CSERNEK AD MUNKACS,

ANNÓ MCCCLX. FACTÆ.

EXHIBENS

SERIEM EPISCOPORUM GRÆCO-CATHOLICORUM

MUNKACSIENSIUM,

cum præcipuis eorundem aliorumque Illustrium Virorum Gestis, è variis Diplomatibus, Decretisque Regiis, ac aliis Documentis authenticis potissimum concinnatam.

PARS PRIMA.

AUTHORE

R. P. JOANNICIO BASILOVITS,

Ordinis Sancti BASILII Magni,

In Vener. Monasterio de Monte Csernek ad Munkacs

PROTO-HEGUMENO.

CASSOVIÆ,

EX TYPOGRAPHIA ELLINGERIANA 1799.

JUDICIUM seu SENTENTIA
DOMINI CENSORIS DE HOCCE OPERE.

Adum Rdo, ac Eximio in Christo Patri Joannicio Bazilovits, Ord. S. Basilii M. in Ven. Monasterio de Monte Csernek ad Munkats Proto-Hegumeno,

VIRO ERUDITISSIMO

JACOBUS FERDINANDUS DE MILLER
S. R. I. Eques,
In Incl. Comit. Biharien. Tab. jud. Assessor,
AA. LL. & Philosophiæ D. Societ. Erud. Hungaricæ in Transylvania
Membr. correspond. in R. Acad. M. Varad. Facult. Jurid. Pro-Senior,
Histor. Univers. & Statistic. P. P. O. & Libror. Revisor
District. Reg. S.

Si me tantum esse liceret, quantum me certo non esse sentio, de Fundationis Koriathovitsianæ Historiola judicium (uti nuper a me petiisti) non authoritate Censoris, cui præclara Authorum specimina ex fine Civitatis, & ratione Status æstimare incumbit, sed ab intelligentia Literatoris, qui eruditis fœtibus ab emolumento in Rempublicam litterariam pretium constituere solet, sincere profectum, Tibique fortassis non ingratum lubens depromerem. Sed quia illorum numero haud accenseor, neutiquam aliam, quam boni duntaxat Patriæ Civis de conatibus Tuis Sententiam a me expectare potes. Eapropter sensum meum sine

fuco adperio, & me intervolvendum Manuſcriptum Tuum mirifice recreatum fuiſſe, veriſsime profiteor. Quanto enim majori cum voluptate per octennium Hiſtoriam domeſticam publice interpretatus ſum, tanto etiam facilius divinare potes, me rerum patriarum illecebris vehementer abripi. Tu profecto Vir eruditiſsme! novum, & immortale Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Hungariæ monumentum poſuiſti. Primus ſcilicet, quod ego ſciam, omnium es, qui Hierarchiam Græcam in Hungaria illuſtrandam ſuscepiſti, & opellam Tuam ad guſtum mox defluentis Sæculi accomodaſti, quin ſentibus Te implicare perrexeris, ſtirpis Koriathovitsianæ natales authoritate Scriptorum Polonicorum fidedignisſimorum, contra quosvis contrariæ opinionis æmulos vindicaſti, & contra adverſarium, qui Ruthenorum in Hungaria majoribus unionem cum Eccleſia Romano-Catholica abnuere ſubleſto aliquo deceptus inſtrumento literario contendebat, ſine jurgiis, quæ ſciolis tantum in more poſita ſunt verum ſumma cum modeſtia diſputaſti ſeriem Præſulum Munkatsienſium, eorumdemque in Deum, Regem, & Patriam merita fide diplomatica, Rescriptorum regiorum, aliarumque publicarum litterarum teſtimoniis elucubraſti: obſcuriores narrationes ad leges Artis criticæ (ſine qua quid ſunt Hiſtoriæ aliud, niſi aniles Fabulæ) revocaſti; ortum, & progreſſum Sancti Baſilii in Hungaria paucis quidem, attamen ita perſpicue docuiſti, ut Hiſtoriophili rurſus e tuo com-

pen-

pendiolo argumentum ducere queant certifsimum, historias Religiosorum ordinum pafsim talia complecti, quæ etiam cum civili republica nexum habent, quæve fruſtra apud profanos ſcriptores perſæpe quæruntur. Placet etiam, quod Gentis Tuæ inter Hungaros primordia, antiquas eorum Sedes, & fidelitatem erga Principem ſubinde interſperſeris. Verbo denique: tantum in probo hoc Tuo labore præſtitiſti, quantum neceſſum fuerat ad excitandum deſiderium etiam cæterorum Episcopatuum M. Varadinenſis, Criſienſis, & Fogaraſienſis initia, ut poſteritas ſubſequentium temporum annales ſuos his olim ſuperſtruere valeat, proxime in Chartis videndi, ac legendi. Si laudum encomiis pretioſus iſte ingenii tui partus commendandus foret, laus Tibi omnino ſtatuenda eſſet maxima, quod ea in meridianam produxeris lucem, quæ hactenus conſepulta fuerunt tenebris. Interim ad perennem Nominis Tui gloriam ſufficiat, Patriam abs te novo auctam, talique donatam eſſe ornamento, quod nemo non rerum patriarum ſtudioſus optare poteſt, ut quanto ocius typis excudatur, & divulgetur. Hoc profano de ordine hominis quantumcunque ſuper literario Tuo molimine judicium ne aſperneris, Tuisque Vir eruditifsime! familiaribus ut me adnumeratum habeas, velim, ac vale. Dabam Magno Varadini, ad diem 4. Novembr. Anno M. DCC. XC. IX.

PRAEFATIO

AD LECTOREM

Monaſterium Sancti Nicolai, *Episcopi et Confeſſoris, in* monte Csernek *ad Oppidum* Munkacs *ſitum, quod olim Princeps Ruthenus* THEODORUS KORIATHOVICH, *Dux de Munkács curaverat conſtrui pro Religioſis Ruthenis, Ordinis Sancti Baſilii Magni,* FUNDATIO *quoque ipſa Anno* 1360. *pro iisdem* (*perennali Faſsione mediante*) *per Ducem hunc facta, multa ſæpe adversa ſubierat fata, direptis tam mobilibus quam immobilibus Bonis, Tenutisque omnibus, Prælatis ſeu Superioribus, cæterisque Religioſis violenter abactis Monaſterium identidem deſolabatur. Interea tamen omni ferme tempore præſto erant Protectores ipſi Reges Apoſtolici, qui illud, juraque illius adverſus violentos Invaſores tuiti ſunt, defenderuntque; inter cæteros* Mathias *Anno* 1488. *Jus deſumendi decimam vini* de Ivány-hegy *adverſus quemdam Parochum Munkacsienſem Benedictum nomine tuitus eſt:* Maximilianus II. *adver-*

ſus

sus Franciscum Bay *Præfectum*, Joannem *item* Szent-Benedeky, *Provisorem*, *cæterosque Dominii Officiales in Jura Monasterii involantes Anno* 1569. *Authoritatem Regiam pro iisdem tuendis clementer interposuerat. Egit similiter* Rudolphus, Mathia *Fratre suo Archi-Duce mediante Anno* 1601. *pro Sergio Episcopo;* Ferdinandus III. *pro Episcopo* Basilio Taraszovits *adversus* Georgium I. Rakoczy *Transylvaniæ Principem Jura Monasterii protegens Anno* 1641. *et subsequis.* Leopoldus I. *pro* Petro Parthenio *Episcopo*, *Juribusque Monasterii redintegrandis apud Principissam Sophiam Bathory interposita Authoritate Regia agebat*, *Anno* 1660. *et Anno* 1692. *Monasterio Fundationalia Bona in integrum restituta*, *ac sub Episcopo* Josepho de Camellis *effective resignata idem Imperator*, *et Rex Apostolicus mediante Diplomate confirmavit: Promotore Strigoniensi Archi-Episcopo*, Leopoldo à Collonich.

Denique clementissime dictum Religiosum Conventum protegebat Augusta Domina Maria Theresia, *docente Benigno intimato sub die* 13. *mensis Septembris. Anni* 1751. *medio Excelsi Consilii Locumtenentialis Regii Hungarici ad fatum Conventum directo.*

Rea-

Realitatem FUNDATIONIS *præattactæ, qui vellicare attentaſſet ad Annum usque* 1785. *nemo inventus fuit hactenus, ſolus* Comes Ignatius Battyany, *Excellentiſsimus Præſul Tranſylvanienſis. Hanc primo impugnare cœpit in opere ſuo, cui titulus præfixus habetur* (Leges Eccleſiaſticæ Regni Hungariæ &c. Studio, & Opera Ignatii de Battyán Episcopi Tranſylvanienſis collectæ, & illuſtratæ, Tomus I. Albæ-Carolinæ *Typis editus An.* 1785.) *Hic Præſul pagina* 514—515. *ſub B aſſerit* FUNDATIONEM *Monaſterii Sancti Nicolai prope Munkacs à* Theodoro Koriathovits *Anno* 1360. *factam, et à Patre Nicolao Schmitth in* Episcopis Agrienſibus Tomo I. *mihi pagina* 269. *relatam, eſſe ſuppoſititiam, false, et inique confectam: Occaſionem ita ſentiendi Comiti huic præbuerat confictum quoddam Privilegium pro parte Parochi Munkacsienſis Dionyſii, ſub nomine Ducis Joannis Corvini de Hunyad de Anno* 1493. *compilatum. Ex quo præterea, et alia quædam corollaria deducere adniſus, dicit Ducatum Munkacsienſem, ſi innitatur Diplomati à Patre Schmitth producto, una cum tercentis pagis evanescere: ſiquidem Joannes Corvinus Ducem Podoliæ nominat, Schmitth vero Ducem Munkacsienſem; ipſe proinde titulus Ducis Munkacsienſis indi-*

cium

cium facit imposturæ; inquit ille. Hoc fictitio Corviniano Privilegio, pro vero et genuino vendicato, infert, cuncta eidem contraria suppostititia esse: suppostititium proinde esse Diploma à Patre præattacto Schmitth productum, hinc, an Dux ille Munkacsiensis unitus fuerit cum Ecclesia Romana? gratis omnino torquere se Schmitthium dicit prælaudatus Præsul: neque scio inquit, cur existimari debeat fuisse Græci Ritus Koriatovits ille, cum S. Stephanus, Latinus utique Monialibus S. Basilii Egregiam fecerit Fundationem, quin potius ex sententia nostra utcunque inferri posset Latinum fuisse, cum hospitali Beregszásziensi Fundatorem semet exhibuit.

Simili, ait, vitio laborat Mathiæ Regis Statutorium Mandatum ad Conventum de Leleſz in Favorem Lucæ Plebani Rutheni datum Anno Christi 1458. *apud Clarissimum Pray in* Hierarchia Ecclesiæ Hungaricæ *pag.* 379.

Lucæ Presbytero successisse Joannem Episcopum, qui primus nomen Episcopi Rutheni assumpsit; Lucas enim adhuc Anno 1488. *in Diplomate alio Mathiæ Regis Religiosus Presbyter dicitur, et narratur, quomodo ad colligendas decimas homines suos mittens à Plebano Latino Benedicto de Ivány verberibus affectus fuerit, hunc ipsum Lucam Prædecessorem Joan-*

 nis

nis Episcopi nominat sententia nostra: unde recte ait loco citato charissimus Amicus noster, primum fuisse Joannem, qui titulum Episcopi gessit.

Advertendum tamen (inquit ille) totam illam seriem Episcoporum Munkacsiensium, ab eodem Amico nostro in Hierarchia Ecclesiæ Hungaricæ *contexta locum non mereri; utpote cum Joannes primus fuerit Episcopus, et is neque Catholicus, neque Munkacsiensis, verum Ruthenus, et Schismaticus, subreptitius itaque prouti Privilegium Kiriatovicsianum. Etenim à Joanne omnes usque Parthenium fuisse Schismaticos, ipsa Unio Ungvárini Anno* 1649. *feliciter transacta docet, deinceps nullum ibi viguisse Episcopatum, sed antiquos fuisse Vicarios Apostolicos, omnes secundum Concilium Lateranense IV. Episcopi Agriensis Vicarios, pariter certum est, debentque Episcopi deinceps futura sua incunabula Clementi XIV. Summo Pontifici, qui Vicarios jussit esse Episcopos — — —*

Hucusque Comes Battyány *loco citato.*

Vanæ sunt omnes præattactæ conjecturæ Battyanianæ ficto Hunyadiano (et pro basi habito) innixæ Privilegio, quo nullatenus subsistente, ut suo loco patebit luculenter, in hoc præsenti opere suapte eva-

ne-

nefcunt, novellaque hæc ejus fententia arenæ fuper-ftructa convellitur. Realitas Fundationis Koriatho-vicsianæ *adftruitur; Series Græco - Catholicorum Epifcoporum Munkacsienfium authentice concinnatur, et res eorum egregie patratæ cum adjunctis nonnullis, aliorum item Illuftrium Virorum gefta memoratu digniora recenfentur.*

Itaque Liber hic; utpote: Brevis Notitia Fundationis Theodori Koriathovich.

I. *Complectitur Ducis hujus Originem, Genealogiam, Gefta, Religionem, ingreffum è Podolia in Hungariam: de quo* Ladislaus Turóczy *mentionem facit: Comitatus inquit Bereghienfis — — — habet Comitatus Ditionem Munkacsienfem ad trecentos Pagos numerantem præter Arcem, cum Oppido, quorum Dominus, Dux quondam Munkacsienfis audiit. Arx ipfa, et fama, et cultu, et ftructura, longe ac dici pofsit celeberrima, jacet in monte ad Latorczam fluvium, patentibus circum undique campis confpicuo eoque altifsimo. — — — —*

Turoczi Hungaria fuis cum Regib. data Anno 1729. *Tyrnaviæ* editaHift. pag. 153. § V.

Author operis tanti eft Theodorus Keriathovicsius *ad Annum* MCCCLX. *fub* Ludovico I. *Dux Munkacsienfis.*

 Trans

Trans Latorczam amœno in colle Abbatia S. Nicolai Græci Ritus Munkacsienſe deſpectat Oppidum. Idem pag. 154. *Habet adjunctum Cœnobium Baſilianorum. Utriusque Fundator idem Theodorus, qui Arcis primæ, in qua deſcendit fons ille nominatiſsimus, domito pariter invicta conſtantia ſaxo, et ſupra quinquaginta orgias excavato. Arci huic meridiem verſus alteram addidit Annus* 1628. *et Palatia multiplicavit. Tandem Annus* 1630. *adjecit tertiam, utraque ſeptem numerat propugnacula, et altitudine, et ſoliditate eximia. Geminas has Arces æs* Rakoczianum *condidit. etc.*

In adverſo monte ex parte Oppidi poſuerat Baſilianas Uxor Theodori *Dominica, modo hic lapis, et ruina.*

Nicolaus Iſthvanfius *Pannonius Regni Hungariæ* Hiſtoriæ *pagina* 308. *hæc ſcribit:*

Ea (Arx nempe Munkacsienſis) eſt ad rupem miro Naturæ artificio, patentibus in campis, nulla montium contigua ſerie enatum ædificata, quam Theodorus Qveriatovitsius *Princeps Ruthenus, cum* Caroli *et* Ludovici *Pannoniæ Regum permiſſu arci dominaretur magno, ut videre eſt, et indomito labore prœalta et profunda foſſa in ſaxeo ſolo circumcinxit, ac-propugnaculis munivit etc.*

Ani-

Animadvertendum illud hic, quod Dux ille Theodorus *à Patre ſuo* Koriath *nominato cognomen* Koriathovich *ſortitus, à nonnullis Scriptoribus etiam nominetur* Keriatovich, Queriatovits, Kiriatovits; *hujus differentiæ fortaſsis anſam dedit ipſum Originale Collationalium Inſtrumentum Poſonii in Archivo Archi-Capituli aſſervatum Gothicis Literis exaratum, propter conjunctionem literarum in hoc cognomine interventam, ut videre eſt in vocibus ex ipſo Originali cum imitatione deſcriptis, videlicet:*

Nos Teodorus Kriatovich
Dux de munkach--Dat
in munkach octavo die
mensis marty anno Dm̄
ccccx--Bobouysche-Lauca
--Orozviq-vind-siligines

 En!

En! vox Kriatovich *habet literam primam* K *dubiam quaſi Schlavonicam conjunctam cum litera parva o, hinc nonnulli pro* Ke *alii pro* Que *legunt, proinde genuinum cognomen* Koriatovics *in tranſumpto Authentico mutatum in* Keriatovich, *quod indicare ſufficit.*

II. *Exhibet Liber is Seriem Munkacsienſium Epiſcoporum, qui cum Decretis Regum Hungariæ, aut Principum Tranſylvaniæ in Munkacsienſes Epiſcopos nominati ſunt, qui Populum, Ruthenum, et Valachicum Græci Ritus ſibi Divinitus commiſsum in Fide Catholica inſtituebant, ac conſervabant à dogmate Photiano alieni, uno, alterove fortaſsis excepto ſub Principibus Tranſylvaniæ Acatholicis à Fide Catholica violenter avulso, atque deturbato, Clero, et Populo aliqua ex parte Paſtorem ſuum ſecutis, aut vi, et potentia abductis, atque in errorem inductis, qui iterum pace, et tranquillitate reſtabilita in Regno, Clerus hic, et Populus pœnitentia ductus Zelo potiſsimum et Opera Apoſtolica Epiſcoporum Munkacsienſium in gremium S. Matris Eccleſiæ Catholicæ confeſtim revertebantur: Conſule diligenter Librum hunc, benevole Lector! et ſignanter expendito Sermonem de Sacra Unione Epiſcopi* Manuëlis Olſavſzky,

huic

huic Libro inter ejusdem acta inſertum, et alia aliis in locis contenta, reperies clara Zeli illius Documenta.

III. *Complectitur varia Diplomata, et Decreta Regia in favorem Cleri, Populique Græco-Catholici clementer emanata.*

IV. *Res geſtas complurium Illuſtrium Virorum, item*

V. *Origines, et Incrementa nonnullorum Monaſteriorum. Denique*

VI. *Canonizationem, ac Fundationem Epiſcopatus Munkacsienſis, Capituli, Seminarii, Sedisque Epiſcopalis Munkacsino Unghvarinum translationem, Dotationem, aliaque complura Cleri, ac totius Diœceſis Statum concernentia, exhibet, atque comprehendit.*

Tribus Partibus abſolvitur Opus hoc:

PARS I. Deſcribit Originem Principis Theodori Koriathovics, *ejus ingreſsum in Hungariam,*


res

res item geſtas cum ſerie Epiſcoporum à Joanne I. *Epiſcopo Munkacsienſi usque* Methodium Rakoveczky *incluſive.*

PARS II. à Joſepho de Camellis *usque ad* Gabrielem Blaſovſzky *XVIII. Epiſcopum Munkacsienſem.*

PARS III. à Manuele Olſavſzky *usque ad modernum Præſulem* Andream Bacsinſzky, *geſta præcipua brevi narratione comprehenſa continet.*





BREVIS NOTITIA

FUNDATIONIS

KORIATHOVITSIANAE

PRO

Religiosis Ordinis S. BASILII Magni Ruthenis ad Oppidum Munkacs factæ.

PARS I.

CAPUT I.

De Origine Lithvaniæ Principum Koriathovitsiorum.

KORIATHOVITSIORUM Lithvaniæ Principum Patriarcha VITENES fuit Eiragolâ Samogitiæ Oppido oriundus, à *Cæsarino Columna* Principe Romano genus ducens. Occasione Civilis Belli Cæsarem inter, &

Pompejum habiti, cum *Palæmone*, five *Publio Libone*, ex hac Familia condeſcendentes Heroes, ad oras Septentrionales erant Claſsibus delati; Quemadmodum Libro 2do & 3tio probat *Strikovius;* atque de ſtemate eorundem *Vitenes* hic puer adhuc, dum cum ſibi paribus in arena colluderet à *Troydeno Romunti* Magni Lithvaniæ Principis Filio à Bello Pruſsico reduce, atque per Eiragolam transeunte, ob formæ, qua erat præditus elegantiam Patrio ſolo ſublatus, in Troygeni, qua tunc jam magni Principis Aula primum Cubicularii, tum Magiſtri Curiæ, ſeu Mareſchalci Officio fungebatur, tandem poſt fata Troygenii Principatu Lithvaniæ conſenſu Procerum Succeſſor ejusdem, magnusque Princeps Kiernoviæ Anno 1283. renunciatus eſt, atque adeo Linea M. Principum Lithvaniæ de Stemate Columniorum prius interrupta ab eodem denuo initium ſumpſit, & ſpatio quatuor Sæculorum Succeſsionis filum continuatum exſtitit; referente *Alberto Kojalovits Hiſtoriæ Lithvaniæ* parte I. Libro 6to pagina 175. & 177.

Stricov. Lib. 9. c. 4.

Idem Lib. 10. c. 1.

§ II. Initia Principatus ſui à Bello ſumpſit *Vitenes*. Hic multis Victoriis, proſperisque progreſsibus clarus, tandem ætate, Bellorum cura, variisque eventibus confectus, cum Annos duos, & viginti imperaſſet, occubuit Anno 1315.

Kojal. pag. 242. & 243.

§ III. Viteni mox Anno eodem ſucceſsit immediate *Gediminus* natu minimus ejusdem Filius, cui præter aliquot

quot Filias (quarum unam Aldonam nomine, alias Annam, qua Chriftianam *Casimiro* Regi Poloniarum, aliam vero *Venceslao* Mazoviæ Duci elocaverat in Matrimonium) numerofa fatis mafcula proles: à Strikovio recenfentur Filii numero feptem: utpote, *Montividus*, *Narimundus*, *Olgerdus*, *Kieystutus*, *Lubartus*, *Jawnutus*, & *Koriathus:* quos dum hæredes Bonorum fuorum fcriberet, conftituit *Montividum* in Kiernow &c. *Narimundum* in Pinsk &c. *Olgerdum* in Krevo &c. *Kieystutum* in Troki, Grodno &c. *Lubartum* in Volodomiria, & Volinia, *Jawnutum*, quem etiam Succeflorem in Principatu defignaverat in Vilna, quæ Gentis caput erat &c. *Koriathum* Hæredem, & Principem conftituit Novogrodenfem Ducatus in Lithvania, & Dominum in Volkovisko: Id præftitit providus Princeps, ut discordiarum materies inter Filios mature fubtraheretur. Præfuit Lithvaniæ *Gediminus* Annis 14. atque in expugnatione Arcium Friedburg & Beuer in Samogitia à Cruciferis trajectus, ac Vilnam delatus, & Campo Svintahora nominato folenni Æthnicorum ritu elatus, crematus eft. Siquidem Magni Lithvaniæ Duces ad id tempus Gentiles, ac Idololatræ fuerant; Filii Gedimini primi Religionem Chriftianam Ritu Græco amplexi, folo Kieystuto ad mortem usque Gentilismum retinente.

Kojalovits pag. 280.

Strikov. Lib. 12. c. 3.

§ IV. *Jawnutus* quidem fuccefsit in Principatu *Gedimino* Patri fuo non quidem jure, fed favore paterno, verum dominari diu haud poterat, quandoquidem cæteris Fratribus ægre ferentibus Juvenem non ætatis jure (ut

 præ-

præmiſſum eſt) nec Virtutis ſuffragio, ſed ſolo inconſulti Paterni amoris præjudicio ſibi anteponi, quare conſpiratione facta Jawnutum Principatu exuunt, Magni Lithvaniæ Principis titulo in Olgerdum translato.

Strikov. Lib. 12. c. 1.

CAPUT II.

De Geſtis Olgerdi, & Filiorum Koriathi.

§ I.

Koriathus hæres, & Princeps Novogrodenſis quatuor reliquit filios: *Alexandrum*, *Konſtantinum*, *Georgium*, *Fedorium* ſeu *Theodorum*, quibus in Societatem adſcitis *Olgerdus* movit primum Anno 1330. contra Cruciferos Samogitiæ invaſores, & Patris ſui interfectores, quibus pro merito caſtigatis & Samogitia fugatis, alteram Anno ſequenti expeditionem ſuſcepit adverſus Scythas, qui inde jam ab Anno 1241. quo *Bathi* Rex eorum cum 600000. in Poloniam, Sileſiam, Moraviam, Hungariam &c. irruerat, Ukraina, & tota Podolia potiebantur, crebriſque incurſionibus Lithvanis Podoliæ conterminis moleſti erant. Horum itaque quatuor Principum Koriathovitsiorum opera quia feliciter Tartaros primum Ukraina trucidatis eorum tribus regulis *Katlubach*, *Soltano*, *Kaczibejo*, & *Dimeytero* Soltano, fuſoque toto eorum exercitu tum Podolia ejecerat Anno 1331.

§ II.

§ II. Podoliam poſtmodum Scythis purgatam attribuit *Olgerdus* Nepotibus ſuis: *Alexandro*, *Conſtantino*, *Georgio*, & *Theodoro Koriathovits*, adjecitque exercitus partem tuendæ contra hoſtes Provinciæ, neceſſariam: tradunt Scriptores, præter Bekotam, & Smotricam arces excitatas, Kamenecum quoque munitiſsima in rupe iisdem Principibus Autoribus conſtitiſſe. Kojalovits pag. 290.

§ III. Verum paulo poſt *Georgio* ad Valachiam & Moldaviam cum Imperio obtinendam evocato, & mox Socsaviæ per venenum extincto. *Theodoro* autem poſt obitum Patris ad Paternum Novogrodenſem in Lithvania Principatum regreſſo, univerſa ſub *Alexandro*, & *Conſtantino* Ducibus manſit Podolia. Rurſus *Alexandro* in Arce Olesko, & portione terræ Wlodimirienſi quam à *Casimiro* Rege Poloniæ obtinuerat, conſidente, ſolus Gubernator Podoliæ, & Pokutiæ factus *Conſtantinus*. Hunc in Comitiis Regni Poloniæ Anno 1339. Cracoviæ celebratis à *Caſimiro* Rege, qui ex *Anna Gedimini* filia nullam maſculam ſuſceperat prolem, cæterisque Proceribus Succeſſorem Throni Polonici inter cæteros Candidatos deſtinatum fuiſſe Chronographi tradunt Ruſsici, & Lithvani. Venerat ille quidem Cracoviam, ſed quod Ruthena Sacra, ſeu Ritum Græcum deſerere, atque ad Latinum transire etiam Regni cauſa nollet, ſpe ſucceſsionis dejectus eſt; atque paucum poſt tempus è Comitiis Cracovia in Lithvaniam reverſus è vita exceſsit. Kojalovits pag. 290. Strikov. Lib. 12. c. 2. Strikov. Lib. 12. c. 4. Kojalov. pag. 303.

CAPUT III.

De Adventu e Podolia in Hungariam Principis Theodori Koriathovits, ejusque causa.

§ I.

THEODORUS KORIATHOVITS DUX NOVOGRODENSIS mortuo Fratri ſuo *Conſtantino* ſuccesſit, atque Provinciarum per *Olgerdum* à Scythis aquiſitarum (ipſo adnittente *Olgerdo*) unus in Podolia Dux, ac Gubernator factus eſt. Interea potentior effectus Theodorus, novis nempe Provinciis auctus, arcibus Podoliæ omnibus rite munitis Imperia Patrui ſui magni Lithvaniæ Ducis cepit aſpernari, jugumque obedientiæ excutere, tributumque prætenſum denegare: facto hoc *Theodori* vehementer irritatus *Olgerdus*, Nepotem bello petere adorſus. Hic rebus ſuis conſulturus in Hungariam recesſit à Carolo Rege contra Patruum ſuum hoſtem ſuppetias petiturus, ablatis ſecum omnibus Theſauris, pecunia, auro, rebusque precioſis, Præſidio Valachorum Arcibus in Podolia, Kamenek Skala, & Sokolek munitis. Porro adventus hic in Hungariam Principis *Theodori Koriathovits* contigit partæ Salutis Anno 1339. Regni vero *Caroli I.* Regis Hungariæ Anno 31.

Strikov. pag 500. Okolsky pag. 54.1.

§ II.

§ II. Interea *Theodoro Koriatovits* abſente neque cum copiis reditum ex Hungaria maturante Orgerdus omnes Podoliæ Arces, & Propugnacula, partim vi, partim deditione occupaverat; Valachos milites univerſos ferro delevit: *Nieſtachum* ſupremum Belli Ducem, qui pro *Theodoro* Podolium gubernabat, Camenici captum, Vilnam deductum carceri mancipavit; *Gaſtoldum* vero Magnatem Lithvaniæ Vicarium ſuum, & Belli Ducem in Podolia conſtituit Anno 1340. Stricov. Lib. 12. c. 4. & ultra. Kojalovits pag. 304.

§ III. Memorat præterea *Strikovius* Libro 14. c. 2. quemdam *Theodorum* æque *Koriatovits* à *Witoldo Kieystuti* filio Magno Lithvaniæ Principe Anno 1395. Cameneci in Podolia captum fuiſſe, atque Vilnæ in carceres conjectum eo quod tributum *Witoldo* ſolvere renuerit; aſt hunc ab altero *Theodoro* fuiſſe diverſum ex Chronologia, & omnibus rerum adjunctis manifeſtum eſt. Primus enim *Theodorus* Koriathovits inimicitiam Olgeri declinaturus Anno 1339. (ut ſupra relatum eſt) venerat in Hungariam, alter vero *Theodorus* propter denegatum *Vitoldo* tributum Anno 1395. e Podolia ejectus aſſeritur, hinc patet Annis 56. hos differri. *Nepos* proinde, aut Pronepos *Theodori* prioris ſecundus *Theodorus* indubie cenſendus; id ipſum etiam cenſet *Stricovius* folio 499. Quod refert *Okolsky* pag. 541. in ſuo opere: *Orbis Polonus.* Et in hoc Theodoro II. periodum Familiæ ſtetiſſe aſſerit *Strikovius* quidem, verum Hiſtoricus quidam Polonus *Niesiecky* nomine in opere ſuo: *Korona Polska* Leopoli edito 1738. qui Prin-

cipum

cipum Koriatovitsiorum Genealogiam enarrat Tomo I. pag. 620. 621. Periodum illius Familiæ ulterius producit, nimirum ad Hlebum usque & Simeonem Koriatovits, qui juxta *Strikovium* in funesta illa contra *Tamerlanem* Regem Tartarorum expeditione occubuere.

STEMA seu Insigne Principum Koriatovitsiorum *Okolsky* exhibet pag. 539. qui illud Kieystucz vocat, vulgo Pogonya, id est: *Persecutio* hostis, id ipsum figura ejus ibidem refert.

§ IV. *Stricovius*, seu Strikovszki Lithvanus (in suo Opere *Kronika Polska* titulato) quem Kojalovits compilaverat, & *Okolsky* ubique citat. Hic (nempe *Strikovius*) adducit plurimos præsertim Russos, & Lithvanos Historiographos, tum in fronte Libri ubi fatetur se in adornandis suis Annalibus contulisse varios Historicos, & Authores tam domesticos, quam & extraneos, atque nominatim in Indice Autorum quorum opera se usum fuisse ait, præter *Kadlubkonem*, *Dlugossum*, *Kromerum*, *Belscium*, *Vapovium* &c. numerat: *Kronika Bulgarska Kiovski Kroniki stari* 4. id est: Kioviensia Cronica antiqua 4. *Litewski Lyatopisczi* 12. id est: Lithvanienses Annales 12. *Liflanski Kroni.* 4. Moscovitica diaria Ruthenica Cronica antiqua Schlavonica &c. Tum in decursu operis, ubi ad eosdem Russicos, & Lithvanos Chronographos passim se provocat, maxime cum res Russorum, & Lithvanorum persequitur, atque ab authoritate Polonorum Historiographorum recedit, prælaudatus proinde *Strikovius*, ea, quæ de Prin-

Principe Theodoro Koriathovits refert, præ reliquis omnibus fidem meretur.

§ V. *Cromerus*, qui de rebus Polonorum tractat Libris 30. in folio Basileæ Anno 1545. editis, postquam retulisset ea, quæ Russici, & Lithvani Chronographi tradunt de liberatione Podoliæ per *Olgerdum*, & Principes Koriathovicsios à Scythis, & de cessione partis ejusdem Podoliæ per *Vitoldum* Magnum Principem Lithvaniæ *Vladislao Jageloni* fratri suo Regi Poloniæ 20000. copis, seu juxta *Cromerum* floronis 40000. facta, hoc postremum factum refutans Libro 15. hæc habet: „ Ut demus Lithva- Cromerus Lib. 15.
„ nis eam oram Podoliæ Tartarorum incursionibus deso-
„ latam à *Koriathi* filiis occupatam ab eisdemque Arces
„ supra memoratas excepta Bratislavia, munitas esse, vi-
„ cissim ii nobis concedant, oportet, id quod superius
„ exposuimus, Russiam meridionalem, & Podoliam us-
„ que ad Kameniciam à Casimiro Magno Polonorum
„ Rege subactam esse, idque nos non levi conjectura
„ collegimus, sed pactis ipsorum Ducum Lithvanorum,
„ inter quos fuit Georgius unus de Koriathi filiis — —
„ comprobavimus — — ad hæc sicut cæteræ Russiæ, quæ
„ in ditione Regum Polonorum tunc erant, ita Podoliæ
„ quoque Ungaros Rex *Ludovicus* præfecit, sicut nos su-
„ pra memoravimus. Et exstant, in Archivo Regio binæ
„ Literæ *Theodori* Ducis Podoliæ, ac Dominii de Mun-
„ katsio, quæ Arx est in Hungaria, paulo post hæc tem-
„ pora scriptæ, quibus testatum facit se cum *Vladislao*

„ Rege Poloniæ transegiſſe, & cum Podolia ipſi ſe in „ fidem, & Clientelam tradidiſſe — — Quo ſit veroſi- „ milius Witoldum, cum partem Podoliæ eam, in qua „ eſt Zitomiria, & Circaſsi in poteſtatem ſuam redegiſſet, „ Kameniciam quoque de Hungaro Duce partam — — „ obtinuiſſe, reliquum vero ejus Oræ Ungarum Indulgen- „ tia Regis deinceps quoque retinuiſſe.

§ VI. Tranſitus Ducis Theodori in Hungariam *Szent-Ivány* quoque meminit, atque *Curios. Miscellan.* Lect. 2. Part. I. fol. 139. aſſerit *Theodorum Koriathovits*, ſive *Quæriatovits* temporibus *Caroli*, & *Ludovici* Regis Munkacsinum. foſſa circumdediſſe, & inſtar Arcis muniviſſe; huic Arci ſua quoque ætate ſat ampla adhuc Bona adnexa fuiſſe à *Carolo* Rege *Theodoro Koriathovits*, (vulgo *Kiriatovits*) conceſſa. *P. Nicolaus Schmidt* Ducatum illum Munkacsienſem e Trecentis Pagis conſtitiſſe aſſerit Tom. I.

P. Nicol. Schmidt. Tom. I.

CAPUT IV.

§ I.

Grodnenſis Princeps hic, Ruthenus Hæres & Dux Podoliæ Dominus, & Dux de Munkacs THEODORUS KORIATHOVICH (ſeu Keriatovits, juxta alios Kiriathovits) ſede ſua in Hungaria ſtabilita ab Anno 1339. unoque ſupra viceſimam exacto Anno poſt ſuum e Podolia adventum cœpit conſtruere in monte prope Oppidum

dum Munkats Monaſterium Sancti Nicolái Episcopi & Confeſſoris, ad morem & Ritum Græcorum pro Monachis Ruthenis, DEO in perpetuum ibidem ſervituris, & preces ſuffragiaque ſpiritualia pro anima ejusdem ad DEUM indefinenter fuſuris, ubi exinde ſepulchrum quoque ſuum collocari fecit.

Monachis his de Bonis ſuis (unde viverent) contulit, donavitque Poſseſsiones binas, Boboviche & Lauka nuncupatas cum proventibus omnibus, decimis frugum, & vinorum, cum fluvio, & molendino cum Jure quot Annis ex priori ſex, ex altera vero quatuor deſumendi, percipiendique ſetigeros. Item decimam vini de montibus Ivány-Hegy, & Lelecsovka, cæterisque montibus Monaſterio vicinis. De Poſſeſsione itidem Oroſzvégh decimas frugum, & ſetigeros ſeptem, tandem de Proventibus caſtri ſui Munkacs cubulos tritici 10, totidem ſiliginis, vaſa vini quatuor, ſales 100. florenos longos, ſeu Rhenenſes itidem 100. perpetuo, & irrevocabiliter præſtanda ordinavit, Hæredesque ſuos, atque ſucceſſores ſub comminatione litis cum his coram DEO protrahendæ, qui ſecus fecerint, ad ea præſtanda obligaverat. Collationalis Inſtrumenti tenor hic deſumptus ex transumpto authentico Venerabilis Capituli Poſonienſis, ſub dato feriæ ſextæ proximæ poſt Dominicam ſecundam Sanctiſsimæ Trinitatis, Anni 1690.

„NOS THEODORUS KERIATOVICH, „DEI GRATIA DUX DE MUNKÁCS Univerſis & Sin- „gulis, tam præſentibus, quam futuris, præſentes viſuris.

„ Harum ſerie patefacimus. Quod nos pro ſalute animæ
„ noſtræ fecimus conſtruere, & ædificare Monaſterium
„ Sancti Nicolai Episcopi & Confeſſoris, prope Oppidum
„ noſtrum Munkács, quod ad Ritum, & morem Græco-
„ rum, vel Ruthenorum conſecrare: & ad idem Mona-
„ chos Ruthenos conſtituimus, qui in perpetuum ibi Do-
„ mino ſerviant, & ad ſuſtentationem eorundem Mona-
„ chorum Ruthenorum de Noſtris propriis Bonis dedimus,
„ & donavimus duas Poſſeſsiones Villas, Bobovische &
„ Lauka, cum omnibus Proventibus & Contributionibus,
„ ab antiquis temporibus ad easdem de Jure provenire
„ debentibus, ſimul cum decimis frugum, & vinorum, ac
„ Bobovyſche cum fluvio, & molendino. Ita quod de
„ eadem Bobovyſche omni Anno teneantur dare ſex
„ porcos eisdem Monachis, & de Lauka omni Anno
„ quatuor porcos. Deinde vero decimas vinorum de
„ monte Ivány-hegy, & ſimiliter de monte, qui vocatur
„ Lelyechoka, in metis ejus Oppidi noſtri Munkács, cum
„ aliis monticulis; à monte Lelyechoka usque ad Mona-
„ ſterium adjacentibus decimas vinorum conceſsimus ei-
„ dem Clauſtro: & etiam decimas frugum & aliorum de
„ campo illius Villæ, quæ vocatur Orozvig in eadem
„ Munkács exiſtentis verſus Monaſterium omnino con-
„ ceſsimus prædicto Clauſtro: & etiam de eadem Oroſz-
„ vig omnibus annis teneantur dare eisdem Monachis
„ ſeptem porcos: Item de proventibus ejusdem caſtri no-
„ ſtri Munkách teneantur dare fruges decem cubulos, &
„ totidem ſiliginis, & quatuor vaſa vini, & centum ſales,

„ &

„ & centum florenos longos. Item iſta omnia præſcripta „ dedimus, donavimus, & contulimus perpetue, & irre- „ vocabiliter tenenda, poſsidenda, pariter & habenda „ prædicto Clauſtro noſtro, pro refrigerio animæ noſtræ, „ quod nos fundavimus, ubi etiam ſepulchrum noſtrum „ collocari fecimus. Ita etiam confirmavimus: quod qui- „ cunque ex filiis, aut generationibus, vel Poſteritatibus „ noſtris, vel aliqui alii iſtam donationem noſtram non „ obſervaret, vel contradiceret, aut prædicto Clauſtro „ perſolvere nollet, ex tunc ipſe coram Omnipotenti Deo „ cum anima noſtra litem habeat protrahendi. In cujus „ rei firmitatem & perpetuitatem præſentes Literas noſtras „ Sigilli noſtri appenſione roboratas eidem Clauſtro noſtro „ duximus roboratas. Datum in Munkacs octavo die Men- „ ſis Martii, Anno Domini M. CCC. LX.

Originale Fundationis hujus Inſtrumentum aſſervatur in Archivo Venerabilis Capituli Poſonienſis.

§ II. Patet itaque ex præmiſſo Fundationalium tenore Monaſterium Sancti Nicolai per Ducem olim Theodorum Keriathovits pro ſalute animæ ſuæ conſtructum, & ædificatum, atque reliqua ad ſuſtentationem Monachorum Fundatione tenus præſcripta Beneficia Monachis data, donata, & collata fuiſſe. Uſum quoque Fundationis per Monachos à condita Fundatione realiter ſubſecutum, continuatum legitimeque ſolidatum, non obſcure innuunt ſequentia. Primo: fecit *conſtruere*, & *ædificare Monaſterium* Sancti Nicolai. 2do: & *ad idem* (Monaſterium) *Monachos*

Ruthenos conſtituit. 3tio: denique *ubi etiam Sepulchrum ſuum collocari fecit.* Si igitur Monaſterium conſtruxit, ſi ad idem Monachos conſtituit, & ſi ibi etiam Sepulchrum ſuum collocari fecit, Acceſſoria (ut loquuntur Jura) debuerunt ſequi ſuum principale, idque ſequendo debuerunt Monachi omnium Acceſſoriorum Monaſterio ſuo collatorum, & eorſum ſpectantium realem uſum habere.

Tit. 52. Par. 2dæ Tripart.

Reperiuntur nihilominus fortaſsis nonnulli, qui veritatem hanc luce clariorem evertere, vel adminus obſcurare nituntur, hoc Principio ducti: Defficiente Duce *Theodoro Keriatovits* in ſemine, deficientibus item Monachis, defeciſſe quoque Fundationis uſum neceſſe fuit. Verum quid obſtabit durabilitati Fundationis hujus deceſsio Seminis Keriathovitsiani? quandoquidem clare patet Fundatorem hunc Fundationem hanc ſuam non usque ad defectionem ſeminis, neque alium quempiam terminum, ſed in perpetuum durare voluiſſe, talemque mentem, & voluntatem ſuam per contextum donationalium ſuarum pluries, & cum omni claritate detexiſſe inferendo: ut in *perpetuum ibidem Domino ſerviant.* Deinde: *Quae omnia præſcripta dedit, donavit, & contulit perpetuo, & irrevocabiliter tenenda, & poſsidenda, pariter & habenda* prædicto *Monaſterio* pro *refrigerio animae ſuae, quod ille fundavit, &* ultro: *Ita etiam confirmavit, quod quicunque ex Filiis, & Generationibus, vel poſteritatibus ejusdem, vel aliqui alii &c.* ac tandem: *In cujus rei firmitatem, & perpetuitatem &c.* nullibi ſane, & nullatenus hic elici poterit quispiam brevior terminus, quam ubique perpetuus, neque voluit

do-

donationem hanc ſuam tantum usque ad defectum ſeminis, Generationum, & Poſteritatum ſuarum durare, verum etiam ad quosvis alios, & quidem ſub vinculo trahendæ coram omnipotenti DEO litis eam obſervandam, & perſolvendam extendit.

§ III. Neque dici poteſt Religioſos uſum Fundationis ſuæ, & per conſequens Privilegium hocce ſuum Fundationale ad mentem Legis Titulat. 12. Partis 2dæ. Tripartiti amiſiſſe. Cum enim hæc Lex innueret Privilegium non ſecus amitti, quam ſi Privilegiatus proprio facto, & conſenſu ſuo, à tali Privilegio, ejusque uſu recederet, idque probari poſſet, vel in aliquem ex caſibus ea Lege recenſitis incideret. Quemadmodum ergo probari deberet ad amiſsionem dicti Privilegii, ejusque uſus proprium factum, & conſenſus Religioſorum, vel in eosdem ex caſibus Lege inducta expreſſatis quidam redundaſſe probari deberet, ita præmiſſorum Legalium requiſitorum nullo usquam in præſentiarum adhuc probata, quin potius Religioſis actualiter quoque in uſu Fundationis ſuæ conſtitutis Privilegium illud ſuum nulli prorſus amiſsioni obnoxiatur. Eſto autem à tam prolixa tot retro actorum Annorum ſerie interventarum Revolutionum occaſionibus uſus per potentiam interruptus fuiſſet, hoc ipſo, quod nunc citata Lex Privilegiorum amiſsionibus famulantes rationes conſtituat, potentiæ, temporis Injuriarum, & quæque ſimilia media damnat.

CA-

CAPUT V.

§ I.

Duce *Theodoro Keriathovits* ſucceſsive in ſemine ſuo deficiente Arx Munkacs cum Bonis, Jureque collationali ad Regem devoluta fuerat: conſenſu proinde Regio *Donatio* hæc roborari debuerat: Quemadmodum etiam in Vigilia Aſſumptæ B. V. Mariæ Anno 1458. a *Mathia Corvino* Rege impetraverat conſenſum hunc *Lucas* quidam Religioſus Presbyter ſuperior Monaſterii, quod Monoſtor, & Capellania Ruthenicalis S. Nicolai dicebatur. Confirmationis illius tenor ſequitur in hunc modum:

„ NOS MATHIAS Dei Gratia Rex Hungariæ, „ & Dalmatiæ, Croatiæ &c. Memoriæ commendamus te„ nore Præſentium ſignificantes, quibus expedit univerſis. „ Quod nos attentis, & conſideratis moribus & Induſtria „ Lucæ Presbyteri Rutheni, quibus idem noſtro in con„ ſpectu à nonnullis noſtris ſubditis meruit commendari, „ eundem ad Plebaniam Ruthenicalem S. Nicolai prope „ Poſseſsionem Munkacs Monoſtor vocatam, ritu Ruthe„ norum fundatam cum ſua ſolita Jurisdictione, quam vi„ delicet Plebaniam ipſe Lucas ſe à pluribus retro actis „ annis de Jure tenuiſſe, & etiam tunc tenere aſſerit, Au„ thoritate noſtra Regia, qua hujusmodi Plebania, more „ Prædeceſſorum noſtrorum Regum Hungariæ ad noſtram „ collationem pertinere dignoſcitur. Duximus eligendum „ & nominandum, eandemque eidem ſimul cum duabus

„ Pos-

„ Posſeſsionibus, puta Bubowisthye, & Lauka vocatis, „ ad eandem Plebaniam ab antiquo ſpectantibus, pari- „ terque cunctis ipſarum Plebaniæ & poſſeſsionum utili- „ tatibus, proventibus, obventionibus, & pertinentiis qui- „ buslibet præmiſsis ſic, ut præfertur ſtantibus, & ſe ha- „ bentibus, duximus denuo, & ex novo dandam & con- „ ferendam, ac de eadem eidem providendam: Imo da- „ mus, conferimus, & eidem providemus præſentium per „ vigorem. Quocirca Vobis Fidelibus noſtris Conventui „ Eccleſiæ de Leleſz harum ſerie firmiter præcipientes „ mandamus, quatenus præfatum Lucam Presbyterum „ Ruthenum in præfatam Plebaniam, more in talibus ob- „ ſervari ſolito; item in Dominium dictarum Poſſeſsionum „ Bobowisthye, & Lauka vocatarum, ac utilitatum, & „ pertinentiarum earundem quarumlibet denuo, & ex no- „ vo introducere; & tandem ad easdem eidem ſtatuere, „ eundemque in eisdem contra quoslibet illegitimos Impe- „ titores, & in ſuis ſolitis Jurisdictionibus tenere, & con- „ ſervare debeatis. Authoritate noſtra præſentibus vobis „ in hac parte attributa, & Juſtitia mediante. Secus facere „ non auſuri. Præſentibus perlectis, exhibenti reſtitutis. „ Datum Budæ in Vigiliæ Feſti Aſſumptionis Beatæ Ma- „ riæ Virginis. Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo „ quinquageſimo octavo.

Ex tranſumpto authentico Venerabilis Capituli Poſo- nienſis de dato feriæ ſextæ proximæ poſt Dominicam ſecun- dam Sanctiſsimæ & Individuæ Trinitatis. Anni Domini Milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo genuine copiatum.

§ II. A dato itaque Fundationalium usque Confirmationem Corvinianam evoluti fuiſſe eruuntur Anni 98. Ex-operatorem Confirmationis hujus *Lucam* ſæcularem non fuiſſe Presbyterum, ſed Religioſum clare ex his colligi poteſt. 1mo Si hic fuiſſet pure Presbyter ſæcularis Plebaniam Monoſtor vocatam & fundatam, ſeque à pluribus retroactis Annis de Jure nullatenus aſſerere potuiſſet, aſſerit tamen ſe de Jure tenuiſſe; ubi vero Jus illud, quo non Monaſterium aſt Plebania Sancti Nicolai prope Munkacs in Monte Csernek fundata ſit? ad eandem Plebaniam nominatæ Poſſeſsiones *Bobowiſchye* nempe, & *Lauka* ab antiquo ſpectaverint? vel ubi, & quando evictum haberetur? Quare hæc Plebania dicta Monoſtor? Hinc cum aſſeruerit ſe de Jure tenuiſſe, non alio quam Jure Fundationalium Keriatovicsianarum tenuit, neque aliter ad locum prærecenſitæ Poſſeſsiones ab antique ſpectarunt, quam illo eodem Jure, neque locus Monoſtor aliquando denominatus fuiſſet, niſi Zelus Keriathovitsianus eundem a Conſtrutictione ſua, & conſtitutis eorſum Ruthenis Monachis Monaſterium creaſſet, ſi vero ita, accedente ad rem vel eo, quod antiquioribus illis temporibus ex eodem Monaſterio Religioſi munia ſpiritualia in locis, & Parochiis proximius circumſitis adminiſtraſſent, *Lucas* quoque Presbyter ideo dictus, non quia ſæcularis, verum Religioſus Monaſterium incoluit. 2do Probam hanc nitidiſsime dilucidat ejusdem Regis Mathiæ pro parte prænominati Presbyteri *Lucæ* Decretum alterum Anno 1488vo emanatum, quod hic copialiter ſubjungitur:

„ MA-

„ MATTHIAS, DEI Gratia Hungariæ, Bohemiæ „ &c. Rex &c. &c. Fideli noſtro Blaſio de Raska, Pro- „ viſori curiæ caſtri noſtri Budenſis ſalutem, & gratiam. „ Expoſitum exſtitit Majeſtati Noſtræ pro parte, & in „ Perſona Religioſi Lucæ Presbyteri Rutheni in Mona- „ ſterio Oppidi Munkacs conſtituti queruloſe, quod cum „ ipſe ſuperioribus diebus quosdam Monachos ſuos causà „ Congregationis decimarum ad ipſum Monaſterium pro- „ venire debentium transmiſsiſſet, quidam Benedictus „ Plebanus de Iwany, cum quibusdam famulis ſuis in „ eosdem Monachos irruiſſet, & eosdem impudice per „ barbas trahendo diris verberum plagis affeciſſet, vina „ quoque nonnulla earumdem decimarum ab eisdem re- „ cepiſſet, & abſtuliſſet, & licet prius ipſe exponens, „ de, & ſuper hujusmodi damnis, & injuriis ſibi, illatis „ Caſtellanis ejusdem Caſtri Munkacs conqueſtus fuerit, „ tamen iidem Caſtellani nullam eidem ex parte præfati „ Plebani juſtitiam impendere curaſſent, & nec curarent „ etiam de præſenti in præjudicium ejusdem exponentis „ damnumque, & injuriam manifeſtam. Supplicatum igi- „ tur exſtitit, ut eidem exponenti circa præmiſſa de re „ medio providere dignaremur opportuno. Et quia nos „ nullo modo volumus hujusmodi actus illicitos, per „ quempiam commiſſos ſimpliciter pertransire, Fidelitati „ idcirco tuæ ſerie præſentium ſtrictiſsime præcipimus, & „ mandamus, quatenus acceptis præſentibus negotium „ ipſum partes inter præſcriptas debito modo revidere, „ & revideri facere debeas, ſi præmiſſa eo modo, prout

„ quemadmodum Majeſtati Noſtræ expoſita ſunt, ſic ſe,
„ & eſſe compereris ex tunc eidem exponenti ex parte
„ dicti Plebani de & ſuper omnibus damnis, & injuriis
„ omnimodam ſatisfactionem impendere, & impendi fa-
„ cere debeas, & tenearis. Authoritate noſtra præſentibus
„ tibi in hac parte conceſſâ, & Juſtitia mediante aliter non
„ facturus. Præſent. perlect. exhibent. Datum — — in
„ Feſto B. Philippi & Jacobi Apoſtolorum, Anno Domini
„ Mileſimo quadringenteſimo octuageſimo octavo.

Ex Tranſumpto Authentico V. Capituli Poſonieuſis genuine deſcriptum de dato Feriæ quintæ, proximæ poſt Dominicam vigeſimam tertiam Sacræ Pentecoſtes, Anno Domini Milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo.

Attentis proinde & conſideratis expreſsionibus in præ-expoſito Decreto ſequentibus: *Pro Parte*, & in *Perſona Religioſi Lucæ Presbyteri Rutheni in Monaſterio Oppidi Munkacs queruloſe*, quod cum ipſe ſuperioribus diebus *quosdam Monachos ſuos causâ Congregationis decimarum ad ipſum Monaſterium provenire debentium* transmisiſſet &c. Colligitur lucidiſsime Lucam Religioſum appellatum haberi, qua Monachum Baſilitam, Presbyterum vero qua Admi-niſtratorem muneris Parochialis, quia cum Monachos ſuos transmisiſſet, debuit & ipſe Monachus fuiſſe, & cauſa Congregationis decimarum non ad Plebaniam, ſed ad ipſum Monaſterium provenire debentium &c.

§ III. Huic poſtmodum *Lucæ* Presbytero juxta præmiſſa non equidem Monaſterium tanquam Parochiam, ve-

rum

rum tanquam ex Monaſterio Parochiam adminiſtranti ſucceſsit Epiſcopus *Joannes* dictus Anno 1491. ſub Rege *Uladislao*, ut patet ex tenore ſequentium:

„ ULADISLAUS Dei Gratia Rex Hungariæ & Bo-
„ hemiæ &c. Fidelibus noſtris univerſis, & ſingulis Pleba-
„ nis Ruthenis, ſub Jurisdictione Eccleſiæ Beati Nicolai
„ Confeſſoris in Oppido Munkacs Ritu Græcorum funda-
„ tæ exiſtent. ſalutem, & gratiam. Volumus & fidelitati
„ veſtræ, & veſtrum cujuslibet Præſentium ſerie ſtrictiſsime
„ præcipientes committimus, & mandamus: quatenus à
„ modo deinceps Reverendo Patri Joanni Epiſcopo ve-
„ ſtro, ſub cujus videlicet Jurisdictione eſtis in omnibus
„ licitis, & conſuetis juxta antiquam conſuetudinem obe-
„ dire, & obtemperare, ipſumque revereri, de univer-
„ ſisque proventibus ſuis, qui eidem de veſtri medio
„ provenire debent, reſpondere, & per hos, quorum
„ intereſt, reſponderi facere debeatis, & teneamini: aliud
„ non facturi. Præſent. perlect. exhibent. reſtitut. Datum
„ in ſuburbio Civitatis noſtræ Albæ Regalis, die Do-
„ minico proximo ante Feſtum ad vincula Beati Petri
„ Apoſtoli. Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo no-
„ nageſimo primo. Regnorum noſtrorum Anno Hungariæ
„ &c. ſecundo. Bohemiæ vero vigeſimo primo.

Joannes primus Munkacſienſis ex Decreto Uladislai Episc. Anno 1491.

Primus itaque Epiſcopus de Munkacs *Joannes* fuit cum Decreto *Uladislai* Regis, atque ab eo ſeries, & ſucceſsio Epiſcoporum Munkacsienſium originem ducit.

§ IV. *Joannes* hic aliud quoque Decretum ab alte-

fato Rege Uladislao æque Anno 1491mo exoperàtus eſt, vigore cujus ſtrictiſsime præcipiebatur ut nominato Epiſcopo in clauſtro Beati Michaelis Archángeli in Marmatia (Poſſeſsione Körtvélefs fundato) commoranti, proventus è vetuſta conſuetudine provenire debentes, à Clero, & populo ſub Jurisdictione ejusdem exiſtente præſtarentur, quemadmodum Decreti illius tenor ſubnexus indicat:

„ULADISLAUS Dei Gratia Rex Hungariæ, & „Bohemiæ &c. Fidelibus noſtris univerſis, & ſingulis „Prælatis, Baronibus, Comitibus, Caſtellanis, Nobilibus, „ipſorumque Officialibus. Item Civitatibus, Oppidis, & „Villis, earumque Rectoribus, Judicibus ſcilicet, & Vil- „licis, ac alterius cujusvis Statûs & Conditionis homi- „nibus in hoc Regno noſtro Hungariæ ubivis conſtitutis, „& commorantibus, præſentes viſuris ſalutem & gratiam. „Expoſuit nobis Fidelis noſter Reverendus Joannes Epi- „ſcopus Ruthenorum in Clauſtro Beati Michaëlis Archan- „geli in Maramar. Ritu Græcorum fundato commorans „gravi cum quærela. Qualiter in Bonis, & Poſſeſsioni- „bus Veſtris & in medio veſtri plurimi Rutheni Presby- „teri, item Coloni Græcam fidem tenentes & ſub Ju- „risdictione ſua exiſtentes commorarentur, qui proventus „ſibi, & dictæ Eccleſiæ ex vetuſta conſuetudine provenire „debent reddere, & reſtituere difficultarent in grave „præjudicium Jurium ejusdem Eccleſiæ ſuæ, & damnum „valde magnum. Et quia nos pati nolumus, ut idem „exponens, & dicta Eccleſia ſua ſolitis, & Juſtis ſuis „proventibus deſtituatur, mandamus idcirco Fidelitati

„ve-

„ veſtræ, & veſtris cujuslibet Præſentium ſerie ſtrictiſsimè, „ quatenus à modo in poſterum præfato exponenti, & di- „ ctæ Eccleſiæ ſuæ per prænominatos Ruthenos, Presby- „ teros & Colonos Græcam fidem, ut præfertur tenentes „ ubivis in præſcriptis Bonis, & Poſſeſsionibus veſtris in „ medio veſtri, commorantes de omnibus proventibus, & „ obventionibus ſuis locis debitis, & temporibus ſemper „ opportune — — — & reſponderi facere modis omnibus „ debeatis, & teneamini. Aliud non facturi. Præſentibus „ perlectis, exhibenti reſtitut. Datum in ſuburbio Civi- „ tatis noſtræ Albæ Regalis, die Dominica proxima ante „ feſtum ad Vincula Beati — — Apoſtoli, Anno Domini „ 1491mo. Regnorum noſtrorum Anno Hungariæ &c. ſe- „ cundo, Bohemiæ vero vigeſimo primo. (L. S.)

§ V. In uſu hoc deſumptionis proventuum Monaſterii S. Michaëlis, dictum Joannem Epiſcopum poſt modum fuiſſe turbatum Privilegium ejusdem *Uladislai* Regis, in favorem Religioſi Monaſterii illius ſuperioris Gelaſii cujusdam nomine conceſſum innuit, cujus tenor eſt:

„ ULADISLAUS Dei Gratia Rex Hungariæ, Bo- „ hemiæ &c. Fidelibus noſtris Comiti, vel Vice-Comiti, „ & Judicibus Nobilium Comitatûs Maramoroſenſis præ- „ ſentibus, & futuris ſalutem & gratiam. Exponitur „ Majeſtati noſtræ in perſona Religioſi fratris Gelaſii, „ Græce fidei profeſsionis prioris Monaſterii Beati Michaë- „ lis Archangeli in Maramoruſio fundati. Quod licet nos „ certas Literas Reverendiſsimi in Chriſto Patris, Fra-

„ tris

„ tris Antonii Patriarchæ Conſtantinopolitani ſuper certis
„ indultis, & libertatibus, ac Juribus præfati Monaſterii
„ per eundem Patriarcham conceſsis ad ſupplicationem
„ ejusdem exponentis confirmaverimus, tamen Venerabilis
„ frater Joannes Epiſcopus de Munkacs, græcæ fidei Pro-
„ feſſor, in æſtate proxime præterita contra hujusmodi in-
„ dulta præfati Patriarchæ, omnes populos in pertinentiis
„ dicti Monaſterii commorantes, vigore quarundam lite-
„ rarum noſtrarum ad ſiniſtram expoſititionem ejusdem a
„ Majeſtate Noſtra, ut dicitur impetratarum, vellet & nite-
„ retur taxare, & ad illegitimam receptionem proventuum
„ dicti Monaſterii inhiare; & licet nos utrasque partes ad
„ præſentiam Majeſtatis noſtræ vocari fecerimus, ut inter
„ ipſas ſuper ipſo negotio Judicium faceremus, tamen quia
„ præfatus Epiſcopus de Munkacs, pro tempore deputato
„ coram nobis non comparuit, ideo nos ipſum exponen-
„ tem in Juribus ſuis infra reviſionem hujusmodi differen-
„ tiarum turbari nolentes, mandamus fidelitatibus veſtris
„ ſerie, præſentium firmiter, ut acceptis præſentibus,
„ præfatum exponentem contra Jura, & Privilegia dicti
„ Monaſterii, ad ſolutionem illegitimam aliquorum redi-
„ tuum, præfato Epiſcopo de Munkacs arctari non permit-
„ tatis; ſed ipſum interea: quousque ſcilicet per nos cauſa
„ & differentia revidebitur, Majeſtatis noſtræ in Perſona &
„ Authoritate præſentibus vobis in hac parte conceſſa, &
„ Juſtitia mediante protegere, tueri, & defendere debea-
„ tis. Secus non facturi. Præſent. perlect. exhibent. reſtitut.
„ Datum Budæ in Vigilia Feſti Beati Andreæ Apoſtoli,

„ Anno

„ Anno Domini Millefimo, quadringentefimo, nonagefimo „ octavo, Regnorum Noftrorum Hungariæ &c. Anno nono, „ Bohemiæ vero vigefimo nono. (L.S.)

Aliud de hoc prælaudato Epifcopo memoria proditum nihil occurrit.

CAPUT VI.

§ I.

In ferie Epifcoporum Munkacsienfium ordineque fecundus, quemadmodum e Decreto conftat Regis *Ferdinandi* infra adnotati, quidam nomine *Ladislaus* fuerat, cui nonnulli fub ejusdem Jurisdictione conftituti obedientiam debitam præftare, & proventus de antiqua confuetudine dari folitos recufarunt , quos idcirco *Ferdinandus* Decreto fuo coegit ad parendum Præfuli. Quod eft:

„ FERDINANDUS Divina favente Clementia Ro- „ manorum, Hungariæ, Bohemiæ &c. Rex, femper Augu- „ ftus, Infans Hifpaniarum, Archi-Dux Auftriæ &c. Fide- „ libus noftris univerfis, & fingulis Plebanis, & Presbyteris, „ aliisque cujuscunque Statûs , & Conditionis hominibus „ fimiliter Ruthenis Jurisdictioni Ecclefiæ Beati Nicolai „ Confefforis, in Oppido noftro Munkacs Ritu Græco fun- „ datæ exiftent. Græcamque Religionem profitent. præfen- „ tibus & futuris, falutem & gratiam. Expofuit Maje- „ ftati Noftræ per humilem fupplicationem fuam Fidelis „ nofter Reverendus Ladislaus Epifcopus Græcæ Religionis

„ præfatæ Ecclefiæ Sancti Nicolai: Quomodo effent non-
„ nulli ex vobis, qui ei, velut eorum Epifcopo debitam
„ obedientiam præftare nollent, & fe fe ab ipfo alienos ex-
„ hiberent, nollentque Jurisdictioni ipfius parere, & fubjecti
„ effe, juftosque, & ab antiquo dictæ Ecclefiæ de medio
„ veftri folvi debitos proventus refervarent. Supplicans
„ nobis humiliter, ut fibi & præfatæ Ecclefiæ fuæ gratiofe
„ providere dignaremur. Cum autem dignum fit, ut pro-
„ ventus Ecclefiarum Miniftris fuis reddantur, volumus,
„ & Fidelitati Veftræ feriæ harum firmifsime præcipimus,
„ & mandamus, aliud habere nolentes; quatenus à modo
„ deinceps prænotato exponenti Epifcopo veftro, fub cujus
„ videlicet Jurisdictione eftis, in omnibus licitis, & con-
„ fuetis, juxta antiquam confuetudinem & Ritum veftrum
„ obedire, & obtemperare, ipfumque revereri, ac eidem
„ univerfos proventus fuos, de medio veftri provenire de-
„ bentes, fuis femper temporibus opportunis integre, & fine
„ defectu dare, & reddere debeatis, & teneamini, fecus
„ ne feceritis. Præfent. perlect. exhibent. reftitut. Datum
„ Viennæ prima Octobris, Anno Domini Millefimo, quin-
„ gentefimo, quinquagefimo primo.

§ II. Intra fpatium Annorum fexaginta, à dato Decreti *Uladislai* pro *Joanne* Epifcopo emanati, usque ad datum Decreti (pro *Ladislao*) *Ferdinandi* effluxum, Monafterium hoc Beati Nicolai fatum quoddam adverfum fubire debuerat, fiquidem Molendinum in fluvio Latorcza, olim Monafterii hujus exftitiffe afferit *Ladislaus*, fed occafione

de-

desolationis Monasterii illud periisse; supplicaverat proinde Præsul hic locum eundem sibi cedi, à Rege pro novo Molendino ponendo, id patet ex hoc Decreto:

„ FERDINANDUS Divina favente Clementia „ Romanorum, Hungariæ, Bohemiæ &c. Rex, semper „ Augustus, Infans Hispaniarum, Archi-Dux Austriæ &c. „ Fideli Nostro Egregio Michaëli Bydy, Præfecto Arcis „ nostræ Munkacs salutem & gratiam. Exponitur nobis „ in Persona Fidelis nostri, Venerabilis ac Religiosi Ladis- „ lai Episcopi, in Claustro Beati Nicolai Confessoris, circa „ Oppidum istud nostrum Munkacs, more Græcorum fun- „ dato; quomodo olim in quodam loco super fluvium „ Latorcza, sub Ecclesia, & Claustro præfato, ad ipsum „ Claustrum ab antiquo pertinente, Molendinum quoddam „ exstructum fuisset, quod Molendinum tempore desola- „ tionis præfati Claustri perierat, nunc autem idem expo- „ nens ad sustentationem Claustri ipsius, Molendinum idem „ citra cujusquam injuriam ædificari facere vellet; suppli- „ cavitque propterea nobis idem exponens, ut sibi id gra- „ tiose concedere dignaremur. Cum igitur id se citra cu- „ jusquam damnum vel injuriam facturum idem exponens „ offerat, optandumque sit: ut ad conservationem Clau- „ strorum, & Ecclesiarum Dei, quilibet pro viribus curam „ habeat. Fidelitati tuæ harum serie committimus, & „ mandamus, ut si modo præmisso Molendinum præfatum „ citra damnum Arcis istius nostræ, detrimentumque pro- „ ventuum nostrorum, ac citra etiam cujusvis alterius in- „ juriam ædificari potest, constatque alias in eodem loco

„ Molendinum ad Clauſtrum pertinens fuiſſe erectum, „ erectionem ædificationemque ipſius Molendini, denuo „ in loco præmiſſo faciendi ipſi exponenti libere permitte- „ re, & per eos quorum intereſt, permitti facere debeas, „ ac tenearis. Secus ne feceris. Præſentibus perlectis „ exhibenti reſtitutis. Datum Poſonii, die decimo quinto „ Martii. Anno Domini Milleſimo, quingenteſimo, quin- „ quageſimo ſecundo.

§ III. Sub id tempus, quo Antiſtes hic Eccleſiam DEI cœperat gubernare, atque gentem Ruthenam ſibi commiſſam paſcere, irrepſerant graviſsimi abuſus in cauſis Matrimonialibus præſertim, & ſe ſæculares ingerebant in Munia Spiritualia, & Eccleſiaſtica, atque diſpenſabant Maritis & Uxoribus, ut inter ſe divortium facerent, idque ex levi, aut nulla cauſa; non petita licentia ab Epiſcopo ſola lucri causà & propter pecuniam. Jurium Eccleſiaſticorum Zeloſiſsimus defenſor *Ladislaus*, quod corrigere non poterat ſe ſolo, Regis Auxilium, opemque exoperatus collapſam diſciplinam reſtauravit, abuſusque ſuſtulit bonus Paſtor. Decretum Regis ſequens:

„ FERDINANDUS Divina favente Clementia „ Romanorum, Hungariæ, Bohemiæ &c. Rex, ſemper „ Auguſtus &c. Fidelibus noſtris univerſis & ſingulis Ma- „ gnificis, Egregiis, & Nobilibus, nec non Prudentibus, „ ac Circumſpectis, univerſitati Populorum Ruthenorum, „ eorundemque Officialium ſalutem & gratiam. Exponitur „ Majeſtati Noſtræ per Venerabilem, ac Religioſum La-

dis-

„ dislaum Epifcopum in Clauftro Beati Nicolai Confefforis, „ circa Oppidum noftrum Munkacs, more Græcorum fun- „ dato: Quomodo effent inter vos ex plebe videlicet ifta „ Ruthenica complures, qui Uxores repudiare, & à fe „ dimittere, & e contra Uxoresque Maritis fuis divortium „ facere, vel levifsima tantum de caufa, fæpe numero „ nulla ab eo, vel aliis eorum Epifcopus, Perfonisque Ec- „ clefiafticis, ad quos Difpofitio hujusmodi juxta eorum „ confuetudinem, Ecclefiæque ipforum Ritum pertineret, „ petita licentia; fed folummodo à nonnullis ex vobis fo- „ lutione exiguæ; fummæque pecuniariæ eis facta licentia „ hujusmodi impetrata. Quod in magnum fcandalum, „ detrimentumque, & perditionem Animarum talium ifta „ committentium vergere dignofcerentur. Ac proinde pro „ parte ipfius Exponentis exftitit nobis humiliter fupplica- , tum, ut in hac re, de condigno Juris remedio providere „ dignaremur. Cum igitur indignum fit, prophanos homi- „ nes fe fe in Authoritatem Ecclefiafticam quovis modo im- „ mittere; præfertim vero difpenfando Maritis, vel Uxori- „ bus, ut Divortium inter fe faciant, idque propter pecu- „ niam, quo vix ullum majus exftat peccatum. Fidelitati- „ bus veftris & veftrum fingulis harum ferie firmiter com- „ mittimus, & mandamus, ut præmifsis fic fe habentibus, „ poft hac nullo modo vos, aut quisquam veftrum fe fe ad „ difpenfandum hujus modi homines, vel mulieres divor- „ tium facere volentes ingerere præfumatis, fed præfatum „ Exponentem, cæterosque Epifcopos, & Ecclefiafticos „ alios, quorum intereft id, authoritate eorum frui, gau-

 „ de-

„ dereque in his, & in aliis hujusmodi, quæ ad forum
„ ſpirituale ſpectant, modis omnibus permittere, ac per
„ veſtros, quorum intereſt permitti facere debeatis, ac te-
„ neamini. Nam alioquin conceſsimus præfato Exponenti
„ liberam facultatem, contra vos, & aliquos veſtrum, qui
„ ſecus fecerint; juxta eorum Jura, & conſuetudines proce-
„ dendi. Cui etiam nos tanquam Eccleſiaſticorum Jurium
„ Defenſores, Auxilio noſtro pro puniendis talibus, juxta
„ eorundem demerita pro neceſsitate affuturi ſumus. Se-
„ cus itaque nullo modo feceritis. Præſent. perlect. exhi-
„ bent. reſtitut. Datum Poſonii, die decimoquinto Martii,
„ Anno Domini Milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo
„ ſecundo.

CAPUT VII.

§ I.

Ladislao Epiſcopo, *Hilarius* in ſerie tertius ſucceſsit Epiſcopus. Quem *Iſabella* Regina, & cæteros Religioſos in Monaſterio hoc Sancti Nicolai degentes Decreto ſuo exemerat ab omnibus quibusvis oneribus, & præſtationibus Anno 1558vo ut patet:

„ NOS ISABELLA Dei Gratia Regina Hunga-
„ riæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Memoriæ commendamus
„ tenore præſentium ſignificantes, quibus expedit Uni-
„ verſis. Quod nos, cum ad nonnullorum Fidelium no-
„ ſtrorum humillimam ſupplicationem, nobis pro parte

„ Fi-

„ Fideliium noſtrorum Honorabilium Lariona (Hilarii)
„ Epiſcopi, & cæterorum Fratrum Monachorum, in Clau-
„ ſtro Ruthenorum Divo Nicolao conſecrato, prope Oppi-
„ dum noſtrum Munkacs habito commorantium factam;
„ tum vero pia Intentione motæ, eosdem Larionam (id eſt
„ Hilarium) Epiſcopum, & cæteros Monachos in præſcri-
„ pto Clauſtro commorantes, juxta annuentiam Divorum
„ Hungariæ Regum Prædeceſſorum, à ſolutione quorum-
„ libet Contributionum; cenſuum, & taxarum, tam Ordi-
„ nariarum, quam Extraordinariarum: Item quarumlibet
„ onerum, & ſervitiorum Exhibitione, in perpetuum cle-
„ menter eximendos, & ſupportandos duximus: imo exi-
„ mimus, & ſubportamus præſentium vigore. Quo circa
„ vobis Fidelibus noſtris, Magnificis, Egregiis, & Nobi-
„ libus, Comiti, Vice-Comitibus, Comitatûs Beregh, item
„ Præfecto, Caſtellanis, & Proviſori Arcis noſtræ Mun-
„ kacs; Dicatoribusque, & Exactoribus quarumlibet Con-
„ tributionum noſtrarum, modernis, & futuris præſentium
„ notitiam habituris, harum ſerie mandamus firmiter qua-
„ tenus à modo deinceps memoratos Larionam Epiſco-
„ pum, & reliquos Fratres Monachos in prædicto Clau-
„ ſtro commorantes, ad ſolutionem, quarumcumque Ta-
„ xarum, Cenſuum & Contributionum tam Ordinariarum,
„ quam Extraordinariarum, ac Onerum, ſervitiorumque
„ exhibitionem cogere, & compellere, aut eosdem pro-
„ pterea impedire turbare, aut quovis modo damnificare
„ non præſumatis. Secus non facturi. Præſent. perlectis
„ exhibent. reſtitut. Datum in Civitate noſtra Alba Julia,

„ ter-

„ tertio die Menſis Julii. Anno Domini Milleſimo, quin-
„ genteſimo, quinquageſimo octavo.

§ II. Epiſcopus hic à Rege *Joanne Secundo* Impetraverat pro ſe Privilegium ſibi in Munere Epiſcopali Succeſſorem eligendi, atque poſt obitum ſuum ſubſtituendi. Quod eſt:

„ NOS JOANNES SECUNDUS Dei Gratia
„ Electus Rex Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Me-
„ moriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes,
„ quibus expedit, Univerſis. Quod Nos, cum ad humi-
„ lem ſupplicationem Fidelis noſtri Honorabilis Lariona
„ (Hilarii) Epiſcopi, Religioſorum Fratrum Ruthenorum,
„ in Clauſtro ſupra Oppidum noſtrum Munkacs habito
„ reſidentis, noſtræ propterea factam Majeſtati, tum vero
„ cupientes ipſos Ruthenos ad Arcem noſtram Munkacs
„ pertinentes, quemadmodum & reliquos Fideles Subdi-
„ tos noſtros in eorum Juribus, & Conſuetudinibus conſer-
„ vare. Id ipſi Lariona Epiſcopo Ruthenorum clementer
„ annuendum duximus, & concedendum, ut ipſe ante-
„ quam ex hac vita decederet, alium Epiſcopum pium,
„ vità, Eruditione, Doctrina, ac Moribus idoneum in
„ locum ſuum deligere, & ſubſtituere valeat, atque poſsit.
„ Imo annuimus, & concedimus per præſentes, quocirca
„ vobis Fidelibus noſtris Univerſis, & Singulis Plebanis,
„ & aliis Miniſtris Eccleſiarum Ruthenicalium, cæterisque
„ Univerſis Græcam fidem profitentibus Presbyteris, in
„ Diœceſi præſcripti Clauſtri ubilibet conſtitutis, & com-

mo-

„ morantibus, præſentium notitiam habituris, harum ſerie „ committimus, & mandamus firmiter, quatenus viſis præ- „ ſentibus, juxta præmiſſam gratioſam Annuentiam no- „ ſtram præfatus Lariona Epiſcopus Ruthenus, quemcun- „ que ſibi Succeſſorem delegerit, ſubſtitueritque, pro vero, „ ac legitimo Succeſſore, & Epiſcopo veſtro poſt mortem, „ & ſubſtitutionem ipſius Lariona habere, & reputare, ac „ eidem in omnibus licitis, & conſuetis obedire, & ob- „ temperare, legitimosque Proventus, & emolumenta ra- „ tione hujusmodi Epiſcopatûs ſibi de Medio veſtri pro- „ venire debentes, obſequenter adminiſtrare, & per eos „ etiam quorum intererit adminiſtrari facere modis omni- „ bus debeatis, & teneamini. Secus nullo modo feceritis. „ Præſentibus perlectis exhibenti reſtitutis. Datum in Ar- „ ce noſtra Gyako. Vigeſimo quinto die Januarii, Anno „ Domini Milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo primo. „ Joannes Electus Rex. (L. S.)

CAPUT VIII.

§ I.

Hilarii Succeſſor immediatus quis fuerit? Nomen ejus ignotum eſt. Nihilominus in ſerie quartus, qui ſuo, & Conventûs Fratrum Religioſorum ſuorum Nomine apud *Maximilianum* Imperatorem conqueſtus fuerat adverſus eos, qui ſe, ſuosque Vice Gerentes in viſitatione Canonica Ordinaria ſuorum Plebanorum conſueta impedire, ac turbare

ſolebant, neque eos tute circa ea, quæ Officii ſui eſſent, obeunda, libere admittere volebant. Juſta ejus quærelà exaudita Imperator favorabiliter pro parte ſupplicantium decrevit, ac ſtatuit ſequentibus:

„ MAXIMILIANUS SECUNDUS Dei Gratia
„ Electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, ac
„ Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ &c. Rex, Archi-Dux
„ Auſtriæ, Dux Burgundiæ &c. Fidelibus noſtris Uni-
„ verſis & ſingulis, Magnificis, Egregiis, & Nobilibus,
„ cunctis etiam aliis, cujuscunque Statûs, & Conditionis
„ ſubditis noſtris ubivis in Diœceſi Epiſcopi, & Conventûs
„ Fratrum Ruthenorum Eccleſiæ Beati Nicolai Confeſſoris,
„ prope Arcem noſtram Munkacs fundatæ commorantibus
„ ſalutem & gratiam. Conqueſti ſunt nobis præfati Fide-
„ les noſtri Reverendi N. Epiſcopus, nec non Conventus
„ Fratrum Ruthenorum Eccleſiæ Beati Nicolai Confeſſoris:
„ Quomodo eſſent plerique ex Vobis, qui præfatum Epi-
„ ſcopum, ſuosque Vice Gerentes in viſitatione ſuorum
„ Plebanorum Ruthenorum in veſtris Bonis commorantium
„ Ordinaria, & Conſueta turbarent, atque retardarent,
„ neque eos tute circa ea, quæ Officii ſui eſſent obeunda,
„ libere admittere vellent, injuria, damnoque, & præju-
„ diciò ſuo, nec non Eccleſiæ dictæ ipſorum manifeſto
„ ſupplicantes nobis, ut eis in præmiſsis de opportuno
„ remedio gratioſe providere dignaremur. Quorum ſup-
„ plicatione clementer exaudita. Cum Miniſtros Eccleſiæ
„ Dei in his, quæ Officii ſui ſunt, promovere potius, &
„ adjuvare, quam prohibere deceat. Fidelitati veſtræ, &

„ ve-

„ veſtrum ſingulis harum ſerie firmiter præcipientes com-„ mittimus, & mandamus: ut acceptis præſentibus, & „ præmiſsis ſic, ut præfertur, ſtantibus, & ſe habentibus, „ dum, & quandocunque præfati Epiſcopus, & Vices Ge-„ rentes ſui, cauſa viſitandarum Eccleſiarum ſuarum, ea-„ rundemque Plebanorum in veſtris Bonis commorantium „ in poſterum ad ipſa Bona veſtra, vel cujusvis veſtrum „ pervenerint, & accefferint. Eosdem in hujusmodi legi-„ tima, & ordinaria eorum Viſitatione non modo non ad-„ mittere, verum quovis etiam eisdem neceſſario ſubſidio, „ & auxilio adeſſe modis omnibus debeatis. Secu sn on „ facturi. Præſent. perlect. exhibent. reſtitutis. Datum in „ Arce noſtra Regia Poſonienſi, die decima tertia Octo-„ bris, Anno Domini Milleſimo, quingenteſimo, ſexage-„ ſimo nono.

Aliud etiam adverſus Officiales Dominii Munkacsienſis idem Imperator eodem tempore, pro parte dicti Epiſcopi extradedit Mandatum, quod hic ſubnectitur:

„ MAXIMILIANUS SECUNDUS Dei Gratia „ electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, ac „ Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ &c. Rex, Archi-Dux „ Auſtriæ, Dux Burgundiæ &c. Fidelibus noſtris Egregiis „ Franciſco Bay Præfecto, ac Joanni Szent-Benedeky „ Proviſori, cæterisque Officialibus Arcis noſtræ Mun-„ kacs, modernis & futuris ſalutem & gratiam. Conqueſti „ ſunt nobis Fideles noſtri Reverendus N. & Conventus „ Fratrum Ruthenorum Eccleſiæ Beati Nicolai Confeſſo-„ ris, prope Caſtrum noſtrum Munkács, Ritu Græcorum

„ fundatæ, qualiter vos moderni Officiales noſtri, poſtha-
„ bitis antiquis libertatibus, & conſuetudinibus eorundem,
„ ipſis tempore etiam defunctæ Sacræ Cæſareæ, & Re-
„ giæ Majeſtatis paterne obſervatis, Equos eorundem,
„ item pelles Vulpinas, & Mardurinas violenter extor-
„ queretis Epiſcopum prænominatum, ſuosque Vices Ge-
„ rentes in viſitatione Plebanorum Ordinaria impediretis,
„ & retardaretis. Imo Cathedraticum, ac alios Proventus
„ eorum, pro vobismet Uſurpantes exigere eisdem non
„ permitteretis; quin etiam ipſam Jurisdictionem, quæ
„ ad Epiſcopum ipſum pertineret: Contra Jus vobis ipſis
„ uſurparetis, Diſciplinam Epiſcopalem (cum ſitis Laici)
„ in eos exerceretis. Præterea ad ſolutionem Dicæ, alio
„ rumque Tributorum Presbyteros, ipſis ſubjacentes urge-
„ retis, & ad quæque ruſticalia ſervitia compelleretis. In
„ nullis denique eos libertatibus, imo neque Sacerdotii,
„ neque Dignitatis eorundem habito reſpectu conſervare-
„ tis, ſed potius Carceres, Verbera, & cruciatus eisdem,
„ niſi veſtræ voluntati morem gerant, certo minaremini.
„ Soliti etiam eſſetis, decedente Epiſcopo eorum, illico
„ cunctas res eorundem, tam mobiles, quam immobiles
„ violenter in prædam quaſi quandam convertere, ſum-
„ ma injuria, damnoque & oppreſsione eorundem mani-
„ feſta. Unde ſupplicarunt nobis humiliter, ut eisdem
„ ſuper inde de opportuno remedio gratioſe providere,
„ neque eos contra apertas Libertates, & Conſuetudines
„ eorum ità miſere opprimi permittere dignaremur. Quo-
„ rum ſupplicatione clementer exaudita nollentes eosdem

Ex-

„ Exponentes per vos amplius , aut alios quospiam , ita
„ indignis modis, affligi, atque opprimi. Fidelitati ve-
„ ſtræ harum ſerie præcipientes firmiſsime committimus,
„ & mandamus, aliud habere nolentes: Quatenus acce-
„ ptis præſentibus, & præmiſsis, ſic ut præfertur, ſtan-
„ tibus, & ſe habentibus, præfatos Exponentes, in rece-
„ ptis, & hactenus uſitatis eorum libertatibus ipſos con-
„ ſervare, & de violenter ablatis rebus eosdem quoad
„ plenum ſine mora contentos reddere, atque in poſterum
„ à cunctis violentiis, & illegitimis impoſitionibus ipſorum
„ ſuperſedere modis omnibus debeatis. Dictum Epiſco-
„ pum, & ſuos Vices gerentes ad ea, quæ Officii ſui
„ ſunt, Viſitationes nimirum, Plebanorum, & alia munia
„ Eccleſiaſtica obeunda libere admittere, Cathedraticum
„ quoque & alios Proventus ipſorum eis pacifice colli-
„ gendos permittere debeatis. In Officia autem, ſive Ne-
„ gotia ipſorum Eccleſiaſtica, quæ ad vos non pertinent,
„ in poſterum vos ingerere minime præſumatis. Ad ſolu-
„ tionem quoque Dicæ, aliorumque Tributorum eosdem,
„ ac ipſorum Presbyteros amplius compellere, ipſos pro-
„ pterea, vel quibusvis aliis exquiſitis obligationibus, in
„ perſonis, rebusque ſuis impedire, verbis minitari nequa-
„ quam præſumatis. Abuſum quoque illum, quem in dire-
„ ptione rerum, Bonorumque ſuorum decedente Epiſcopo
„ illorum induxiſſe dicimini: tanquam à Juſtitia, & pieta-
„ te prorſus alienum, tollere in poſterum omnino debeatis.
„ Secus nullo modo facturi. Præſentibus perlect. reſtitut.
„ exhibent. Datum in Arce noſtra Poſonienſi, decima

„ tertia menſis Octobris, Anno Domini Milleſimo, quin-
„ genteſimo, ſexageſimo nono.

CAPUT IX.

§ I.

Quintus (in ſerie) Munkacsienſis Epiſcopus erat *Ladislaus*, hoc nomine Secundus, hic adverſus eos, ſæculares præcipue, qui ſe in Exercitio Officii, & Jurisdictione Epiſcopali turbaverant, moleſtaverantque apud Cæſarem Rudolphum Secundum, Auxilium & Protectionem imploraturus rem ſuam in Perſona agebat, promovebatque, quem ex Aula ſua Cæſarea domum rediturum Pasſualibus hiſce clementer providendum eſſe duxit Cæſar ille:

„ RUDOLPHUS SECUNDUS Dei Gratia ele-
„ ctus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, ac Ger-
„ maniæ, Hungariæ, Bohemiæ &c. Rex, Archi-Dux
„ Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Marchio Moraviæ, Comes
„ Tyrolis, & Poritiæ &c. Fidelibus noſtris Univerſis, &
„ Singulis, Reverendiſsimis, Reverendis, Spectabilibus,
„ Magnificis, Egregiis, ac Nobilibus, Prudentibus item,
„ ac Circumſpectis Dominis Prælatis, Baronibus, Comi-
„ tibus, Vice-Comitibus Præfectis, Generalibus, & aliis
„ Capitaneis, Belli-Ductoribus, Vexilliferis, Centurioni-
„ bus, ac Militibus noſtris, tam Hungaris, quam Germa-
„ nis; Item Caſtellanis, Proviſoribus, Officialibus, eo-

„ rumque

„ rumque Vices gerentibus, nec non Civitatum Oppido-
„ rum, & Villarum, Magiſtris, Civium Judicibus, & Re-
„ ctoribus, ac Teloniorum, & quorumcunque Vectiga-
„ lium Exactoribus, Pontiumque, & Paſſuum Magiſtris,
„ & Cuſtodibus; Cunctis etiam aliis cujusvis Statûs, Di-
„ gnitatis, & Conditionis ſubditis noſtris quocunque Offi-
„ cio fungentibus, ac Præfectura, ac ubivis in Regno
„ noſtro Hungariæ exiſtentibus, & commorantibus; præ-
„ ſentes noſtras viſuris ſalutem & gratiam. Revertitur
„ Domum ex Aula noſtra Cæſarea Fidelis noſter Vene-
„ rabilis ac Religioſus Ladislaus, Epiſcopus Monaſterii
„ Eccleſiæ Beati Nicolai Epiſcopi & Confeſſoris, prope
„ Arcem noſtram Munkacs, Ritu Græcorum fundati, ſimul
„ cum Conventûs ſui certis Fratribus Ruthenis, ac Fami-
„ liaribus ſuis. Cui cum ubique per Ditionem noſtram
„ liberum, ac ſecurum iter patere velimus; ideo Fideli-
„ tati veſtræ, ac veſtrum ſingulis harum ſerie firmiter
„ committimus, & mandamus, ut dum, & quando dictus
„ Epiſcopus Ladislaus, ſimul cum prædictis Fratribus
„ ſuis Conventualibus, ac hominibus, rebusque & ſarcinis
„ ſuis, ad veſtras Terras, Tenuta, Dominia, Poſſeſsiones,
„ Honores, & Officiolatus, veſtrique in Medium perve-
„ nerit. Eundem una cum omnibus ad ipſum pertinenti-
„ bus, ubique libere, ſecure, & pacifice, ſine ulloque
„ impedimento, & remora, tam veſtra, quam quorum-
„ cunque ad vos pertinentium proficiſci, ſtare, morari,
„ ac pauſare permittere, nullaque moleſtia affi ere, ſed
„ potius in locis periculoſis eidem de ſalvo, & ſecuro

„ con-

„ conductu, ad loca usque tutiora providere velitis, ac „ debeatis. Secus non facturi. Præfent. perlectis, exhi- „ bent. reftitutis. Datum in Arce noftra Regia Pragenfi, „ Vigefima nona, die Menfis Martii. Anno Domini „ Millefimo, quingentefimo, nonagefimo feptimo. Rudol- „ phus m p.

§ II. Cæfaris *Rudolphi* Frater *Matthias*, qua Gubernator eotum Hungariæ, Epifcopum hunc contra Impetitores, Juriumque & Privilegiorum Turbatores fpeciali fuo Decreto clementer tuitus eft, atque protexit, quod fequitur in hunc modum:

„ NOS MATHIAS Dei Gratia Archi-Dux Au- „ ftriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carnioliæ, „ ac Vittembergæ, Comes Tyrolis ac Habspurg. nec non „ Sacræ Cæfareæ, Regiæque Majeftatis, Domini & Fratris „ noftri obfervandifsimi in Hungaria, & Auftria Guberna- „ tor. Univerfis, & Singulis Dominis Prælatis, Baroni- „ bus, Comitibus, Vice-Comitibus, Egregiis & Nobilibus, „ Capitaneis, Præfectis, & Caftellanis, Officialibus, nec „ non Tricefimatoribus, Teloniatoribus, eorumque Vices „ gerentibus. Item Prudentibus, ac Circumfpectis qua- „ rumcunque Civitatum, Oppidorum, aut Villarum, Ma- „ giftris Civium, Judicibus, Juratisque Civibus, & Re- „ ctoribus, cunctis etiam aliis Fidelibus Sacratifsimæ „ Cæfareæ, Regiæque Majeftatis quocunque Officio, aut „ Præfectura, ubivis in Regno Hungariæ, Partibus ei „ fubjectis fungentibus, commorantibus, Præfentes noftras

„ vi-

„ visuris salutem, & gratiam. Exposuit Nobis supplici
„ suo libello Venerabilis devotus, Nobis dilectus Frater
„ Ladislaus, Episcopus Ruthenorum Ritus Græci, in Mo-
„ nasterio prope Munkács, ad honorem Divi Nicolai
„ Episcopi fundato, commorans. Qualiter essent nonnulli
„ Sæcularium, qui ipsum in Officio suo, & vocatione
„ Spirituali, ac Jurisdictione Ecclesiastica sibi de Jure, &
„ ab antiquo Divorum Hungariæ Regum concesso Privi-
„ legio competenti turbarent, atque molestarent: Unde
„ contingeret plerumque, ut dum ipse ad Ecclesiarum, &
„ Parochiarum Visitationem in Medium hominum, & Sa-
„ cerdotum Ruthenici Ritus Græcorum sibi subjectorum
„ egrederetur; Iidem Sæcularium Patrocinio confisi, de-
„ bitam etiam in Spiritualibus obedientiam ipsi Exponen-
„ ti præstare recusarent; injuria, & præjudicio suo mani-
„ festo. Requisiti sumus itaque per eundem Fratrem La-
„ dislaum, ut sibi super inde providere vellemus. Cum
„ itaque neminem Sæcularium negotia Ecclesiastica tra-
„ ctare deceat: Propterea vobis, & vestrum singulis Au-
„ thoritate Sacræ Cæsareæ Regiæque Majestatis, Domini,
„ & Fratris nostri observandissimi, qua fungimur, harum
„ serie committimus, & mandamus; Quatenus dum &
„ quandocunque præfatus Frater Ladislaus vestras terras,
„ Tenuta, Dominia, Possessiones, Honores, & Officiola-
„ tus, aut vestri in medium pervenerit, vosque aut vestrum
„ quemlibet cum Præsentibus requisiverit. Eundem in Ex-
„ ercitio Jurisdictionis suæ inter homines, & Sacerdotes
„ suæ Religionis non solum non impedire, turbare, mo-

F lesta-

„ leſtare, neque per veſtros Subditos moleſtari permitte-
„ re; ſed potius aditum ad Parochias & Eccleſias Ruthe-
„ nicas, eidem concedere, & Parochos, ac homines ſuæ
„ Religionis in veſtris Bonis, & Dominiis commorantes,
„ ad Exhibendam ipſi debitam reverentiam, & obedien-
„ tiam cogere, & compellere debeatis, & teneamini. Se-
„ cus non facturi. Præſentibus perlectis exhibenti reſtitu-
„ tis. Datum in Ebersdorff, die vigeſima ſeptima menſis
„ Septembris. Anno Milleſimo, quingenteſimo, nonage-
„ ſimo ſeptimo. Mathias m. p. (L. S.)

CAPUT X.

§ I.

Sextum Epiſcoporum fuiſſe *Sergium* Decretum Mathiæ Archiducis ſequens oſtendit:

„ MATHIAS Dei Gratia Archi-Dux Auſtriæ,
„ Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carnioliæ, Viert-
„ tembergæ, Comes Tyrolis, & Habspurgiæ &c. Egre-
„ giis Cameræ Sacratiſsimæ Cæſareæ Regiæque Majeſta-
„ tis, Scepuſienſis Conſiliariis; Item Capitaneo Præſidii
„ Huſzt &c. Salutem & gratiam. Quoniam præfata Sa-
„ cratiſsima Cæſarea Regiaque Majeſtas. Dominus, &
„ Frater noſter obſervandiſsimus. Venerabilem devotum
„ Fratrem Sergium, Epiſcopum Ruthenorum Ritus Græ-
„ ci, in Monaſterio prope Munkács, ad honorem Divi Ni-
„ colai Epiſcopi fundato commorantem, in ſuam Regiam
rece-

„ recepit Protectionem, & Tutelam ſpecialem, Vice, & „ in Perſona ſua Regia veſtræ duxit committendum tui- „ tioni, & protectioni. Pro eo vobis harum ſerie, atque „ Authoritate prælibatæ Majeſtatis Cæſareæ, & Regiæ; „ qua in præſenti Generali Diæta plenariæ fungimur, „ committimus, & mandamus, quatenus à modo in po- „ ſterum præfatum Fratrem Sergium Epiſcopum, in omni- „ bus juſtis, & legitimis cauſis, & rebus ſuis, contra „ quoslibet illegitimos, & violentos impetitores, turbato- „ res, & damnificatores protegere, & defendere debea- „ tis, & teneamini Auctoritate ſuæ prælibatæ Majeſtatis „ Cæſareæ, & Regiæ, præſentibus literis noſtris hac in „ parte vobis per nos conceſſa & attributa. Jureque & „ Juſtitia mediante. Secus non facturi. Præſentibus per- „ lectis, exhibenti reſtitutis. Datum in Arce noſtra Poſo- „ nienſi, vigeſima ſexta die menſis Martii. Anno Domini „ Milleſimo, ſexingenteſimo primo. Mathias m. p. J. Lip- „ pay m. p. (L. S.)

§ II. Hunc *Sergium* Epiſcopum in ſingularem Ma- jeſtatis ſuæ Cæſareo Regiæ protectionem, & Tutelam re- ceptum fuiſſe, hoc Principis *Ferdinandi* palam facit De- cretum:

„ NOS FERDINANDUS Princeps Marchio de „ Gonzaga, Dominus Sancti Martini Riparoli Inſulæ Do- „ narienſium, & Civitatis Sacræ Cæſareæ & Regiæ Maje- „ ſtatis Conſiliarius, ac partium Regni Hungariæ ſuperio- „ rum Generalis Capitaneus &c. Univerſis, & ſingulis

 „ Re-

„ Reverendiſsimis, Reverendis, Spectabilibus, Magnificis,
„ Generoſis, ac Egregiis Dominis N. & N. Prælatis, Ba-
„ ronibus, Comitibus, Vice-Comitibus, Judicibus No-
„ bilium, Capitaneis, Præfectis, Locumtenentibus, Pro-
„ viſoribus Artium, Caſtellanis, ac quorumvis locorum
„ Officialibus, aliisque quibusvis cujuscunque ſtatûs, con-
„ ditionis, honoris, & præeminentiæ hominibus præſentes
„ noſtras viſuris nobis honorandis ſalutem, & noſtri com-
„ mendationem. Notum facientes, quod nos Reverendum
„ Dominum Sergium, Epiſcopum Ruthenorum Ritus Græ-
„ ci, ſimul cum Monaſterio prope Munkcás, ad honorem
„ Divi Nicolai fundato, ex ſpeciali Serenitatis Suæ man-
„ dato in ſingularem Majeſtatis ſuæ receperimus prote-
„ ctionem & tutelam. Quocirca vobis, & veſtrum ſin-
„ gulis Nomine ejusdem Majeſtatis ſuæ harum ſerie ſir-
„ miter committimus & mandamus, quatenus a modo
„ deinceps nemo veſtrum quicunque tandem ſit, præfatum
„ Dominum Epiſcopum, & ejus Fratres, aut Monaſterium
„ ſeu Bona ipſorum vel in minime offendere, aut violen-
„ tiam aliquam committere auſit, verum quietos, liberos,
„ & pacificos relinquere, atque pro exemptis in vigore
„ præſent. ſalvæ Guardiæ noſtræ tam vosmet ipſi conſer-
„ vare, quam per ſuos idem fieri curare velitis, debeatis-
„ que, & teneamini, nec ſecus facturi. Præſentibus per-
„ lectis exhibenti reſtitutis. Datum Caſſoviæ, die vigeſima
„ octava Aprilis. Anno Milleſimo, ſexcenteſimo primo.
„ Ferdinandus Gonzaga m. p. (L. S.)

§ III.

§ III. Protectionales erga eundem *Sergium* Epiſco-pum *Stephani* Hungariæ, & Tranſilvaniæ Principis occur-runt ſequentes:

„ STEPHANUS Dei Gratia Hungariæ Tranſyl-
„ vaniæque Princeps, & Siculorum Comes &c. Fidelibus
„ noſtris Spectabilibus, & Magnificis Dominis Comiti Va-
„ lentino Druget de Homona, Intimo Conſiliario, univer-
„ verſorumque Exercituum noſtrorum Generali, ac Fran-
„ ciſco Magocsy, itidem Conſiliario noſtris Comitatuumque
„ Zemplinienſis, & Tornenſis Comitibus fratribus nobis
„ honorandis ſalutem & benedictionem noſtram. Quoniam
„ Nos fidelem noſtrum Sergium, univerſorum Ruthenorum
„ in hoc Regno noſtro Hungariæ, & Clauſtri Munka-
„ csienſis Diſtrictus Epiſcopum, ſimul cum prædicto Clau-
„ ſtro, ac univerſis Prædiis, Poſſeſsionibus Villis, Portio-
„ nibus, Juribusque Poſſeſsionariis, nec non rebus, &
„ bonis ſuis quibusvis ubilibet, & quibuscumque Comita-
„ tibus dicti Regni noſtri Hungariæ, & partium ſibi ſub-
„ jectarum habitis, & exiſtentibus, juſtis, ut puta & legi-
„ timis in noſtram Principalem recepimus protectionem,
„ & tutelam ſpecialem. Vice, & in Perſona noſtra veſtræ
„ duximus committendum tuitioni, & protectioni. Ideo
„ Fidelitatibus veſtris harum ſerie firmiter committimus,
„ & mandamus. Quatenus à modo in poſterum Sergium,
„ Epiſcopum in dictis Clauſtro Prædiis, Poſſeſsionibus,
„ Villis, Portionibus, Juribusque Poſſeſsionariis, nec non
„ rebus, & bonis ſuis quibusvis ubilibet, & quibuscunque
„ Comitatibus prædicti Regni noſtri Hungariæ, & partium

 „ ei

„ ei ſubjectarum habitis, & exiſtentibus, juſtis ut præmit-
„ titur, & legitimis, contra quoslibet illegitimos Impetito-
„ res, & violentes Turbatores & Damnificatores: Signan-
„ ter vero contra tales, qui ſæpe dictum Sergium Epiſco-
„ pum in Officio ſuo, antiquisque Legibus, & Juribus
„ Religionis ipſius Græcæ moleſtare conarentur, tueri,
„ protegere, & defendere modis omnibus debeatis, & te-
„ neamini, Authoritate noſtra præſentibus vobis in hac
„ parte conceſſa, Jureque & Juſtitia mediante. Secus non
„ facturi. Præſentibus poſt earum lecturum exhibenti re-
„ ſtitutis. Datum in Libera Civitate noſtra Caſſovienſi,
„ die decima ſeptima menſis Decembris. Anno Domini
„ Milleſimo, ſexcenteſimo ſexto. (L. S.) Ad mandatum
„ Suæ Serenitatis proprium. Paulus Nyari m. p. Simon
„ Pecsy, Secretarius m. p.

§ IV. Ejusdem Principis pro eodem *Sergio* Epiſcopo Hungarico idiomate intimatum tenoris ſequentis:

„ STEPHANUS Dei Gratia Hungariæ Tranſyl-
„ vaniæque Princeps, & Sicularum Comes &c. Minden
„ renden lévö Lovas, Gyalogh Vitézleö Hiveinknek, Ca-
„ pitanyoknak, Hadnagyoknak, Szazadoſoknak, Tizede-
„ ſeknek és ezek alatt levö minden Rendeknek, adgyak
„ értéſekre. Hogy my megh tekéntvén Sergius Püspök-
„ nek, és hozza tartozó Munkácsi Claſtromban lakozó
„ Oroſz Papoknak eleitöl fogva a' ſok külömb külömb féle
„ Hadak miat való ſok karvallaſokat, vettünk Eöket Cla-
„ ſtromokkal, Majorhazokkal, és minden hozza tartozó

„ Mar-

„ Marhajokkal egyetemben, az mi kiváltképen való oltal-
„ munk, és Gondviſeléſunk ala. Hadgyuk azért, és pa-
„ rancsolyuk mindeneknek Serio, hogy ſenki ennek után-
„ na, az felüb megh irt Sergius Püspök Claſtromára ha-
„ talmasúl 's akaratya elen ne ſzallyon, Eötet az hozza
„ tartozó Papokkal egyetemben, ſe ſzemélyekben, ſe
„ egyéb akar mi névei légyen nevezendö, Marhajok-
„ ban — — megh ne haboricsa, ſe megh ne karoſicsa,
„ mert valaki ez a' mi parancsolatunk ellen cselekeſzik,
„ ha az Orſzagh végeziſe ſzerint való büntetés eſik rajta,
„ ſenkire egyebre neveſſen, hanem az maga engedetlen-
„ ségének tulajdonicsa. Secus non facturi. Præſentibus
„ perlectis, exhibenti reſtitutis. Datum in Libera Civitate
„ noſtra Caſſovienſi, die decima octava menſis Decem-
„ bris. Anno Domini Milleſimo, ſexcenteſimo ſexto. Ste-
„ phanus m. p. (L. S.)

CAPUT XI.

§ I.

Septimum nomine *Petronium* Sergio ſucceſsiſſe, Epiſcopum in Cathedra Munkacsienſi, Principis *Gabriëlis* teſtatur iſthoc Confirmatorium Decretum:

„ NOS GABRIEL Dei Gratia Sacri Romani Im-
„ perii, & Tranſylvaniæ Princeps, Partium Regni Hunga-
„ riæ Dominus, Siculorum Comes, ac Oppuliæ, Ratisbo-
„ riæque Dux &c. Tibi Reverendo Petronio, Eccleſiarum

„ unio

„ unionis Græcæ in de Beregh, Ungh, Zabolch, nec
„ non Zempliniensis, Maramorosiensis, sic nominatis Co-
„ mitatibus, habitarum Episcopo salutem & gratiam no-
„ stram. Cum singularis tua in Professione diligentia,
„ apud omnes adeo te commendatum reddiderit, ut me-
„ ritis tuis Episcopatus munus Ecclesiarum prænomina-
„ tarum Græcæ Unionis promerueris. Quare nihil ambi-
„ gent. quin tu omni vita tua comite fidelem te professio-
„ nis tuæ Ministrum exhibiturus sis. Itaque gratia nostra
„ Principali te dignum fore censuimus, quem in hoc Epi-
„ scopali Officio confirmemus, cuique omnem quarumli-
„ bet utilitatum, & fructuum Monasterii illius tui, in
„ Territorio, & intra veras metas Oppidi nostri Mun-
„ kacsiensis in Comitatu de Beregh existen. situati usum
„ clementer conferre dignaremur: Plenariam insuper, at-
„ que omnimodam potestatis facultatem Ecclesias vestras
„ visitandi, & in iisdem dignos eligendi, indignos reji-
„ ciendi, ac quidquid munus Episcoporum requirit agendi,
„ tibi dandum, & concedendum, imo damus, & concedi-
„ mus confirmamus, & conferimus præsentium per vigo-
„ rem. Ita nimirum, ut juxta tuæ possibilitatis exigen-
„ tiam, totius vitæ tuæ decursum debitam fidem, debitum-
„ que tuæ fidelitatis homagium nobis, & Successoribus
„ nostris legitimis præstes. Ministeriumque tuum diligenter
„ administres. Quo circa vobis Spectabilibus, Magnificis,
„ Generosis, Egregiis, & Nobilibus Comitibus, Vice-Co-
„ mitibus, & Judlium quorumcunque notanter autem præ-
„ titulatorum de Beregh, Ungh, Zabolcs, item Zempli-

„ nien.

„ nien. Maramorofien. & Saarofien. Comitatuum; nec non
„ Joanni Balingh, Arcis & Præfidii noftri Munkacsienfis
„ Capitaneo, modernis fcilicet, & futuris quoque pro tem-
„ pore conftituendis, veftrum quidem iis, qui extra ditionem
„ noftram funt conftituti, benigne declaramus, Fidelibus
„ autem noftris harum Serie committimus, & mandamus
„ firmiter. Quatenus vos quoque à modo deinceps futu-
„ ris, & fuccefsivis femper temporibus annotato Petronio
„ Epifcopo liberam in antefato Monafterio, omnibus ejus-
„ dem fructibus, & utilitatibus utendi, ac in dictis Co-
„ mitatuum veftrorum Græcæ Unionis Ecclefiis, ubique
„ & femper vifitandi, imo fi qui inobedientes, & contuma-
„ ces in iisdem Ecclefiis reperirentur, eosdem cohibendi,
„ rejiciendique, ac in locum eorum idoneos eligendi, ac
„ furrogandi, ac omnia, quidquid Epifcoporum agendi
„ facultatem detis, & concedatis. Et nihilominus neces-
„ fitate ita exigente, omni ope auxilio, & benevolentia
„ veftra eidem adeffe velitis, ad quæ omnia præftanda
„ Fideles noft os fubditos obligatos, & obftrictos effe,
„ alios vero bene valere volumus. Præfentibus perlectis,
„ exhibenti reftitutis. Datum in Arce noftra Munkacs,
„ die decima menfis Februarii. Anno Domini Millefimo,
„ fexcentefimo, vigefimo tertio. Gabriel m. p. (L. S.)
„ Stephanus Kovacskovics, Cancellarius. m. p.

CAPUT XII.

Joannes Gregorovics, ſeu *Gregory* in ſerie octavus Anno Domini 1627. ſucceſſerat *Petronio* hoc innuunt collationales Principis Gabriëlis hic ſubnexæ:

„ NOS GABRIEL Dei Gratia Sacri Romani Im„ perii, & Tranſylvaniæ Princeps, Partium Regni Hun„ gariæ Dominus, Siculorum Comes, ac Oppuliæ Rati„ boriæque Dux. Memoriæ commendamus tenore præ„ ſentium ſignificantes, quibus expedit univerſis. Quod „ cum in humanis nihil diu felicitatis cardine volvi, „ nihilque proſperato ſucceſſu altius in dies exurgere, ne„ que diſpoſiti ſtatus ſplendore Coronari queat, niſi ſuis „ ordinibus diſtinctum, niſi à confuſionis mole vindica„ tum, certo gaudeat Moderatore, & prævio. Recte, „ quam ob rem, & divino inſtinctu ad gubernia quorum„ vis Ordinum Magiſtratus, & Primates ſurrogantur. „ Quid enim ſunt membra ſine capite? quid Domus ſine „ Patrefamilias? hoc eſt ſtatus quivis ſine Rectore; exulat „ illinc Juſtitia, ſquallore obducta jacet pietas, bonorum „ morum ſtudiis longum valere juſsis, regnat impietas, & „ barbaries, velamine occupata cuncta ſordent. Quam„ vis autem Moderatoris defectus Politici quoque ſtatus „ everſioni facem ſubminiſtret, & quosvis ordines mani„ feſti periculi ſpiculo defigat, longe tamen majori jactu„ ra, & diſcrimine Eccleſiæ ſtatum, Hierarchiam diſsipat, „ & concoquit. Quæ ſi ſuo deſtituatur Gubernatore, fa-

„ cile

„ cile hæresim repullulescere, superstitionum monstris in„ genia hominum infascinari, Artium Liberalium studia „ barbariei scabie deformari, divinarum scripturarum le„ ctiones, anilium fabularum recitationibus anteverti oc„ cipiunt. Triste utique ejus rei exhibet Exemplum Ec„ clesia illa Græcanica, olim & Doctorum virorum nu„ mero celebris, & Sedes sapientiæ florentissima, cujus „ omnis status inscitiæ tenebris, & simonia oppressus vix „ vestigium pristinæ dignitatis ex ignorantiæ sordibus ho„ die protendit. Quæ Ecclesia, & fides Græcanica siqui„ dem in Ditionibus quoque nostris, Ruthenos, & Vala„ chos observatores habeat, Munus autem Episcopale „ Munkacsien. & Maramorosien. Græci Ritus, non sine præ„ judicio illius Ecclesiæ, & Manifesto derogamine vacet; „ ne in profundiores confusionis abyssos sine Moderatore „ præceps ruat, de certo illic Episcopo collocando humil„ lime requisiti sumus. Quo munere subeunt dignus siqui„ dem nobis commendatus sit multis Nominibus inter alios „ honorabilis Joannes Gregory, Presbyter Orientalis Ec„ clesiæ Græci Ritus, ut, qui Latinæ, & aliarum itidem „ Linguarum peritus, & Theologicis studiis imbutus, li„ beralium quoque Artium notitia, & bonis moribus alios „ anteiret. Cujus commendatione benigne inclinati vo„ lentes marcescenti illius Ecclesiæ statui basim substruere, „ & à confusionis labe, quantum fieri posset, asserere. „ Eundem Joannem Gregory in Episcopum Munkacsien„ sem, & Maramorosiensem Græci Ritus, atque adeo „ Monasterii ejusdem Ritus S. Nicolai Episcopi & Con-

 fesso-

„ feſſoris, in Comitatu Beregh ſituati promovimus, præfe-
„ cimus, & ſurrogavimus per præſentes, juxta antiquitus
„ obſervatam conſuetudinem ſuam ; cum dignitatis, &
„ authoritatis Epiſcopalis in omnes ſeniores Presbyteros,
„ Paſtores, Monaſteriorum Hegumenos, & Archimandri-
„ tas, ac alios cujusvis ordinis, & dignitatis Eccleſiaſticos
„ ſuos. Eidemque quod annis Eccleſias, & Scholas ejus,
„ Seminaria viſitandi, earum Paſtores, ſcholarumque Re-
„ ctores de Doctrina, Vita, & Moribus diligenter exa-
„ minandi, Errores in eisdem corrigendi, ordinandi, &
„ dandi facultatem, & dignos Eccleſiis Paſtores, ac Offi-
„ ciales, eos Judicandi, in ordine ſuo conſervandi, ab
„ injuria defendendi, refractarios puniendi, excommuni-
„ candi, & ab Officio removendi, juxta Apoſtolicos, &
„ Synodorum æcumenicarum Canones, & antiquas Le-
„ ges. Item: convocato cætu Eccleſiæ, ejusdem ſtatum,
„ & priſtinam integritatem reformandi, bona Eccleſiaſti-
„ ca, & proventus cognoſcendi, Templa ſita, & Paro-
„ chias injurioſa temporum aſperitate, aut hominum ne-
„ gligentia collapſa reſtaurandi, Scholas, & Gymnaſia
„ erigendi ubicunque Templa habent, in iisdem Sclavo-
„ nicæ Ruthenicæ, item Græcæ, Latinæ, Hebraicæ,
„ aliarumque Linguarum Magiſtros, & Profeſſores inter-
„ tenendi, & promovendi, & alia his ſimilia, muneri ſuo
„ convenientia exercendi, plenariam, & omnimodam
„ Authoritatem dedimus, & conceſsimus, damusque &
„ concedimus præſentium per vigorem. Quocirca vobis
„ univerſis, & ſingulis Illuſtriſsimis, Spectabilibus, Ma-
„ gnifi-

„ gnificis, Generofis, Egregiis, & Nobilibus, Comitibus, „ Vice-Comitibus, & Judicibus Nobilium Comitatus Ma- „ ramorofienfis & de Beregh, ac alterius cujusvis fun- „ ctionis hominibus, quorum fcilicet intereft, nominanter „ tibi Generofe, & Egregie Joannes Ballingh, Capitaneo, „ & Stephano Budaj, Provifori Arcis noftræ Munkacsien- „ fis. Item Senioribus Presbyteris Decanis, & cujusvis „ ordinis Ecclefiafticis, æque ac fæcularibus Græcam am- „ plectentibus Religionem. Sub præattacto Epifcopatu „ Munkacsienfi, & Maramorofienfi commorantibus, mo- „ dernis, & futuris quoque pro tempore conftituendis, & „ fubfequentibus committimus, & mandamus firmiter: „ Quatenus Vos quidem Officiales dictum Joannem Gre- „ gory pro Epifcopo Munkacsienfi, & Maramorofienfi „ agnofcere, eundemque contra quosvis Turbatores Im- „ petitores, & Moleftatores tueri, protegere, & defendere, „ nec ipfimet ullo pacto in adminiftrando Officio fuo im- „ pedire; Vos vero Græcanicæ Religionis Ecclefiaftici, „ æque & fæculares tanquam Epifcopo Veftro debitum „ tribuere honorem, omnimodam obedientiam præftare, „ proventus, & folitos reditus absque defectu eidem ad- „ miniftrare, Vifitationem, Inquifitionem, antiquitus folito „ more permittere, Mulctas, & Birfagia exinde percipi „ folita eidem tradere. Tempore vifitationis, & aliis in „ negotiis publicis Ecclefiæ fuæ fufcepto itinere, de com- „ meatu, & tuta commitiva, aliisque neceffariis rebus „ profpicere, & providere modis omnibus debeatis, & „ teneamini. Nec fecus facturi. Præfentibus perlectis,

 „ ex-

„ exhibenti reſtitutis. Quas Nos in hujus rei robur, & „ majorem firmitatem dicto Joanni Gregory Chyrographo, „ & Sigillo noſtro corroboratas benigne dandas duximus, „ & concedendas. Datum in Libera, & Regia Civitate „ noſtra Caſſovienſi, die duodecima menſis Januarii. An- „ no Regnantis gratiæ Milleſimo, ſexcenteſimo, vigeſimo „ ſeptimo. Gabriel m. p. (L. S.) Stephanus Kovacsko- „ vics, Cancellarius. m. p.

CAPUT XIII.

De Epiſcopo hoc *Joanne Gregorovics*, id ſolum memorabile occurrit, quod penes Literas Liberi Paſſus Comitis *Melchioris Alaghi*, Judicis Curiæ Regiæ Canonicam peregerit viſitam ſuæ Diœceſis Anno 1630. quemadmodum patet ex ſequentibus:

„ COMES MELCHIOR ALAGHY de Be- „ keny, Judex Curiæ, ac Comitatus Zemplinienſis Supre- „ mus Comes, nec non Sacratiſsimi Principis, ac Domi- „ ni Domini Ferdinandi Secundi, Dei Gratia Electi Ro- „ manorum Imperatoris, ſemper Auguſti, ac Germaniæ, „ Hungariæ, Bohemiæ &c. Regis, Archi-Ducis Auſtriæ, „ Ducis Burgundiæ, Marchionis Moraviæ, Comitis Tyro- „ lis &c. Partium Præſcripti Regni Hungariæ Superiorum „ Generalis, Conſiliarius, & Cubicularius. Univerſis, & „ ſingulis Illuſtriſsimi, Reverendiſsimi, ac Reverendis, „ Illuſtribus, Spectabilibus, Magnificis, Generoſis, Egre-

„ giis,

„ giis, & Nobilibus, Supremis, ac Vice-Comitibus, Jud-
„ lium, Juratis, Aſſeſſoribus, Capitaneis, Vice-Capita-
„ neis, Ductoribus, Centurionibus, Vexilliferis, Excubia-
„ rum Magiſtris, Stationum Diſtributoribus; aliisque Eque-
„ ſtris, pariter & Pedeſtris ordinis Militibus, præ quorum-
„ cunque Comitatuum, Arcium, Caſtrorum, Caſtellorum,
„ Præſidiorum, & Fortalitiorum. Prudentibus item, ac
„ Circumſpectis Magiſtris Civium, Judicibus Primariis,
„ cæterisque Juratis Civibus, ac Inhabitatoribus quarum-
„ libet Civitatum, Oppidorum, Villarum, & Poſſeſsio-
„ num, cunctis etiam Triceſimatoribus, Teloniatoribus,
„ Pontium, Paſſuum Viarum, vadorumque Cuſtodibus,
„ ac aliis quibusvis cujuscunque ſtatus, conditionis, hono-
„ ris, dignitatis, & præeminentiæ hominibus, quam extra,
„ quam intra Ditionem Suæ Majeſtatis degentibus, præ-
„ ſentium notitiam habituris, ſalutem, amicitiam, & quibus
„ competit favorem. Poſteaquam præſentium Exhibitor
„ Reverendus Joannes Gregorovics, Eccleſiarum Religio-
„ nis Græce in de Beregh, Ungh, Zabolcs, nec non
„ Zemplinienſis, Maramoroſienſis, & Saaroſienſis Comita-
„ tibus habitarum, Epiſcopus, pro more, & ritu ſuo ſtatis
„ temporibus Eccleſias viſitare, indignos, inobedientes, &
„ contumaces cohibere, rejicere, ac in locum eorundem
„ dignos, & idoneos eligere, & ſurrogare, ac omnia ea,
„ quæ ad Epiſcopale Munus, & Officium ſpectare digno-
„ ſcuntur, debito modo peragere, & exequi propter loco-
„ rum ab invicem remotam diſtantiam ſine Literis noſtris
„ ſalvi Paſſus ſe minime poſſe aſſeruiſſet. Inſtitit apud Nos

„ di-

„ diligenter, quatenus easdem ſibi ad inſtar Prædeceſſo-
„ rum noſtrorum elargiri dignaremur, cujus juſta, & legi-
„ tima poſtulatione admiſſa: Univerſos, & ſingulos, extra
„ Ditionem quidem præfatæ Sacræ Cæſareæ, Regiæque
„ Majeſtatis degentes amice, & benevole rogatos volu-
„ mus, Fidelibus autem, & ſubditis Suæ Majeſtatis autho-
„ ritate, qua fungimur, harum ſerie committimus, & man-
„ damus, quatenus viſis præſentibus, antefatum Epiſco-
„ pum Joannem Gregorovics, non modo ubique locorum,
„ quocunque ad viſitationem Eccleſiarum Græcæ Religio-
„ nis exire, & divertere voluerit, libere, pacifice, citra-
„ que quorumvis perſonæ, ac rerum ſuarum impedimentum
„ permittere, ire, redire, commorari, paſſuare, indignos
„ corripere, cohibere, & rejicere. Dignos autem in locum
„ eorundem eligere, & conſtituere, ac omnia ea, quæ Offi-
„ cium, & Munus Epiſcopatus requirit facere permittere;
„ Quin etiam neceſsitate poſtulante, eidem omni ope, &
„ auxilio adeſſe velint. Dominationes veſtras de cætero
„ feliciter valere cupimus; alios vero ſecus facere nequa-
„ quam volumus. Præſentibus perlect. exhibent. reſtitut.
„ Datum in Civitate Regia Libera Caſſovienſi, die vige-
„ ſima octava Maji. Anno Domini Milleſimo, ſexcente-
„ trigeſimo.

Tenuit hic Epiſcopalem Cathedram Annis circiter ſex, cui ſucceſſerat Baſilius Taraſzovits, in Moldavia conſecratus, teſtantibus Paſſualibus Principis *Georgii Rakoczy*, quæ ſunt:

„ GEOR-

„ GEORGIUS RAKOCZY Dei Gratia Princeps „ Tranſylvaniæ, Partium Regni Hungariæ Dominus, & „ Siculorum Comes. Univerſis, & ſingulis cujuscunque „ Status, Gradus, Honoris, Ordinis, Dignitatis, Officii, „ & Præeminentiæ hominibus ubivis. Extra quidem Di- „ tionem noſtram conſtitutis, & commorantibus præſentes „ noſtras viſuris ſalutem, & proſperimos rerum ſucceſſus: „ Fidelibus autem noſtris Gratiam. Præſentium noſtra- „ rum Oſtenſor Honorabilis Baſilius Taraſzovits, Eccle- „ ſiarum Ritus Græci in Diſtrictibus Munkacsienſi, & Ma- „ ramoroſienſi electus Epiſcopus, cum ſibi adjuncta com- „ mitiva, & ſocietate, confirmandi Sacri illius Muneris „ ſui gratia; pro conſuetudine in eo Ordine recepta, „ proficiſcitur in Moldaviam ad Reverendiſsimum iſtius „ Ritus Archi-Epiſcopum. Quare volentes de tuto, & „ ſecuro, illius tranſitu, & reditu clementer providere. „ Univerſos, & ſingulos, extra quidem Ditionem noſtram „ conſtitutos, benigne requirimus, quo eidem tutam, ſe- „ curam, ac cujusvis moræ, & impedimenti expertem, „ eundi, redeundi, & commorandi copiam præbere, „ omnibusque humanitatis, & benevolentiæ Officiis ipſum „ proſequi velint. Rem hac in parte benigno vultu à „ nobis agnoſcendam facturi. Quæ omnia à Fidelibus „ ſub Ditione noſtra exiſtentibus requirimus, exequenda- „ que committimus. His de cætero felicitatem compre- „ cantes, illos ſecus non facere jubemus. Præſentes poſt „ Lecturam exhibenti reddi volentes. Datum in Arce „ noſtra Számos-Ujvár, die decima ſexta Octobris.

„ Anno Domini Millefimo, fexcentefimo, trigefimò tertio.
„ Georgius Rakoczy. Martinus Markosfalvi, Secretarius.
„ (L. S.)

CAPUT XIV.

§ I.

Basilius nonus inter Epifcopos Succeffor *Joannis Gregorovits*, Electus, & Confecratus Anno 1633. ut præmiffum eft, atque Decreto Prænominati Principis poft modum confirmatus, quod eft:

„ NOS GEORGIUS RAKOCZY Dei Gratia „ Princeps Tranfylvaniæ, Partium Regni Hungariæ Do- „ minus, & Siculorum Comes &c. Memoriæ commen- „ damus tenore præfentium fignificantes, quibus expe- „ dit univerfis. Quod cum nihil in humanis diu felici- „ tatis cardine volvi, nihil profperato fucceffu altius in „ dies exurgere, neque bene difpofiti ftatus fplendore „ coronari queat, nifi fuis Ordinibus diftinctum, nifi à „ confufionis mole vindicatum, certo gaudeat Moderatore, „ & prævio. Recte quam ob rem, & Divino inftinctu „ ad Gubernia quorumvis Ordinum Magiftratus, & Pri- „ mates furrogantur. Quid enim funt membra fine Ca- „ pite? quid Domus fine Patrefamilias! hoc eft ftatus fine „ Rectore, exulat illinc Juftitia, fqualore obducta jacet „ pietas, bonorum morum ftudiis longum vale jufsis, „ regnat impietas, & barbariei velamine occupata fordent

cuncta.

„ cuncta. Quamvis autem Moderatoris defectus Politici „ quoque ſtatus everſioni facem ſubminiſtret, & quosvis „ ordines manifeſti periculi ſpiculo defigat, longe tamen „ majori jactura, & diſcrimine Eccleſiæ ſtatuum, ac Hie- „ rarchiam diſsipat, & concoquit. Quæ ſuo deſtituatur „ Gubernatore, facile hæreticæ opiniones repullulescere, „ ſuperſtitionum monſtris ingenia hominum infaſcinari, „ Artium Liberalium ſtudia barbariei ſcabie deformari, „ divinarum ſcripturarum Lectiones anilium fabularum „ recitationibus anteverti occipiunt. Triſte utique ejus rei „ exhibet Exemplum, Eccleſia illa Græcanica, olim & „ Doctorum virorum copia celebris, & ſedes ſapientiæ „ florentiſsima, cujus omnis ſtatus inſcitiæ tenebris, & „ ſimonia oppreſſus, vix veſtigium priſtinæ dignitatis ex „ ignorantiæ ſordibus hodie protendit. Quæ Eccleſia, & „ Fides Græcanica, ſiquidem non ditionibus tantum, ſed „ & in privatis bonis noſtris, Authenos, Traces, & Va- „ lachos obſervatores habeat; Munus autem Epiſcopale „ Diſtrictus Arcis noſtræ Munkacsienſis, & Comitatus Ma- „ ramoroſienſis Græci Ritus, non ſine periculoſo diſcri- „ mine illius Eccleſiæ, & manifeſta turbatione nunc per „ mortem, & deceſſum honorati quondam Joannis Gregory „ Epiſcopi, antea Munkacsienſis vacet, ne in profundio- „ res abyſſos ſine Moderatore præceps ruat de certo illic „ Epiſcopo collocando benigne providendum eſſe duximus: „ cui muneri ſubeundo; ſiquidem nobis multis Nominibus „ inter alios idoneos commendatus ſit honorabilis Baſilius „ Taraſzovits, Presbyter Orientalis Eccleſiæ Græci Ritus,

„ ut qui Latinæ, & aliarum itidem Linguarum peritus,
„ & Theologicis ſtudiis imbutus, liberalium quoque Ar-
„ tium notitia, & bonis moribus alios anteiret, ac exinde
„ ab jam dicto Joanne Gregory in ſuum locum ad munus
„ Epiſcopale Teſtamentaria ejus diſpoſitione, & moder-
„ norum etiam Eccleſiæ illius Primatuum conſenſu ſurro-
„ gatus ſit, & conſtitutus. Talibus Diſpoſitioni nimirum
„ illius, & modernorum honeſtæ commendationi aſſenſi,
„ volentes benigne marceſcenti illius Eccleſiæ ſtatui baſim
„ ſubſtruere, & à confuſionis labe, quantum fieri poſſet
„ aſſerere: Eundem Baſilium Taraſzovits in Epiſcopum
„ Arcis noſtræ Diſtrictus Munkacsienſis, & Comitatus
„ Maramoroſienſis Græci Ritus Sancti Nicolai Epiſcopi
„ & Confeſſoris, ad Arcem noſtram modo dictam Mun-
„ kacs, in Comitatu de Beregh ſituati, juxta antiquitus
„ inibi obſervatam conſuetudinem cum dignitatis, & au-
„ thoritatis Epiſcopalis plenitudine; promovendum, præ-
„ ficiendum & clementer ſurrogandum eſſe duximus: imo
„ promovemus, præficimus, & ſurrogamus. Dantes, &
„ concedentes ei plenariam, atque omnimodam faculta-
„ tem, & poteſtatis legitimi Epiſcopatus Authoritatem,
„ in omnes ſeniores Paſtores, Presbyteros, Monaſterio-
„ rum Hegumenos, & Archimandritas, ac alios cujusvis
„ ordinis, & dignitatis Græci Ritus Eccleſiaſticos; quot-
„ annis nimirum Eccleſias, & ejus Seminaria, ſcholas
„ viſitandi, earum Paſtores, Scholarumque Rectores de
„ doctrina, vita, & moribus diligenter examinandi, erro-
„ res in eisdem corrigendi, ordinandi dignos Eccleſiis

„ Pa-

„ Paſtores, & Officiales dandi, eos judicandi, in ordine „ ſuo confirmandi, ab injuria defendendi, refractarios „ puniendi, excommunicandi, & ab Officio removendi, „ juxta Apoſtolicos, & Synodorum æcumenicarum Cano- „ nes, & antiquas leges: Item convocato cætu Eccleſiæ „ ejusdem ſtatum ad priſtinam integritatem reformandi. „ Bona Eccleſiaſtica, & proventus cognoſcendi. Templa „ ſua, & Parochias injurioſa Temporum aſperitate, aut „ hominum negligentia collapſa, reſtaurandi, Scholas, & „ Gymnaſia in locis idoneis errigendi, ubicunque Templa „ habent, in iis Sclavonicæ, Ruthenicæ, item Græcæ, „ Latinæ, aliarumque linguarum Magiſtros & Profeſſores „ intertenendi, & promovendi, & alia his ſimilia muneri „ ſuo convenientia, exercendi, præſentium per vigorem. „ Quocirca univerſos & ſingulos, Illuſtriſsimos, Spectabi- „ les ac Magnificos, Generoſos, Egregios & Nobiles Co- „ mites, Vice-Comites & Judices, & totam Univerſitatem „ Dominorum, Magnatum, & Nobilium Comitatus de „ Beregh diligenter requirimus, & hortamur, Comitatus „ vero Maramoroſienſis Univerſitati, item Generoſis, „ Egregiis, & Nobilibus Joanni Balingh Capitaneo, item „ Proviſori, Caſtellanis, & aliis Officialibus Præſidii, & „ Bonorum Arcis noſtræ Munkacsiensis, nec non Senio- „ ribus Presbyteris, Decanis, & cujusvis Ordinis Eccle- „ ſiaſticis æque, & ſæcularibus Græcam amplectentibus „ Religionem, ſub prætacto Epiſcopatu Munkacsienſi, & „ Maramoroſienſi commorantibus modernis, & futuris quo- „ que pro tempore conſtituendis, & ſubſequent. commit-

 timus,

„ timus, & mandamus firmiter, quâtenus dictum Bafilium
„ Tarafzovits pro Epifcopo Munkacsienfi, & Maramoro-
„ fienfi agnofcere; eundemque vos Officiales, contra quos-
„ vis Turbatores, Impetitores, & Moleftatores tueri pro-
„ tegere, & defendere, nec ipfum in adminiftrando Officio
„ fuo ullo pacto impedire. Vos vero Græcanicæ Religionis
„ Ecclefiaftici, æque & fæculares, tanquam Epifcopo ve-
„ ftro debitum honorem tribuere, omnimodam obedientiam
„ præftare, proventus, & folitos reditus absque defectu
„ eidem adminiftrare, Vifitationem, & Inquifitionem anti-
„ quitus folito more permittere. Mulctas & byrfagia exinde
„ percipi folita, eidem tradere: Tempore Vifitationis, &
„ aliis in Negotiis publicis Ecclefiæ fuæ fufcepto itinere de
„ commeatu, & tuta comitiva, aliisque neceffariis rebus
„ profpicere, & providere modis omnibus debeatis, & te-
„ neamini, neque fecus facturi. Præfent. perlect. exhibenti
„ reftitut. Datum in Civitate noftra Alba Julia, die quinta
„ menfis Januarii. Anno Domini Millefimo, fexcentefimo,
„ trigefimo quarto. Georgius Rakoczy m. p. (**L. S.**)

§ II. Modo fuperius præexpofito Electus, Inauguratus, atque in munere Decreto Principis confirmatus *Bafilius Tarafzovits* Canonicam Diœcefis fuæ vifitationem Anno immediate fequenti peragendam adorfus eft, Comitis *Nicolai Forgach* Paffualibus hifce provifus:

„ NICOLAUS FORGACH DE GHYMES, Eques
„ auratus, Supremus Comes Comitatus Bacsienfis, Cubi-
„ culariorum Regalium per Hungariam Magifter, nec non

Sa-

„ Sacratiſsimi Principis, ac Domini, Domini FERDI-
„ NANDI SECUNDI Dei Gratia Electi Romanorum
„ Imperatoris, ſemper Auguſti, ac Germaniæ, Hungariæ,
„ Bohemiæ &c. Regis, Archi-Ducis Auſtriæ, Ducis Bur-
„ gundiæ, Marchionis Moraviæ, Comitis Tyrolis, & Go-
„ ritiæ &c. Partium præſcripti Regni Hungariæ ſuperiorum
„ Generalis, Conſiliarius, & Cubicularius. Univerſis, &
„ ſingulis, Illuſtriſsimis, Reverendiſsimis, ac Reverendis,
„ Illuſtribus, Spectabilibus, Magnificis, Generoſis, Egre-
„ giis, ac Nobilibus, Supremis, & Vice-Comitibus, Judi-
„ cibus Nobilium, Juratis, Aſſeſſoribus, Capitaneis, Vice-
„ Capitaneis, Ductoribus, Centurionibus, Vexilliferis, Ex-
„ cubiarum Magiſtris, Stationum Diſtributoribus. Aliis-
„ que Equeſtris pariter & Pedeſtris Ordinis Militibus, præ
„ quorumcunque Comitatuum, Artium, Caſtrorum, Caſtel-
„ lorum, Præſidiorum, & Fortulitiorum. Prudentibus item,
„ ac Circumſpectis Magiſtris Civium, Judicibus Primariis,
„ cæterisque Juratis Civibus, ac Inhabitatoribus quarum-
„ libet Civitatum, Oppidorum, Villorum, & Poſſeſsionum.
„ Cunctis etiam Triceſimatoribus, Teloniatoribus, Pon-
„ tium, Paſſuum, Vadorum, viarumque Cuſtodibus, ac
„ aliis quibusvis cujuscunque Status, Gradus, Ordinis,
„ Honoris, Officii, Dignitatis, & Præeminentiæ hominibus,
„ tam extra, tam intra Ditionem Suæ Majeſtatis degenti-
„ bus, præſentium notitiam habituris, ſalutem, amicitiam,
„ & benevolentiam. Quibus autem competit condignam
„ Officiorum meorum oblationem: Poſteaquam Præſen-
„ tium Exhibitor Reverendiſsimus Baſilius Taraſzovits,
Eccle-

„ Ecclefiarum Religionis Græcæ in de Beregh, Ungh,
„ Szabolts, nec non Ugocsien. Szathmarien. Maramoro-
„ fien. Zemplinien. & Saarofien. Comitatibus habitarum
„ Epifcopus, pro more, & ritu fuo, ftatis Temporibus
„ Ecclefias vifitare, indignos, inobedientes, & contumaces
„ cohibere, ejicere, ac in locum eorundem dignos, & ido-
„ neos eligere, ac furrogare, & omnia ea, quæ ad Epifco-
„ pale Munus, & Officium fpectare dignofcuntur, debito
„ modo peragere, & exequi propter locorum ab invicem
„ remotam diftantiam fine Literis meis falvi Paffus fe mi-
„ nime poffe afferuiffet. Inftitit apud me diligenter, qua-
„ tenus easdem fibi ad inftar Prædeceſſorum meorum elar-
„ giri dignarer. Cujus jufta, & legitima poftulatione ad-
„ miffa. Univerfos, & fingulos, extra Ditionem quidem
„ præfatæ Sacræ, Cæfareæ Regiæque Majeftatis degentes
„ amice, & benevole rogatos volo. Fidelibus autem, &
„ fubditis Suæ Majeftatis, Authoritate, qua fungor, harum
„ ferie committo, & mando quatenus vifis præfentibus,
„ antefatum Epifcopum Bafilium Tarafzovits, non modo
„ ubique locorum, quocunque ad Vifitationem Ecclefiarum
„ Græcæ Religionis exire, & divertere voluerit, libere,
„ pacifice, citraque quarumvis perfonæ, ac rerum fuarum
„ impedimentum permittere, ire, redire, commorari, pau-
„ fare, indignos corripere, cohibere, & rejicere, dignos
„ autem in locum eorundem, eligere, & conftituere, ac
„ omnia ea, quæ Officium, & Munus Epifcopatus requirit,
„ facere permittere. Et ne Divortia fecundum conftitutio-
„ nes Hungariæ fine legitima caufa fiant, attendere, & de

more

„ more antiquitus, vigore Privilegiorum recepto Cathe-
„ drati cum a ſuis Presbyteris exigere permittant. Quin
„ etiam necesſitate poſtulante eidem omni ope, & auxilio
„ adeſſe velint. Dominationes veſtras de cætero feliciter
„ valere cupio. Alios vero ſecus facere nequaquam volo.
„ Præſent. perlect. exhibenti reſtit. Datum in Civitate Re-
„ gia Libera Caſſovienſi, die decima tertia menſis Septem-
„ bris, Anno Domini Milleſimo, ſexcenteſimo, trigeſimo
„ quinto. Nicolaus Forgach (L. S.) de Ghymes.

CAPUT XV.

§ I.

Turbulento ævi illius tempore, quo introductum Calvini Dogma in Hungaria altius radices figere, ac dilatari cœpit, Prænominatus Præſul *Baſilius Taraſzovits* Catholicæ Fidei eotum acerrimus defenſor extitit. Nationemque Ruthenam, & Valacham Curæ ſuæ Paſtorali divinitus commiſſam, pasſimque in fide nutantem ab omni errore præſervare, errantes ad unitatem, & gremium Eccleſiæ Catholicæ reducere omni ſtudio contenderat. Quapropter Princeps *Georgius Rakoczy* ſummo in eum ferebatur odio, utque eum clero, & populo a ſacra recederet Unione miris illum modis per ſuum Arcis Capitaneum *Joannem Balingh* in tantum urſerat, ut pro diſunito a Romana Eccleſia ſemet declaraverit, interea paulopoſt pœnitentia tactus, quia Catholicam publice profeſſus eſt Fidem, ab Ara in

ſacro Epiſcopali veſtitu a tremento Miſſæ Sacrificio Anno 1640. raptatus in ſcualore carceris diutiſsimi macerabatur, neque ſecus ad interpoſitionem *Ferdinandi* Imperatoris ex carcere dimiſſus eſt, quam ut omnibus Monaſterii Munkacsienſis Bonis ſemet abdicaret. Hunc taliter afflictum Epiſcopum (imo Patriarcham Ruthenæ Nationis per altefatum Cæſarem agnitum) idem Imperator clementiſsimus ſub ſuam protectionem aſſumpſerat, & in Oppido Kalló locatum 200. Rhenenſibus florenis ex Camera Caſſovienſi providerat. Geſtæ rei ſeriem exhibent Documenta iſthic ſubnexa complura. Et quidem primum prænominati Imperatoris ad Joannem Ballingh, Arcis Capitaneum. Cujus tenor:

„ FERDINANDUS TERTIUS Dei Gratia Ro-
„ manorum Imperator, ſemper Auguſtus &c. Egregie nobis
„ Dilecte. Ex certa relatione, non ſine Diſplicentia noſtra
„ intelleximus, quemadmodum ſuperioribus diebus Epiſco-
„ pus, & Patriarcha Munkacsienſis in unionem Eccleſiæ
„ rediiſſet, Jaſſoviam ad profeſsionem Fidei faciendam,
„ iter intenderet, per te; nulla habita Eccleſiaſticæ præro-
„ gativæ, & Privilegiorum a divis condam Hungariæ Re-
„ gibus, Prædeceſſoribus noſtris Monaſterio illius loci at-
„ tributorum, ac ſtatus ratione: violenta, & armata manu
„ ex eodem extractus, ac poſtmodum carceribus mancipa-
„ tus, Bonisque omnibus, & ipſo Epiſcopatu, cenſus priva-
„ tus exſtitiſſet, & tametſi quidem ne hæc, & ſimilia atten-
„ tares, per Fideles noſtros Spectabiles, ac Magnificos
„ Joannem Drugeth de Homonna, & Stephanum Nyari

„ de

„ de Bedezh, illarum noſtri ſuperiorum partium Regni Hungariæ Generalem Capitaneum; nominibus diligenter requiſitus, & admonitus fuiſſes, nihil tamen effectuari potuiſſet, quam ut ipſum Epiſcopum incommodos carceribus affligeres, ac inſuper in Tranſylvaniam mittendum decreviſſes. Quod quidem factum non ſolum Eccleſiaſticæ Libertati, verum etiam Authoritati noſtræ Regiæ, ac Legibus, & Conſtitutionibus Regni publicis. Deinde etiam primævæ Fundationi illius Monaſterii plurimum derogare videretur: Neque Judicem Virorum Eccleſiaſticorum, præſertim vero Epiſcoporum competenter temet conſtituere; aut eum procedendi modum conſectari valeas. Exquo non immerito probatæ Religionis ratio prætendi poſsit. Quocirca te hortamur, mandamusque ac firmiter præcipimus; quatenus præfatum Epiſcopum dimittere, Bonaque Eccleſiaſtica, ac quæcnnque ablata reſtituere: imo deinceps eum in functionibus ſuis Eccleſiaſticis, & propoſito turbare, ac impedire minime velis. Alioquin noveris te pœnas ejusmodi factis temerariis debitas incurſurum. Datum in noſtra, & Sacri Romani Imperii Ratisbona Civitate, die 22da menſis Februarii, Milleſimo, ſexcenteſimo, quadrageſimo primo. Ferdinandus (L. S.)

§ II. Aliæ ejusdem Imperatoris in eodem merito ad Principem *Georgium Rakoczy* exaratæ:

„ FERDINANDUS TERTIUS Dei Gratia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus &c. Illuſtriſsime

„ Princeps Nobis honorande! In negotio eliberationis Epi-
„ ſcopi & Patriarchæ Munkacsienſis, Græci Ritus ſince-
„ ritatem veſtram, jam antea locis noſtris, quam etiam
„ medio Fidelis noſtri Regni Hungariæ Comitis Palatini
„ benigne requiſiveramus; ad quod cum nullus hactenus
„ rei effectus ſit. Fidelem noſtrum Sigismundum Eorſy,
„ Vice-Comitem Comitatus Sopronienſis ad eam expe-
„ diendum eſſe duximus, ſinceritatique veſtræ in ipſo ſolo
„ negotio nonnulla referenda commiſimus. Cui proinde,
„ ut & iis, quæ nomine noſtro repræſentaturus eſt: indu-
„ biam fidem adhibere velit, clementer cupimus, ac in
„ reliquo ſinceritati veſtræ felicis rerum ſucceſſus compre-
„ camur. Datum in noſtræ, & Sacri Romani Imperii Ci-
„ vitate Ratisbona, die 22da menſis Auguſti. Milleſimo,
„ ſexcenteſimo, quadrageſimo primo.

§ III. Idem Imperator *Sigismundo Eorsy*, Vice-Co-
miti Comitatus Sopronienſis circa idem negotium ſcripſit
Inſtructionem, tenoris ſequentis:

„ FERDINANDUS TERTIUS Dei Gratia Ro-
„ manorum Imperator, ſemper Auguſtus &c. Pro Fideli
„ noſtro Egregio Sigismundo Eorſy, Vice-Comite Comita-
„ tus Sopronienſis ad Principem Tranſylvaniæ Georgium
„ Rakoczy profecturo data Inſtructio:

„ *Primo:* dictus Sigismundus Eorſy diſpoſitis rebus
„ ſuis, & modo curſoris admaturatis itineribus ad Tran-
„ ſylvaniam proficiſcetur, & Principem conveniet, exclu-
„ ſisque omnibus aliis rebus, & negotiis ſolum dimiſsio-

nem,

„ nem, & eliberationem Epiſcopi, & Patriarchæ Munka-
„ csienſis Græci Ritus aget, ac effectuare laborabit.

„ *Secundo :* Præmiſſa itaque ſalutatione, & benigni
„ affectus, ac propenſionis Suæ Majeſtatis erga eundem
„ Principem oblatione: Literas Suæ Majeſtatis Credentio-
„ nales tradet, & repræſentabit; Principem recenti me-
„ moria tenere: Qualiter nam benignis Suæ Majeſtatis li-
„ teris de dato 22. menſis Februarii Anni labentis (quam-
„ vis etiam medio Spectabilis, ac Magnifici Comitis
„ Regni Hungariæ Palatini requiſitus fuiſſet) ut dictum
„ Epiſcopum, & Patriarcham Munkacsienſem, ex eo,
„ quod ille in unionem rediiſſet, & Jaſſoviam ad Profes-
„ ſionem Fidei faciendam proficiſcendi intentionem ha-
„ buiſſet, ac propoſitum Egregio Joanne Ballingh, Capi-
„ taneo Munkacsienſi, nulla habita ratione Eccleſiaſticæ
„ Dignitatis, ac Privilegiorum a divis condam Hungariæ
„ Regibus conceſſorum, areſtatum, violenterque ac manu
„ armata e Monaſterio extractum, & poſt modum carce-
„ ribus mancipatum, Epiſcopatu inſuper, & Bonis omni-
„ bus exutum, ac privatum in integrum reſtitui; adem-
„ ptaque eidem reddi facere. Præter Benignam tamen Suæ
„ Majeſtatis expectationem tantum abeſt: ut idem Prin-
„ ceps clementi Suæ Majeſtatis requiſitioni ſatisfeciſſet; quin
„ ne reſpondere quidem gratioſis ejusdem Literis voluerit,
„ ac prælibatum Epiſcopum & Patriarcham poſt acceptas
„ ejusmodi Suæ Majeſtatis requiſitorias literas longe ſeve-
„ rius tractari, ſtrictiorique cuſtodia detineri feciſſet.

„ *Tertio :* Quod quidem factum hactenus in Regno „ Hungariæ (præſertim pacis tempore) inuſitatum cum toti „ ſtatui Eccleſiaſtico, ejusque immunitati, ac libertati, au- „ thoritati etiam Suæ Majeſtatis Regiæ, ac Legibus Regni: „ Primævæ inſuper Fundationi illius Beneficii plurimum „ derogare manifeſtum ſit: Suam Majeſtatem, qua quosli- „ bet fideles ſuos Regnicolas, præſertim autem ſtatum „ Eccleſiaſticum! in ſuis antiquis libertatibus, & immuni- „ tatibus benigne conſervari intendit: ac etiam Authori- „ tati ſuæ Regiæ incumbit in læſione Jurium in Regno „ Hungariæ admitti, quidquam diferre ulterius noluiſſe; „ quamvis fidelem ſuum Miniſtrum ad eum dimitteret de „ eliberatione præfati Epiſcopi, ipſum Principem denuo „ efficaciterque requireret.

„ *Quarto:* Cuperet itaque ab ipſo Principe clementer „ eliberationem, ac dimiſsionem ejusdem Epiſcopi, reſti- „ tutionemque omnium Bonorum ablatorum, ac ne dein- „ ceps ipſe Epiſcopus, & Patriarcha in propoſito, ac „ functionibus ſuis Eccleſiaſticis turbetur, ordinari. Quod- „ ſi vero Prælibatus Princeps benignæ Suæ Majeſtatis re- „ quiſitioni, & admonitioni ſeſe accomodare nollet, dimis- „ ſionemque prænotatam Epiſcopi difficultaret: Ex quo „ res hæc incaptivationis Epiſcopi totaliter in Ditione Suæ „ Majeſtatis contigerit, ac patrata ſit; neque ulla ratione „ Tranſylvaniam attingat; præfatam Suam Majeſtatem au- „ thoritate ſua Regia præmiſſa, etiam mandare. Ex præ- „ ſcripto ſiquidem Legum Patriæ, & Libertatis prærogati- „ væ: imo niſi Legitime citatus, convictusque detineri, ac

in

„ in rebus ſuis damnificari non valeret. Quod ſi porro „ Princeps quid prætenſionis contra Perſonam dicti Epi„ ſcopi, aut etiam ratione Bonorum haberet, id ſuis mo„ dis, & competenti via Juris proſequi poſſet.

„ *Quinto:* Quibus, aliisque præſentem materiam con„ cernentibus, ac negotium facilitantibus rationibus Prin„ cipi repræſentatis, diligenter, ac ſedulo adlaborabit, ut „ Princeps ſeſe accomodet, prædictusque Epiſcopus reſti„ tutus omnibus Bonis ademptis quantocius dimittatur, ac „ demum reditum admaturabit, Suæque Majeſtati de omni„ bus relationem faciet ſufficientem. C•i in reliquo ſæpe„ fata Sua Majeſtas, Gratia, & Benignitate propenſa ma„ net. Datum in noſtra, & Sacri Romani Imperii Civi„ tate Ratisbona, die Vigeſima ſecunda menſis Auguſti. „ Anno Milleſimo, ſexcenteſimo, quadrageſimo primo.

§ IV. Eo in carceribus exiſtente, in locis diverſis factæ ſunt nomine ejusdem Epiſcopi Proteſtationes. Ex his prima Admodum Reverendi Domini *Stephani Varro*, Archidiaconi de Heves, & Venerabilis Capituli Eccleſiæ Agrienſis Canonici, coram prælaudato Capitulo. Proteſtatio facta eſt, ut ſubnexus tenor perhibet:

„ NOS CAPITULUM ECCLESIAE AGRI„ ENSIS memoriæ commendamus per præſentes Literas „ noſtras, quibus expedit Univerſis. Quod Admodum Re„ verendus Dominus Stephanus Varro, Archidiaconus de „ Heves, & Canonicus Venerabilis Capituli Eccleſiæ Agri„ enſis &c. Noſtram perſonaliter veniens in præſentiam

No-

„ Nomine, & in Perſona Reverendiſsimi Domini Baſilii
„ Taraſzovits, Epiſcopi Eccleſiæ Græco Catholicæ Munka-
„ csienſis, per modum, & formam ſolitæ, & ſolennis Pro-
„ teſtationis nobis ſignificavit, & detexit taliter. Qualiter
„ in Anno Domini Milleſimo, ſexcenteſimo, quadrageſimo,
„ circa feſtum Sanctæ Luciæ, Generoſus Dominus Joan-
„ nes Ballingh, Capitaneus Arcis Munkacs, ex commis-
„ ſione, uti credi par eſt, Illuſtriſsimi Domini Georgii
„ Rakoczy, Principis Tranſylvaniæ &c. neſcitur unde mo-
„ tus, quove Temeritatis auſu, mera nocendi, & vexandi
„ cupiditate, ac dominandi libidine exæſtuatus, miſsis,
„ & deſtinatis certis quibusdam militibus ſuis pedeſtris
„ ordinis armatis manibus, in, & ad Monaſterium, ſeu
„ ſolitam dicti Reverendiſsimi Domini Proteſtantis reſiden-
„ tiam, ſub præfata Arce ſituatam omnino in Comitatu de
„ Beregh exiſtente habitam hoſtiliter eundem Proſtantem,
„ nullis ejusdem culpis, ac demeritis exigentibus, nemini
„ quidquam mali, aut nocumenti machinantem, ſed peni-
„ tus innoxium, ac pro tunc pontificaliter indutum, & Sa-
„ cris operantem, violenter ab Altari raptum, per compita
„ Civitatis contumelioſe iisdem veſtibus indutum duci cu-
„ raſſet, nullaque ratione habita divinæ, & humanæ Legis
„ incaptivari feciſſet, captumque in præfatam Arcem Mun-
„ kacs, ac conſequenter in conſpectum, & præſentiam
„ ſuam de duci curaſſet, eundemque inhonoſte tractatum,
„ tandem incarceraſſet, ac in præſentiarum quoque cap-
„ tivum detineret, & conſervaret, Bona quoque univerſa
„ mobilia & immobilia, Juraque Poſſeſsionaria una cum

Mona-

„ Monafterio fuo ex vi Fundationis ad Idem Monafterium „ fpectantia, & continuato ufu pacifice ufque ad hæc tem„ pora tenta, & poffeffa occupaffet, occupataque teneret, „ & pofsideret, etiam de facto potentia mediante, in gra„ ve præjudicium damnumque, & derogamen dicti Pro„ teftandis manifeftum. Facta autem hujusmodi Protefta„ tione, idem Dominus Proteftans nomine, & in perfona, „ cujus fupra literas noftras fuper inde Teftimoniales per „ nos eidem Reverendifsimo Domino Bafilio Tarafzovits, „ Epifcopo Ecclefiæ Græco Catholicæ Munkacsienfis dari „ poftulavit. Quas nos eidem Jurium fuorum futuram ad „ cautelam, & tuitionem communi fuadente Juftitia dandas „ duximus, & concedendas. Datum Jafzoviæ, Dominica „ quinta Trinitatis. Anno Domini Millefimo, fexcentefimo, „ quadragefimo primo."

§ V. Similis Proteftatio nomine ejusdem incarcerati Præfulis facta fuit apud Judicem Curiæ Regiæ Comitem *Joannem Drugeth*, medio Domini Archidiaconi *Joannis Marinics*, ut patet ex his:

„ NOS COMES JOANNES DRUGETH DE „ HOMONA, Judex Curiæ Regiæ, Perpetuus de Ungh, ejus„ dem, ac Zemplinienfis Comitatuum Supremus Comes, „ nec non Sacratifsimi Principis, ac Domini, Domini „ FERDINANDI TERTII Dei Gratia Electi Ro„ manorum Imperatoris, femper Augufti, ac Germaniæ, „ Hungariæ, Bohemiæ &c. Regis, Archi-Ducis Auftriæ; „ Ducis Burgundiæ &c. Confiliarius, & Camerarius. Da-

„ mus pro Memoria. Quod die datarum præſen'ium Re-
„ verendus Joannes Marinics, Eccleſiæ Græco Catholicæ
„ Archi-Diaconus, vulgari lingua Protopopa titulatus,
„ noſtram perſonaliter veniens in præſentiam nomine, &
„ in perſona Reverendiſsimi Baſilii Taraſzovits, Epiſcopi
„ Eccleſiæ Græco Cathol. Munkacsienſis in Comitatu de
„ Beregh, in ſuperiori parte Oppidi Munkacs in honorem
„ Sancti Nicolai Epiſcopi Confeſſoris fundatæ nobis ſignifi-
„ cavit & detexit, hunc in modum: Quemadmodum Anno
„ proxime evoluto Milleſimo, ſexcenteſimo, quadrageſi-
„ mo, circa feſtum Beatæ Luciæ Virginis, Anno in eodem
„ præteritum, Generoſus Joannes Ballingh, Illuſtriſsimi
„ Domini Georgii Rakoczy, Dei Gratia Principis Tran-
„ ſylvaniæ, Partium Regni Hungariæ Domini, & Siculo-
„ rum Comitis, Arcis Munkacs in Comitatu Bereghienſi
„ adjacentis Capitaneus, neſcitur, quibus ductus reſpecti-
„ bus, quibusve ad id nocendi, & Eccleſiam DEI vexan-
„ di incitatus conſiderationibus, & motivis, miſsis, & de-
„ ſtinatis certis ſatrapis, & militibus ſub Jurisdictione ſua
„ conſtitutis pedeſtris ordinis, manibus armatis, & poten-
„ tiariis, in & ad præfatum Monaſterium Sancti Nicolai
„ Confeſſoris, ac ſolitam dicti Epiſcopi Reſidentiam, manu
„ violenta, & armata eundem Baſilium Taraſzovich, Epi-
„ ſcopum eotum divinis Officiis intentum, & ſacra tra-
„ ctantem, nullis demeritis ſuis id exigentibus nemini quid-
„ quam mali attentare volentem, neque ſibi evenire for-
„ midantem inter ſacra ſolennia Pontificaliter indutum,
„ violenter ab altari raptum, & tractum per plateas, &

„ com-

„ compita dicti Oppidi Munkacsienſis iisdem veſtibus in-
„ dutum duci, ac in prætactam Arcem Munkacsienſem in
„ præfato Comitatu de Beregh adjacentem, conſequenter-
„ que conſpectum ſuum ignominioſe deduci curaſſet, ac
„ poſt modum nimis indecenter tractatum, carceri, & vin-
„ culis mandari feciſſet, in præſentiarumque in captivita-
„ te detineret, Bona inſuper univerſa, mobilia pariter &
„ immobilia, ac Jura Poſſeſsionaria, una cum prætacto
„ Monaſterio, ad idem Monaſterium ex antiqua Funda-
„ tione ſpectantia, & hactenus reali uſu, & pacifico Domi-
„ nio poſſeſſa violenter occupaſſet, & ea ipſa occupatio-
„ ne, ac manus violentæ via poſsideret etiam de præſenti,
„ damno, & præjudicio, derogamineque tam Epiſcopatus
„ Dignitatis, quam Eccleſiæ prænotatæ valde gravi, &
„ manifeſto. Ac proinde memoratus Proteſtans nomine,
„ & in perſona jam fati Domini Epiſcopi, ac Prælati ſui
„ in captivitate exiſtentis facta coram nobis ea qua ſupra
„ ſolenni Proteſtatione, memoriam præmiſſorum violento-
„ rum actuum, tam contra dictum Joannem Ballingh, ac
„ hæredes, & poſteritates quoque ſuas, nec non contra
„ Arcis, & Dominii Munkacsienſis præſentes, & futuros
„ Poſſeſſores, eorumque hæredes, & ſucceſſores utriusque
„ ſexus univerſos cum Jurium ſuorum futura cautela re-
„ linquendo omnes vias Proceſſus, modosque circa Eccle-
„ ſiæ prænotatæ Jurium, ac perſonæ integritatis in inte-
„ grum reſtitution. & exinde conſequendorum nominibus
„ Eccleſiarum Græco Catholicarum reſervaſſet. Super qua
„ quidem Proteſtatione præſentes literas noſtras Proteſta-

 „ torias

„ torias ſub ſigillo noſtro authentico eidem Jurium Eccle-
„ ſiæ ulteriori pro cautela dandas duximus, & conceden-
„ das. Communi ſuadente Juſtitia. Datum in Arce noſtra
„ Unghvarienſi, die nona menſis Junii. Anno Domini Mil-
„ leſimo, ſexcenteſimo, quadrageſimo primo.

§ VI. Idem *Marinits* in eadem cauſa nomine, & in perſona afflicti Prælati ſui egerat apud Tranſylvaniæ Epiſcopum electum *Stephanum Simandi*, quemadmodum ex tranſumpto authentico Venerabilis Conventus Eccleſiæ Sanctæ Crucis de Leleſz, de Anno 1735. genuine deſcriptum iſthoc Proteſtationis Teſtimonium clare remonſtrat:

„ NOS STEPHANUS SIMANDI, electus Epiſcopus
„ Tranſylvanienſis &c. Memoria commendamus per præ-
„ ſentes. Quod honorabilis Joannes Marinitſz Archidiaco-
„ nus, ſeu ut vulgo vocant Protopopus ſuperioris Traciæ,
„ ac Reverendiſsimi Domini Baſilii Taraſzovits, Eccle-
„ ſiarum Religionis Græcæ in Comitatibus Beregh, Ungh,
„ Zabolcs, Ugocsa, Szatmar, Maramoros, Zemplén, &
„ Sáros exiſtentium, & habitarum Epiſcopi, in Spirituali-
„ bus, & Temporalibus omnibus Vicarius, ejusdem cauſæ
„ Rector noſtram perſonaliter veniens in præſentiam, no-
„ mine, & in perſona ejusdem Domini Baſilii Taraſzo-
„ vits Epiſcopi, per modum ſolennis, ſerieque ac quæru-
„ loſæ proteſtationis nobis ſignificari, & detegi curavit iſto
„ modo; qualiter ſuperioribus præteritis diebus Egregius
„ Joannes Ballingh de Gelse, Arcis Munkacs ſupremus
„ Capitaneus, neſcitur, unde motus, & quibus conſidera-

tioni-

„ tionibus ductus, nullis rationabilibus, evidentibusque de
„ caufis, mifsis, & deftinatis Arcis numerofis peditibus
„ Clauftrum Græcæ Religionis prope Munkacs fundatum
„ potentia mediante irrui feciffet, ibi denique memoratum
„ Dominum Bafilium Tarafzovits, Epifcopum dictæ Græcæ
„ Religionis in Templo ibidem exftructo, facroque more
„ folito occupatum, injufte, & indebite innocentem, & im-
„ meritum de immunitate Catholicæ Ecclefiæ laborantem
„ captivaffet, captumque in crudeli captivitate, & vincu-
„ lis in ipfa Arce Munkács ab eo toto tempore in carce-
„ ribus detinuiffet, detineretque etiam modo, magno cum
„ ipfius Domini Proteftantis dignitatis Epifcopalis præju-
„ dicio, & derogamine, tum etiam Ecclefiæ fuæ malo, &
„ defectu, unde facta, & præhabita hujusmodi feria, &
„ folenni, quærulofaque Proteftatione. Idem Præfatus
„ Joannes Marinicz Archidiaconus, nomine, & in perfona
„ prænominati Domini Proteftandis præfentes hafce literas
„ noftras proteftaturias, & teftimoniales eidem Domino
„ Epifcopo Proteftanti per nos dari inftanter poftulavit.
„ Quas nos eidem Jurium fuorum futura pro cautela, &
„ tuitione neceffarias fub figillo noftro conventuali, & au-
„ thentico communi fuadente Juftitia dandas duximus, &
„ concedendas. Datum feria fecunda proxima ante feftum
„ Beatorum Gervafii & Protafii Martyrum. Anno Domini
„ Millefimo, fexcentefimo, quadragefimo primo.

§ VII. Clementifsima illa (de qua fuperius dictum) Cæfaris apud Principem Interpofitio in eo efficax exftitit,

quod Antiſtes hic Baſilius a Feſto Sanctæ Luciæ Virginis (quod incidit in diem decimam tertiam menſis Decembris) Anni 1640. usque initium Aprilis Anni 1642. utpote tam diuturno, eoque permoleſto ſqualore carcerum meceratus, Libertati, Epiſcopali dignitate, Bonis omnibus tam mobilibus, quam immobilibus, omnibusque Juribus poſſeſsionariis exutus, atque ſpoliatus, tandem ægre quidem, reſtitutus attamen fuerit ſuæ priſtinæ Libertati, ſuam ex qua per ſummam Injuſtitiam exturbatus erat, receperit Cathedrâm, amiſſa Bona rehabuerit. Sed eheu! vix Monaſterium ingreſſus, vix Religioſos ſuos diſperſos aliunde, reverſus Domum, colligere, deſolatum Monaſterium ad inhabitandum accomodare, neceſſariis inſtruere, æconomium neglectam reaſſumere, imo tot tantisque calamitatibus, atque ærumnis gravatus, vix reſpirare valuerat, en! iterum redit calamitatum nova tempeſtas, iterum ſede ſua, Bonisque reſtitutis paulo ante excluditur, & per eundem uti prius Arcis Capitaneum ſpoliatur omnibus afflictiſsimus Præſul ille, novis hac quoque altera vice Lamentis Clementiam Cæſaris atque Protectionem implorat, nec ubi cupat reclinaret, locum non habens, propter Fidei Catholicæ Confeſsionem, Sacramque Unionem taliter tractatus. Adfuit etiam tunc afflicto Epiſcopo Imperator optimus, egitque cauſam ejus apud Principem per literas, & Legatos, ut ex his patet:

„ FERDINANDUS Dei Gratia Romanorum Im-
„ perator, ſemper Auguſtus &c. Illuſtriſsime Princeps no-
„ bis honorande! Epiſcopum Munkacsienſem Græci Ritus
„ Baſilium Taraſzovits ad Unionem Catholicæ Eccleſiæ

con-

„ converſum, ac nuper e longa detentione carcerum libe-
„ ratum, & loco ſuo reſtitutum: Iterum a Joanne Ballingh,
„ Capitaneo Munkacsienſi, minis gravibus, & aliis incon-
„ venientibus modis ſede ſua excluſum, ac omnibus Bonis
„ rebusque ac proventibus privatum exſtitiſſe; ex demiſſa
„ ipſius Expoſitione ac lamentis Majeſtati noſtræ coram re-
„ præſentatis intelleximus. Quæ quidem privatio quanto
„ cum Juris Eccleſiaſtici, ejus Immunitatis, ac Libertatis,
„ Authoritatis etiam noſtræ Regiæ præjudicio accidat, be-
„ nigne recordamur, ea per nos ſinceritati veſtræ jam antea
„ in cauſa dimiſsionis præfati Epiſcopi intimata fuiſſe. Et
„ quia Viri Eccleſiaſtici præſertim Epiſcopi nonniſi a Supe-
„ riori Eccleſiæ poteſtate beneficiis ſuis, & obventionibus
„ privari, ac exui valeant, ad Supremam Juris Patronatus
„ noſtri (quod in omnibus Eccleſiis Regni noſtri Hungariæ
„ optimo Jure exercere dignoſcimur) Authoritatem perti-
„ net, Juribus ejusdem Epiſcopi provideri. Quocirca ſin-
„ ceritatem veſtram benigne requirimus, quatenus præli-
„ bato Epiſcopo adempta reddi, ipſumque in integrum
„ reſtitui facere; neque in functionibus ſuis turbari permit-
„ tere velit. Cui in reliquo vitam longævam, ac proſperos
„ ſucceſſus comprecamur. Datum in Civitate noſtra Vienna
„ Auſtriæ, die vigeſima nona menſis Aprilis. Anno Mil-
„ leſimo, ſexcenteſimo, quadrageſimo ſecundo.

§ VIII. De eodem merito Imperatoris Decretum ad electum Epiſcopum Agrienſem *Jakuſith:*

„ FERDINANDUS TERTIUS Dei Gratia Ro-

ma-

„ manorum Imperator, semper Auguſtus &c. Pro Reve„ rendo Georgio Jakuſith de Orbova, electo Epiſcopo „ Agrienſi, perpetuo Comite de Heves, & Conſiliario, ad „ nuptias Filii Principis Tranſylvaniæ Georgii Rakoczy, „ Legato noſtro *Inſtructio:*

„ Primo: Dictus Legatus diſpoſitis rebus ſuis cum de„ centi apparatu, & comitiva, quam etiam nonnulli Ma„ gnates Regni Hungariæ acturi ſunt &c. hoc 2do, 3tio „ & 4to Punctis ei in ea Ablegatione expoſitis. Dein 5to „ Quibus eatenus repræſentatis, in alia poſt modum Au„ dientia, ſequentia duo Puncta etiam ipſi Principi eadem „ dexteritate proponet: Præfatum Principem nimirum jam „ ante a Sua Majeſtate iteratis vicibus fuiſſe requiſitum, „ ut Patres Societatis Jeſu Prædeceſſorum ſuorum lauda„ bile exemplum ſecutus, qui eosdem Patres non modo „ paſsi; verum etiam favore, & beneficiis proſecuti fuis„ ſent; libere in Tranſylvaniam admittere; neque in Exer„ citio Religionis impedire. Dein Epiſcopo Baſilio Tara„ ſzovits Bona violenter accepta cum omnibns rebus manu „ violenta ablatis reſtitui curare, nec in ſuis functionibus „ Epiſcopalibus amplius turbari, præſumere. Loco, die, „ menſe, & anno ut ſupra.

§ IX. Non admiſſo ad Monaſterium Munkacsienſi Epiſcopo prænominato Imperator locum habitationis in Oppido Kalló, Zabolcsienſi Comitatui ingremiato exaſsignat, & Rhen-Florenis 200. ex Camera Caſſovienſi levandis eundem interimaliter providet:

FER-

„ FERDINANDUS TERTIUS Dei Gratia Ro-
„ manorum Imperator, ſemper Auguſtus &c. Fidelibus
„ noſtris Spectabilibus, ac Magnificis Comitibus Nicolao
„ Eſzterházy de Galantha Camerariis, & Joanni Drugeth
„ de Homona, Stephano Csáky de Kereſztſzék, Sigis-
„ mundo Forgacs de Gyimes, Petro de Bathor Szátma-
„ rienſi, & Ladislao Bárkoczy de Szala-Kallovienſi, Præ-
„ ſidiorum noſtrorum Supremis Capitaneis; item Conſilia-
„ riis noſtris Adamo Ladislao Károlyi de Nagy-Károly,
„ nec non Generoſæ, ac Magnificæ Dominæ Barbar Sze-
„ gezics ex- & de Lapis-Patak, Magnifici condam Mi-
„ chaëlis Károlyi de dicta Nagy-Károly relictæ Viduæ,
„ ſalutem, & gratiam. Fideli noſtro Baſilio Taraſzovits,
„ Epiſcopo Munkacsienſi Græci Ritus intuita afflicti ſtatus
„ ſui, in quem ob Profeſsionem Religionis Catholicæ,
„ ejectione e ſede, & Monaſterio ſuo Munkacsienſi, &
„ demptione omnium Bonorum, & rerum ſuarum incidiſſet,
„ pro ſecuritate ipſius, & manendi oportunitate de loco
„ habitationis in Oppido noſtro Kallovienſi benigne pro-
„ videri curavimus, qui ut ſaluti animarum commodius
„ invigilare, & plebem Græci Ritus in vinea Domini vi-
„ ciniaque, & bonis veſtris exiſtentem, ad obedientiam,
„ & unionem Eccleſiæ Catholicæ reducere valeat: Fide-
„ litates veſtras benigne requirimus, & hortamur, quate-
„ nus ipſi Epiſcopo id non ſolum permittere, verum etiam
„ in ea per Viſitationem Eccleſiarum Parochialium ejus-
„ dem Græci Ritus omni ope, auxilio, & protectione eſſe;
„ ſalutare ejusmodi opus, & intentionem promotione, ac

 inſu-

„ insuper pensiones Cathedraticas per Ministros dicti Græ-
„ ci Ritus, non alteri, quam ipsi dari, ac administrari fa-
„ cere, & curare velitis. Præsentibus perlectis, exhibent.
„ restitutis. Datum in Civitate nostra Vienna Austriæ, die
„ vigesima nona mensis Aprilis, Millesimo, sexcentesimo,
„ quadragesimo tertio Anno.

Alterum Decretum Imperatoris:

„ FERDINANDUS TERTIUS Dei Gratia Ro-
„ manorum Imperator, semper Augustus &c. Spectabilis,
„ ac Magnifice, nec non Egregii Fideles nobis Dilecti.
„ Fidelis noster honorabilis Basilius Taraszovits, Episco-
„ pus Munkacsiensis Græci Ritus demissam apud Maje-
„ statem nostram Instantiam fecit, quatenus afflicti status
„ sui, in quem ob Profefsionem Religionis Catholicæ eje-
„ ctione ex sede, & Monasterio suo Munkacsiensi, ac
„ ademptione bonorum omnium, & rerum suarum inci-
„ disset; dignaremur pro securitate ipsius in Oppido nostro
„ Kalloviensi de loco habitationis, ac manendi opportuni-
„ tate: tum etiam pro sustentatione Vitæ suæ de aliquo
„ subsidio benigne provideri facere. Cujus humillima In-
„ stantia exaudita, pro commiserationis erga ipsum affe-
„ ctu clementer cupimus ejusdem inopiæ, & calamitati
„ subvenire: Quocirca vobis harum serie benigne com-
„ mittimus, & mandamus: Quatenus in dicto Oppido no-
„ stro Kalló de aliquo loco pro habitatione ipsius oppor-
„ tuno, tum etiam pro sui sustentatione ex Reditibus Ca-
„ meræ nostræ superioris Scepusiensis de subsidio ducen-

„ torum

„ torum circiter florenorum Rhenenfium annuatim (donec „ ipfi aliunde profpectum effe poffet) providere velitis, „ ac debeatis, Gratia noftra Cæfarea, & Regia vobis in „ reliquo propenfi manemus. Datum in Civitate noftra „ Viennenfi, die vigefima nona Aprilis, Anno Millefimo, „ fexcentefimo, quadragefimo tertio.

CAPUT XVI.

§ I.

Bafilii hujus variis calamitatibus divexati conftantiam fuiffe labefactatum, eumque ab Unione Sacra defeciffe perhibent Acta, quæ de Parthenio ejusdem immediato Succeffore præexiftunt; lapfus tamen hic illius ante Incarcerationem admiffus, & poft modum pœnitentia expiatus intelligendus venit, & ex præmifsis fufficienter id colligi poteft, & Clerus in capite fuo, ac etiam in membris fuis intolerabilem preffurum fuftinens calamitofo illo tempore, magna ex parte recefsit, & permanfit in disunione ad Annum 1649. quo per Profefsionem in Arce Unghvarienfi emiffam fub tribus hifce Conditionibus Sacram reaffumpfit Unionem. *Primo:* ut Ritum Græcum ipfis fervare liceat. *Secundo:* ut Epifcopum a fe electum, & ab Apoftolica Sede confirmatum habeant. *Tertio:* ut Libertatibus Ecclefiafticis libere fruantur. Quibus etiam Conditionibus admifsis, & probatis atque ftantibus. Idem Venerabilis Clerus mox elegit in Epifcopum *Petrum Par-*

L 2 *tenium,*

tenium, quem poſt modum Cæſareo-Regia Denominatione proviſum a Summo Pontifice Innocentio X. idem Clerus inſtitit ſibi confirmari. Id patet ex ſequentibus:

§ II. GRATIA CHRISTI ELECTE SANCTISSIME PATER, ET UNIVERSALIS PATRIARCHA!

„ Nos Sacerdotes Sacri Ritus Græci Inclyti, & Apoſtolici Regni Incolæ per Comitatus in Cathalogo noſtrorum ſpecificatos ſiti, compertum habentes, quod Sacramentum Regium ſit abſcondendum, opera vero DEI eſſe revelanda; & ſole clarius omnibus Populis manifeſtanda, utpote talia, perquæ Clementiſsimi DEI noſtri erga rationabilem Creaturam ineffabilis ſolet declarari bonitas, & miſericordia. Huic itaque principio, & Angelicæ Regulæ innixi Sanctitati veſtræ denunciamus, prædicamus, & devotiſsimis cœlum usque coram toto mundo evehimus laudum Titulis. Quid tale? Gratiam ſcilicet DEI, & Salvatoris noſtri in nos liberaliter effuſam, qua operatrice, ſalutisque animarum noſtrarum amantiſsima prænuncia, abdicato, & e cordibus noſtris pulſo Græcanicæ inſaniæ Schismate, ſumus reducti, ac redeſponſati immaculatæ Virgini Sponſæ Unigeniti Filii DEI, hoc eſt: Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, hactenus nobis ſine ulla cauſa exoſæ, odioque habitæ. Hæc vero ipſa reductio noſtra peracta eſt in Anno ſalutifero 1649. Aprilis, die 24. Imperante Ferdinando Tertio Romanorum Sacratiſsimo Cæſare in Eccleſia Arcenſi Ungvarini Latina, in Bonis Illuſtriſsimi Comitis Georgii

„ de

„ de Homona ſita, tali modo: Dominus Epiſcopus Mun-
„ csienſis Baſilius Taraſzovits, qui e vivis jam diſceſsit,
„ cum ſequens partes, tam ſchismaticas, quam hæreticas,
„ Unionis Sacræ Vinculum rupiſſet, Eccleſiæ Catholicæ
„ nuncium publice remisiſſet; Hoc animadvertens Vene-
„ rabilis in Chriſto Pater, Dominus Georgius Jakuſsicz,
„ Epiſcopus Agrienſis, in Chriſto quieſcens, habens penes
„ ſe Reverendos Patres Baſilianos in hunc finem adſcitos,
„ Patrem Petrum Parthenium, & Patrem Gabrielem Caſ-
„ ſovicium, nos per literas ſuas Ungvarinum humaniſsi-
„ me invitavit, ſermoneque opportuno de Unione Sacra
„ per prædictos Patres præmiſſo, quod intendebat, Spiri-
„ tu Sancto ſic nos diſponente, facillime effecit, diemque
„ Sancto Georgio Martyri dicatam pro Fidei Profeſsione
„ facienda terminavit, qua die currente nos Sacerdotes
„ ſexaginta tres congregati prænominatum Reverendiſsi-
„ mum Dominum Epiſcopum Agrienſem ad Eccleſiam ſu-
„ pra citatam ſumus ſecuti. Præmiſſo itaque incruenti
„ Sacrificii Myſterio, noſtro Rutheno idiomate habito,
„ præmiſſaque nonnullis Socerdotibus peccatorum expia-
„ tione Sacramentali, Fidei Profeſsionem audibili voce
„ ſecundum formam præſcriptam emiſimus, ſcilicet nos
„ credimus omnia, & ſingula, quæ credit S. Mater noſtra
„ Eccleſia Romana: credereque jubet, Sanctiſsimum Pa-
„ trem Dominum Innocentium X. Univerſalem Eccleſiæ
, Chriſti, & noſtrum Paſtorem profitemur, ab eoque cum
„ Succeſſoribus noſtris dependere in omnibus cupimus, &
„ volumus, his tamen adjectis Conditionibus. *Primo:* ut

„ Ritus Græcæ Ecclesiæ nobis servare liceat. *Secundo:* „ Episcopum a nobis Electum, & ab Apostolica Sede „ confirmatum habere. *Tertio:* Libertatibus Ecclesiasticis „ libere fungi. Quibus Reverendissimus Præsul facillime „ annuit; id ipsum totum Illustrissimus quoque Benedictus „ Kisdy, Episcopus Agriensis, cum suo Generali Vicario „ assistente sibi Reverendo in Christo Patre Thoma Jaz- „ brényi S. Jesu Religioso in Anno 1648. ratum habuit. „ Maxime vero negotium hoc nostrum paterna sua sollici- „ tudine roboravit, tam Illustrissimus ac Reverendissimus „ Princeps Hungariæ Georgius Lippai, Archi-Episcopus „ Strigoniensis, bis a nobis per Legationem a prædictis „ Reverendis Patribus Basilianis susceptam requisitus, quam „ etiam Illustrissimus Episcopus Vacensis, Dominus Ma- „ thias Tarnoczy, quibus nos obligamus in perpetuum. „ His Sanctitati vestræ significatis Benedictionem Paternam, „ causæ nostræ promotionem, & Episcopi a nobis electi „ Reverendissimi Patris Petri Parthemy confirmationem, „ unanimiter, & humiliter petimus. Ungvarini 1652. Ja- „ nuarii 15. die Sanctitatis vestræ servi humillimi: Alexius „ Ladomirszky, Archidiaconus Makoviczensis (L.S.) Gre- „ gorius Stosztoviczky, Archidiaconus Homonensis. (L. S.) „ Stephanus, Archidiaconus Strednensis. (L. S.) Daniel „ Ivanovics, Archidiaconus Uzaniensis (L. S.) Alexius Phi- „ lipovits, Archidiaconus Stropkoviensis. (L. S.)

§ II. *Parthemium* hunc in serie Decimum Munkacsiensem Episcopum per summum Pontificem fuisse confirma-

firmatum penes collationales Regias, Decretum Imperatoris *Leopoldi* ad Regiam Cameram Poſonienſem in præmiſſo merito Donationis Regiæ ſine effectuationis effectuandorum emanatum declarat, cujus tenor ſequitur in hunc modum:

„ LEOPOLDUS Dei Gratia electus Romanorum
„ Imperator, ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ,
„ Bohemiæ &c. Rex. Magnifice, Egregii Fideles nobis Di-
„ lecti. Ex relatione Fidelis noſtri nobis ſincere Dilecti
„ Archi-Epiſcopi Strigonienſis intelligimus in Comitatu de
„ Beregh, Superiorum Regni noſtri Hungariæ Partium in
„ Munkács, ſeu Bonis proxime ei ádjacentibus, exſtare
„ Monaſterium Ordinis Sancti Baſilii a Piis Principibus, &
„ Regibus Hungariæ, ante aliquot centenos Annos funda-
„ tum, Decimis, Colonis, aliisque obventionibus ſufficien-
„ ter proviſum, ac dotatum, ita ut ibi Epiſcopus Græci
„ Ritus ex Ordine Baſilianorum Catholicæ Romanæ Eccle-
„ ſiæ Unitorum reſideret, Epiſcopum ageret, Jurisdictionem
„ in Sacerdotes, & Populum Ritus Græci exerceret, ſa-
„ cramentaque eisdem adminiſtraret, de quibus omnibus
„ Literæ Fundationales, & Originales, ac Donationales
„ præ manibus dicti Archi-Epiſcopi haberentur de facto.
„ Quem quidem Epiſcopatum (uti informamus) poſtquam
„ in manus Schismaticorum taliter qualiter deveniſſet, ex
„ electione ejusdem Profeſsionis Sacerdotum Ruthenorum
„ conferre uſurpaverat defunctus Senior Princeps Rakoczy,
„ & poſt ejus deceſſum, relicta ejus Vidua Principiſſa, quin
„ imo proximis non ita diu evolutis temporibus, & Annis

Mo-

„ Monasterium ipsum dictis Religiosis aufferre, aut Va-
„ cuum habitatoribus reddere, Bonaque & obventiones
„ Episcopatus sibi usurpare prætacta Principissa Vidua non
„ dubitaverit. Quod cum æquitati, Juribusque divinis,
„ & humanis adversetur, Nos Authoritate nostra Regia,
„ quam in omnes Episcopatus, & eorum collationes in
„ hoc Regno exercere dignoscimur prædictum Episcopatum
„ Munkacsiensem, Reverendo Petro Parthenio, Catholico
„ Unito a Sede Apostolica confirmato, & Legitime con-
„ secrato, Ritus Græci Episcopo; Ordinis Sancti Basilii
„ Religioso benigne contulimus, prout ex inclusis Dona-
„ tionum Paribus demisse intellecturi estis. Nec desistere
„ ulterius quoque intendimus, sed quibusvis opportunis
„ modis, Episcopatum & Monasterium prædictum suo
„ priori statui juxta Fundationem primævam restituere, &
„ reponere constitutum habemus. Quare benigne volu-
„ mus, præcipimusque vobis, ac mandamus, ut quanto-
„ cius quempiam ex Consiliariis Cameræ nostræ Superio-
„ ris Hungariæ ad prædictam Principissam Viduam cum
„ Donationalibus ipsis Literis, ac eorum Paribus expedire
„ non intermittatis, qui memoratum Parthenium installare
„ in prædicto Episcopatu, Monasterioque, & Petrinentiis
„ noverit, ac debeat. Ipsamque Principissam capacem
„ omnino reddat, & Nostro Nomine admoneat, ne se op-
„ ponere velit, aut salutare Propositum nostrum impedire,
„ tanto magis, cum jam plus, quam quadringenti Sacer-
„ dotes Ritus Græci in tractu illo habitantes, & ad Jurisdi-
„ ctionem alias dicti Episcopi, pertinentes eundem Parthe-

„ nium

„ nium elegerint, & ſe illi ſubjecerint, quin imo etiam
„ reſidui pauciores, qui ſupererant Sacerdotes (uti infor-
„ mamur) neutiquam alium Epiſcopum eligere velint,
„ ſed huic ſeſe ſubmittere, ac ſubjacere. Executuri in eo
„ benignam ac ſeriam voluntatem noſtram. In reliquo
„ Gratia, & Clementia noſtra Cæſarea, & Regia vobis
„ benigne propenſi maneamus. Datum in Civitate noſtra
„ Vienna Auſtriæ, die decima quarta menſis Januarii.
„ Anno Domini Milleſimo, ſexcenteſimo, ſexageſimo. Leo-
„ poldus m. p. Georgius Szepcseny, Archi-Epiſcopus Co-
„ locenſis m. p. Andreas Rutkay m. p.

Præſentem copiam cum ſuo originali collatam, comportatam eidemque per omnia conformem eſſe teſtor infraſcriptus Poſonii die 23. Maji 1764. Georgius Rudolphus Ribics, Conſiliarius, & Archivi Regio Cameralis Director. m. p. (L. S.)

§ III. REGIÆ POSONIENSIS CAMERÆ Literæ ad DOMINOS CONSILIARIOS de eodem merito exaratæ:

„ Generoſi Domini! ſervitiorum noſtrorum. Qualiter Sua Majeſtas Sacratiſsima Dominus noſter Clementiſsimus Authoritate, Juris Patronatus Regii, quod in conferendis Univerſis Regni hujus Hungariæ Eccleſiis, & Beneficiis inſtar divorum, quondam Hungariæ Regum Prædeceſſorum ſuorum felicifsimæ reminiſcentiæ habet, Epiſcopatum Munkacsienſem Græci Ritus, Ordinis Sancti Baſilii, cum Univerſis ejusdem Bonis, & Juribus temporaneis, proventibusque quibuslibet Reverendo Domino Petro Parthenio, cle-

menter conferre dignata ſit, qualiterve eundem Dominum Epiſcopum, in dictum Epiſcopatum Munkacsienſem, medio, unius, vel alterius Dominationum veſtrarum Generoſarum introducendum huic Cameræ benigne præcipiat? ex incluſis Paribus Donationis ſub A, & continentiis benigni Suæ Majeſtatis mandati in originali adjecti ſub B. Dominationes veſtræ Generoſæ uberius percipient. Quapropter, ut in hoc paſſu benigniſsimæ Suæ Majeſtatis voluntati ſatisfiat, Dominationes veſtras Generoſas præſentibus Nomine & Authoritate ejusdem Suæ Majeſtatis diligentiſsime requirendas eſſe duximus, quatenus unus, vel alter Dominationum veſtrarum Generoſarum, & noſtro Judicio, quidem Dominatio veſtra Generoſa, Domine Podbelany (nam ne forſan veſtra Dominatio Generoſa Domine Vöres, aliquam Alienationem erga Dominam Principiſſam haberet) acceptis ad ſe literis Suæ Majeſtatis Sacratiſsimæ præſentibus annexis, & dictæ Principiſſæ, in hoc ipſo negotio benignæ collationis ejusdem Epiſcopatus ſonantibus, ad eandem Dominam Principiſſam cum primis proficiſcatur, præſentatisque debito modo iisdem literis Suæ Majeſtatis Suæ Dominationi Illuſtriſsimæ, eandem omnibus modis, & argumentis, tam ex ipſis Donationalibus Regiis, quam mandato Suæ Majeſtatis, ad hanc Cameram ſonanti eruendis diſponat, ut ſe benignæ Suæ Majeſtatis voluntati in hoc paſſu accomodet, neque ullum obicem ponat, ſed præfatum Dominum declaratum a Sua Majeſtate Epiſcopum, pro legitimo Epiſcopo Munkacsienſi agnoſcat, Bonaque Univerſa ad eundem Epiſcopatum, ex Fundatione, vel quolibet modo

per-

pertinentia, Decimas, utpote Pagos, & Villas, Prædia, & alias obventiones, quæ forſan per ejusdem Dominæ Principiſſæ Bonorum Officiales quoquo modo occupatæ, & uſurpatæ eſſent, eidem Epiſcopatui reſtitui facere, & per Dominum Epiſcopum Jure poſsidenda, remittere velit, ac tandem ab inde ad caput Bonorum dicti Epiſcopatus Munkacsienſis ſe conferat, quo convocatis Vicinis, & Commetaneis ſine diſcretione Religionis & Bajtkonibus, ſeu Græci Ritus Sacerdotibus, quam plurimis, quos ad manus habere poterit, prænominatum Epiſcopum Petrum Parthenium modo, & ordine in ſimilibus Inſtallationibus obſervari conſueto Nomine Suæ Majeſtatis Sacratiſsimæ inſtallet, & introducat, ac demum ſuper peractis, & medio tempore intervenientibus, quibusvis negotiis huic Cameræ claram, & diſcretam Relationem faciat Suæ Majeſtati Sacratiſsimæ in Originali transmittendam, remiſſo etiam mandato ad hanc Cameram ſonante, prouti veſtræ Dominationes Generoſæ, pro diſcretione ſua rem in præmiſsis, quam optime accomodare ſcient. Quas in reliquo ad Annos plurimos feliciſsime valere cupimus. Poſonii, die 9. Februarii 1660. "

„ Præſentem Copiam cum ſuo Originali collatam, & comportatam, eidem per omnia conformem eſſe: teſtor infraſcriptus. Poſonii 23. Maji 1764. *Georgius Rudolphus Ribics*, Conſiliarius, & Archivi Regio-Cameralis Director.

§IV. Decretum Imperatoris *Leopoldi I.* de præattacto Epiſcopo illud eſt:

„ NOS LEOPOLDUS Dei Gratia electus Ro-

„ manorum Imperator, ſemper Auguſtus, ac Germaniae,
„ Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae,
„ Ramae, Serviaeque &c. Rex; Archi-Dux Auſtriae &c.
„ Memoriae commendamus, Tenore praeſentium, ſignifi-
„ cantes, quibus expedit Univerſis. Quod Nos pro ea,
„ qua in conſtituendis legitimis Eccleſiarum DEI Paſtori-
„ bus tenemur cura, & ſolicitudine debitum habentes re-
„ ſpectum, ad Eruditionem, & Doctrinam, laudatosque
„ mores, & laudatam vitae, honeſtamque converſationem
„ aliasque praeclaras animi dotes Fidelis noſtri Reverendi
„ Petri Partheny, Ordinis S. Baſilii, alias a Sede Apoſto-
„ lica confirmati Epiſcopi Graeci Ritus, quibus ipſum DEI
„ Altiſsimi munere inſignitum, & ordinatum, non modo
„ aliorum fide dignorum teſtimonio, verum etiam expe-
„ rientia quoque noſtra cognoſcimus, eundem tanquam Per-
„ ſona idoneam, & bene meritam ad Epiſcopatum Mun-
„ kacsienſem Graeci Ritus, Ordinis S. Baſilii, Authoritate
„ Juris Patronatus noſtri Regii, quod in conferendis Uni-
„ verſis praedicti Regni noſtri Hungariae Eccleſiis, & Bene-
„ ficiis inſtar Divorum, quondam Hungariae Regum Prae-
„ deceſſorum noſtrorum felicis memoriae optimo Jure ha-
„ bere, & exercere dignoſcimur, duximus nominandum,
„ eligendum, & praeſentandum, tum etiam, ſiquidem ab
„ antiquis ſemper temporibus, ipſo Sancti Stephani Regis,
„ & Apoſtoli hujus Regni Epiſcopatuum omnium, ſub Co-
„ rona hujus Regni comprehenſorum, ut Patronatus, &
„ Collatio ad neminem alium, quam ad Regiam Majeſta-
„ tem, Sacramque Coronam, ſemoto omni dubio ſpectaſſe,

„ &

„ & pertinuiſſe dignoſcatur. Quare prænominatum Epi-
„ ſcopatum Munkacsienſem benigne conferre placuit Fideli
„ noſtro Reverendo Petro Parthenio, Ordinis S. Baſilii,
„ Religioſo Græci Ritus Epiſcopo, legitime ordinato, prouti
„ etiam conferimus, damus, donamus præſentium per vi-
„ gorem, una cum omnibus ſuis Decimis, Caſtellis, Villis,
„ Oppidis, Poſſeſsionibus, Prædiis, Portionibus, & aliis
„ cunctis Pertinentiis, Bonisque, & Juribus Poſſeſsionariis,
„ nec non Cenſu Cathedratico a ſingulis Czerkanibus, ſeu
„ Græci Bajtkonibus, vel Sacerdotibus, ubivis, & in qui-
„ buscunque Comitatibus habitantibus, & exiſtentibus,
„ quocunque nomine vocitatis ad præfatum Epiſcopatum
„ Munkacsienſem de Jure, & ab antiquo ſpectantibus, &
„ pertinere debentibus, nec non cum omnibus Juribus, Li-
„ bertatibus, Honoribus, Proventibus, & Obventionibus,
„ Emolumentisque, mandantes omnibus cujuscunque Sta-
„ tus & Ordinis Fidelibus noſtris in Regno Hungariæ, Do-
„ minia & Bona tenentibus, Supremis & Vice-Comitibus,
„ Baronibus, Magnatibus, Nobilibus, Capitaneis, & eo-
„ rundem Vicesgerentibus, ſignanter vero in Comitatibus
„ Beregh, Szabolts, Ugocsa, Szakmar, Zemplén, Ungh,
„ Aba-Ujvár, Sáros, Torna, Szepes, & de Gömör, ut
„ eundem Petrum Parthenium pro vero, & legitimo Mun-
„ kacsienſi Epiſcopo recognoſcere, omniaque ad dictum
„ Epiſcopatum ex Fundatione, vel quolibet modo pertinen-
„ tia: Decimas utpote Pagos, & Villas, Prædia, & alias
„ obventiones, quæ forte ab illis quoquo modo occupatæ,
„ & uſurpatæ eſſent, manibus præfati Epiſcopi aſsignare,

„ & Jure posſidenda remittere, ſignanter autem Bujtkonibus, ſeu Græci Ritus Sacerdotibus, omnibus Eccleſiaſticis & Clericis, quocunque Nomine ejusmodi Græci Ritus in prædictis Comitatibus, ac aliis ubicunque reſidentibus Ruthenis; Clero, & Eccleſiaſticis Religioſis Græci Ritus, ab antiquo & conſuetudine ad Jurisdictionem Munkacsienſis Epiſcopi ſpectantibus, Authoritate Regis Apoſtolici benigne injungimus & mandamus, ut neminem alium pro veſtro legitimo Epiſcopo, ac Prælato recognoſcere, eidemque omnem Reverentiam & Obedientiam convenientem, præſtare debeatis, & teneamini, ſecus nullatenus facturi. Præſentibus perlectis, exhibenti reſtitutis. Datum in Arce noſtra Regia Poſonienſi, die decima menſis Novembris, Anno Domini Milleſimo, ſexcenteſimo, quinquageſimo nono. Regnorum noſtrorum Romani ſecundo, Hungariæ & reliquorum quarto, Bohemiæ vero Anno tertio. Leopoldus m. p. (L. S.) Georgius Szelepcseny, Epiſcopus Nitrienſis m. p. Andreas Rutkay m. p.

CAPUT XVII.

Anno 1660. die 4. Januarii præfatus Epiſcopus *Petrus Parthenius* (qui etiam Tyrnaviæ Nationali interfuit Synodo Anno 1648.) ab Archi-Epiſcopo Strigonienſi *Georgio Lippay*, exoperatus eſt, pro ſuo Clero diverſas Prærogativas, Immunitates, quibus gaudebat Clerus Latinus, prout tenor harum exhibet:

NOS

„ NOS GEORGIUS LIPPAI Miſeratione Divina „ Archi-Epiſcopus Eccleſiæ Metropolitanæ Strigonienſis, „ Locique ejusdem Comes perpetuus, Primas Hungariæ, „ Legatus natus, Summus, & Secretarius, Cancellarius „ Sacratiſsimæ Cæſareæ & Regiæ Majeſtatis Intimus Con- „ ſiliarius &c. Notum facimus, quibus expedit Univerſis: „ Quod cum poſt Reverendiſsimi quondam Baſilii Taraſzo- „ vits, Græci Ritus Munkacsienſis Epiſcopi, ex hac vita „ deceſſum Petrus Parthenius, ex Ordine S. Baſilii Presby- „ ter legitime, & unanimi eorum, qui Jus ſuffragii habue- „ runt, ejusdem Græci Ritus Sacerdotum voto in Epiſco- „ pum Munkacsienſem fuiſſet Electus, ad Nos ad Sacram „ Nationalem Synodum, quam Tyrnaviæ Anno Milleſimo, „ ſexcenteſimo, quadrageſimo octavo in Septembri, magna „ Dominorum, Prælatorum, ac Cleri frequentia celebraba- „ mus, cum pluribus dicti Ritus Ruthenis Sacerdotibus re- „ currerit, & ſponte, ac libere expoſuerit, declaraveritque: „ Qualiter non ſolum ipſe, ac reliqui, quorum ſuffragio eſt „ electus, Presbyteri, ſed & populus eorum Curæ commis- „ ſus, cum Catholica Romana Eccleſia, adeoque Chriſti „ in Terris Vicario Pontifice Romano ſinceram Sacroſan- „ cte obſervare decreverunt Unionem, demiſſe inſtando, „ quatenus Nos, & ſacra Nationalis Synodus eundem Re- „ verendiſsimum Petrum Parthenium, ita ut meminimus, „ electum Epiſcopum Munkacsienſem, ejusque Clerum, „ ac populum pro talibus agnoſcere, in Sancta Unione con- „ ſervare, ac apud Sacratiſsimam Cæſaream, Regiamque „ Majeſtatem recommendare vellemus; quam dicti Reve-

„ ren-

„ rendiſsimi Petri Parthenii, ac ejusdem Cleri Inſtantiam,
„ Nos cum univerſa Nationali Synodo gratam, & acce-
„ ptam habentes, non ſolum fraterno benevolentiæ affe-
„ ctu, eosdem complexi ſumus, verum etiam quidquid ad
„ promovendum eandem Sanctam Unionem, ac reductio-
„ nem eorum, qui ejusdem Ritus a ſuo legitimo Epiſcopo
„ diviſi erant, neceſſarium videbatur, ea qua par eſt, ſolli-
„ citudine, ac induſtria procuravimus; nam ad noſtram In-
„ formationem, & Recommendationem Sacra Cæſarea,
„ Regiaque Majeſtas optimo Jure, quod ut Rex Apoſtolicus
„ in omnia Beneficia Eccleſiaſtica in hoc Regno Hungariæ
„ habet, ex exercet, eidem Reverendiſsimo Petro Parthe-
„ nio, dictum Epiſcopatum Munkacsienſem, cum omni-
„ bus Pertinentiis, Juribus Poſſeſsionariis, quibuscunque
„ Emolumentis, & Obventionibus, & Cenſu Cathedratico,
„ ut ex Donationalibus ejusdem Sacratiſsimæ Majeſtatis
„ uberius patet, contulit gratioſe; a Sanctiſsimo etiam
„ Domino noſtro Alexandro Papa VII. pro eodem Reve-
„ rendiſsimo Petro Parthenio, Epiſcopo Munkacsienſi con-
„ firmationem, ac reliqua, quæ ad legitimam ejusdem
„ muneris executionem deſiderabantur, obtinuimus, atque
„ id ipſum, ac ejusdem Reverendiſsimi Petri Parthenii le-
„ gitimam in Epiſcopum conſecrationem, uberius in aliis
„ noſtris Patentibus Literis in Anno Domini Milleſimo,
„ ſexcenteſimo, quinquageſimo quinto declaravimus; &
„ quoniam tum ipſe Reverendiſsimus Petrus Parthenius
„ Epiſcopus, tum alii plerique ejusdem Ritus Sacerdotes,
„ Latinum Idioma non didicerunt, juxta uſitatam, & à

„ Sede

„ Sede Apoſtolica jam olim approbatam Græci Ritus con-
„ ſuetudinem vulgari Illirica, ſeu Glagolitica lingua divina
„ omnia peragere, Populoque ſibi commiſſo Sacramenta
„ miniſtrare, ac reliqua Eccleſiaſtica munia poterunt in Do-
„ mino exercere; quare omnes & ſingulos cujusvis Status,
„ Gradus, Ordinis, & Præeminentiæ Chriſti Fideles Pa-
„ terne in Domino requirimus, ut dictum Reverendiſsimum
„ Petrum Parthenium, pro vero, legitimo, ac Catholico Epi-
„ ſcopo Munkacsienſi, & Plebanos ſub ejus poteſtate de-
„ gentes, ſimiliter pro veris, & legitimis Sacerdotibus agno-
„ ſcant, iisdemque eum, quem Epiſcopalis, ac Sacerdota-
„ lis requirit Dignitas, Honorem, & Reverentiam, Favo-
„ rem, & Benevolentiam data occaſione ſatagant exhibere.
„ Præmiſsis vero Sacerdotibus Unitis, Archidiaconis, &
„ Populo Univerſo ubivis, & quibuscunque in Comitatibus
„ in hoc Regno Hungariæ, ac Partibus eidem adnexis de-
„ gentibus, & commorantibus Authoritate imprimis Apo-
„ ſtolica nobis ea in parte ſpecialiter delegata, deinde
„ etiam ordinaria, qua ut Primas in eodem Regno, eique
„ de Jure annexis Partibus divina fungimur Miſeratione,
„ diſtricte committimus, & mandamus, ut Epiſcopum præ-
„ fatum Munkacsienſem Petrum Parthenium tanquam le-
„ gitimum immediatum Animarum ſuarum Paſtorem agno-
„ ſcere, eidemque condignum honorem, & obedientiam
„ ſtudeant præſtare, Dominos etiam Terreſtrales, in quo-
„ rum Dominiis, & Terris dictus Epiſcopus, ac reliqui de
„ ejus Clero morantur, amice requirimus, & obſecramus,
„ ut tam eundem Reverendiſsimum Epiſcopum, tam reli-

N „ quos

„ quos ejusdem Ritus, ac Unionis Sacerdotes, & Clerum
„ ad inſtar aliorum Eccleſiaſticorum Immunitate Eccleſia-
„ ſtica in Perſonis ſuis, ac in Parochialibus Fundis ſinant
„ gaudere, neque permittant, ut præfato Epiſcopo, aut
„ Sacerdotibus, & Clero, ejus Curæ commiſsis ſæculares
„ Perſonæ manus injiciant, aut quovis alio modo contra
„ Sacrorum Canonum eosdem in perſonalibus judicent, aut
„ perturbent, illud etiam unice deſideramus, ut de benigno
„ eorundem Dominorum Terreſtralium conſenſu liceat ei-
„ dem Epiſcopo, Sacerdotibus, ei ſubjectis penes Eccleſias
„ eorum Scholas erigere, ac Magiſtros idoneos pro in-
„ ſtruenda in literis, & bonis moribus Juventute interte-
„ nere, omnesque & ſingulos non ſecus ac reliquos Latini
„ Ritus Eccleſiaſticos, ac Scholarum Rectores ſub ſingula-
„ rem ſuam recipere Protectionem, & contra malevolorum
„ injurias defendere non intermittant; quod ſæpe dicto Re-
„ verendiſsimo Epiſcopo, ejusque Clero per Dominos Ter-
„ reſtrales gratioſe collatum Beneficium iisdem a DEO
„ Teroptimo maximo cumulatiſsime in hac, & in altera vita
„ confidimus retribuendum. Datum Tyrnaviæ in Archi-
„ Epiſcopali noſtra Curia, die 4ta menſis Januarii, Anno
„ Domini Milleſimo, ſexcenteſimo, ſexageſimo. Georgius
„ Lippay, Archi-Epiſcopus Strigonienſis m. p. (L. S.)

Baſilio itaque Taraſzovits Anno 1648. menſe Auguſto e vivis ſublato. Petrus Parthenius voto Cleri mox electus in Epiſcopum Munkacsienſem Tyrnaviam ad Synodum præattactam feſtinavit, ſua, ſuique Cleri negotia commendaturus, ſequenti demum Anno 1649. 24. Aprilis eodem

po-

potiſsimum promotore Clerus Unghvarini congregatus, per Profeſsionem Fidei Sacram cum Eccleſia Romana Unionem, variis prius motibus agitatam reſtabilivit, cum jure ſervandi proprium Ritum Græcum, eligendi Epiſcopum & fruendi privilegiis, ac immunitatibus Eccleſiaſticis omnibus; quibus conditionibus admiſsis, & canoniſatis, Petrum Parthenium prius privative electum, atque ad Synodum prælaudatam deputatum, poſtmodum publice idem Clerus declaravit a ſe eundem eſſe electum, quem dein Anno 1652. Innocentio X. Romano Pontifici confirmandum dictus Clerus præſentavit; Hunc Alexander VII. Innocentii Succeſſor immediatus reipſa confirmavit, tandem confirmatum, ac legitime conſecratum Leopoldus I. ad Interpoſitionem Archi-Epiſcopi Strigonienſis Georgii Lippay cum collatione Bonorum in prælibatum Epiſcopum Munkacsienſem nominavit, ut præmiſſum eſt. Quamdiu rexerit Epiſcopatum, & quando obierit Præſul hic incertum eſt quidem, eum tamen munere Epiſcopali ad Annum usque 1670. functum fuiſſe, ex Diario Epiſcopi Joſephi de Camellis conſtat, etenim asſerit is Epiſcopus quempiam Joannem Lochovſzky ordinatum fuiſſe ante Annos 26. ab Epiſcopo Munkacsienſi Parthenio Petrovics. Item Joannem Zavidovſzky ante Annos 20. ordinatum eſſe ab Epiſcopo Munkacsienſi Rotoſzinſzky cognomine, qui erat Petrus Parthenius; hæc autem dictus Epiſcopus de Camellis ſcripſerat Anno 1690. ſubtractis itaque Annis 20. (ante annos 20. ordinatum eſſe aſſerit) prodit Joannem Zavidovſzky à Parthenio ordinatum fuiſſe Anno 1670.

CAPUT XVIII.

JOANNICIUS ZEIKAN

Epiſcopus Munkacsienſis XI.

Principiſſa *Sophia Bathori*, Principis Tranſylvaniæ *Georgii II. Rakoczy* condam relicta Vidua, *Joannicium* hunc nominaverat in Epiſcopum Munkacsienſem, cujus favore etiam conſecrationem in Moldavia conſecutus eſt, non tamen Munkacsini, ſed in Miſzticze reſidebat in Bonis propriis, reſidente eotum in Monaſterio Munkacsienſi *Petro Parthenio Rotoſsinſzky*, voto, ac communibus ſuffragiis Cleri Uniti electo, per Sedem Apoſtolicam confirmato, per Cæſarem, ac Regem Apoſtolicum nominato, atque Anno 1659. collationem Bonorum conſecuto, ac ſolenniter per Commiſſarios Regios introducto, Inſtallatoque, & in Jurisdictionis Epiſcopalis Exercitio conſtanter perſiſtente, ut ex præmiſsis liquido patét.

Joannicio quidem Promotore Eccleſia Monaſterii Munkacsienſis per *Conſtantinum Múltyanſzky* Vaivodam Transalpinum Anno 1661. erecta eſt, inde tamen concludi haud poteſt, eundem tunc temporis habitaſſe Munkacsienſi, quin imo Inſcriptio in Tabula lapidea dextero Eccleſiæ Lateri adhærente inſculpta, clare remonſtrat prælibatum Epiſcopum fixam Reſidentiam in Miſzticze habuiſſe, quæ talis eſt Ruthenicis Literis exarata:

Theodor Keriatovics Knyazem bil,
Za otpuszcsenie hrichov Manastir zrobil.

Dre-

Drevjana czerkov ot viku zosztavala,
A terazneissaho Roku 1661. kamennaja ſztala
Prez Konstantina Vojevodu Multyanszkaho
Z Nedeleju na imja Hozpozeju Jeho;
Vladikoju na toi csasz Joanniky zosztaval
Zo Mszticsova otomszja pilno ſztaral.
I toi Kamenj zrobiti dal.
Roku 1661. Maja 13.

Quod Latine ita ſonat:

Theodorus Keriatovits Princeps fuerat
Pro remiſsione peccatorum Monaſterium fundaverat,
Perduravit a ſæculis Eccleſia lignea
Sed præſenti Anno 1661. facta eſt lapidea.
Conſtantino Multyanſzky Vajvoda curante
Dominica ſua Conjuge ad opus hoc concurrente
Joannicius hoc tempore Epiſcopus erat
Solicitam in eo ex Miſzticze curam locaverat,
Et Lapidem huncce confici curaverat.
Anno 1661. 13. Maji.

En! *zo Mszticsova*, ex *Miszticze*; id eſt: in Miſzticze habitans reſidens curabat, & promovebat negotium Eccleſiæ Monaſterii Munkacsienſis.

Et fortaſſe reſidebat Munkacsini etiam ante Inſtallationem Epiſcopi *Petri Parthenii Ratoſsinſzky*, quemadmodum *Methodius Rakoveczky*, habitaverat æque in Monaſterio Munkacsienſi ante Inſtallationem Epiſcopi Joſephi de Camellis, & poſtmodum inde receſsit, ut infra videbimus, ſic & *Joannicius Zejkan*, qua Dominus Terreſtris, Miſzticzini in

ſua Curia Munkacsino diſcedens, poſt introductum *Parthenium* reſidebat deinceps, & inde, fors prius jam ædificari cœptam Eccleſiam præattactam adlaborabat conſumari.

Joſephus de Camellis Anno 1690. ſcribit in ſuo Diario à dicto *Joannicio* Epiſcopo Baſilium Verecsanſzky fuiſſe ordinatum ante Annos ſex, hinc conſtat eum in vivis adhuc exſtitiſſe, & Munia Epiſcopalia exercuiſſe Anno 1684.

CAPUT XIX.

PORPHIRIUS ARDAN

Epiſcopus Munkacsienſis. XII.

De hoc Epiſcopo nulla alia ſuperſunt Monumenta præter ſcriptum in Lapide in Latere Eccleſiæ dextero exterius: Literis Latinis ſculptum, quod eſt: *Porphirius* Epiſcopus Munkacsienſis.

CAPUT XX.

METHODIUS RAKOVECZKY

Epiſcopus Munkacsienſis. XIII.

Hunc fuiſſe Epiſcopum Munkacsienſem certæ Mendicatoriæ literæ de Anno 1689. pro Monaſterio Zaricsienſi per Parochum loci Michaëlem in proprio fundo conſtrui occepto (cum Patrocinio Comitis *Georgii Barkoczy*, pro tunc Comitatus Ugocsienſis Supremi Comitis) Ruthenico Idiomate docent, quas idem Epiſcopus ſubſcripſit hoc modo:

„ Me-

„ Methodius Epiſcopus Munkacsienſis, Makoviczienſis, „ Scepuſienſis, Kraſznobrodenſis, Maramoroſienſis, & per „ totam terram Hungariæ, die 26. Aprilis Anno 1689.

Eum Joſephus de Camellis Succeſſor ejusdem ſæpius commemorat in ſuo Diario propria manuſcripto; quem etiam Monaſterii Munkacsienſis Hegumenum nominat, de quo in fronte Diarii præattacti hæc habet:

„ Vigeſima Aprilis ſecundum Calendarium novum, die „ autem 10. ſecundum vetus; Anno 1690. Vigore mandati „ Regii fui inſtallatus pro Epiſcopo Munkacsienſi in Eccle„ ſia ab Illuſtriſsimo Domino Epiſcopo M. Varadienſi, & à „ Magnifico Domino Franciſco Klobuſiczky, Adminiſtra„ tore ſupremo Bonorum Rakoczianorum, ibique in meis „ manibus fecerunt publice juratam Fidei profeſsionem „ Catholicam, in Idiomate Sclavonico:

„ Reverendiſsimus Dominus Methodius Rakovetzky, He„ gumenus Monaſterii Sancti Nicolai Munkacsienſis.

„ R. Taraſius Kolovſzky, Monachus.

„ R. Gelaſius Szieczky, Monachus.

„ R. Sebaſtianus Popiel, Monachus.

CAPUT XXI.

Inter Fundationem Koriatovicsianam, & confirmationem Corvinianam nonaginta octo interventis Annis, Monaſterium hoc Munkacsienſe intra hoc temporis ſpatium nulla ſubiiſſe adverſa fata, ex ſuperius dictis ſatis conſtat, niſi, quod

quod dicta Fundatio (Fundatore in femine fortafsis deficiente) ad collationem devenerit Regiam.

Poftea circa Annum 1550. (referente *Istvanfio*) adeoque poft Annos octuaginta duos, à tempore confirmationis Mathiæ Regis computando, Dogmate Calviniano per Tutorem *Joannis Sigismundi*, Filii *Joannis* Interregis *Petrovicsium* nomine; primum Munkacsinum introducto, & poftmodum late ferpente; atque Miniftris fubinductis, credibile eft, pro meliori eorundem fubfiftentia Decimas per Tutorem illum alias Reformatum à Monafterio fuiffe avulfas, & Dominio Munkacsienfi ad Principem *Georgium Rakoczy* æque ejusdem Religionis deveniente, H. C. Paftoribus fuisfe collatas, Poffefsiones quoque ipfæ, Boboviscse videlicet, & Lauka fub Epifcopo *Bafilio Tarafzovits* (ut jam dictum eft) per hunc Principem occupatæ, Dominioque incorporatæ erant.

Tandem Principiffa *Sophia Bathori* Principis *Georgii* Junioris *Rakoczy* relicta Vidua ad Fidem Romano Catholicam tranfitura, dictas decimas à V. D. Miniftris receptas, Latino Parocho Munkacsienfi contulit, tradiditque tenendas; fignanter Decimas vinorum ex Promontoriis *Ivanyhegy*, *Lelecsovka*, *Verefs-hegy*, à Monafterio avulfas Plebano illi applicuit. Poffefsionibus interea *Boboviscse*, & *Lauka* penes Dominium retentis.

Finis Partis primæ.

BREVIS NOTITIA
FUNDATIONIS
THEODORI KORIATHOVITS,
OLIM
DUCIS DE MUNKACS,
PRO
RELIGIOSIS RUTHENIS
ORDINIS SANCTI BASILII MAGNI
IN MONTE CSERNEK AD MUNKACS,

ANNO MCCCLX. FACTÆ.


EXHIBENS
SERIEM EPISCOPORUM GRÆCO-CATHOLICORUM
MUNKACSIENSIUM,

cum præcipuis eorundem aliorumque Illustrium Virorum Gestis, è variis Diplomatibus, Decretisque Regiis, ac aliis Documentis authenticis potissimum concinnatam.

PARS SECUNDA.

AUTHORE
R. P. JOANNICIO BASILOVITS,
Ordinis Sancti BASILII Magni,
In Vener. Monasterio de Monte Csernek ad Munkacs
PROTO-HEGUMENO.

CASSOVIÆ,
EX TYPOGRAPHIA ELLINGERIANA 1799.



BREVIS NOTITIA

FUNDATIONIS KORIATHOVITSIANAE

PRO

Religiosis Ordinis S. BASILII Magni Ruthenis ad Oppidum Munkacs factæ.

PARS II.

CAPUT I.

§ I.

Monasterium isthoc (de quo est sermo) Juribus omnibus Possessionariis, ac Tenutis, tractu temporis longiori evoluto, orbatum fuisse, ex Parte præcedenti patet; Restituta quidem eidem fuerant sub *Petro Parthenio* Episcopo, sed iterum, eo è vivis sublato, reoccupata, quæ tandem studio & opera Eminentissimi condam Cardinalis, Archi-Episcopi Strigoniensis, *Leopoldi à Kolonics*, resignata sunt Præsuli *Josepho de Camellis*.

§ II. Præſul hic inter Epiſcopos Munkacsienſes XIV. Natione Græcus fuit, quem Anno 1689. prælibatus Cardinalis pro tunc Romæ agens, inde adduxit pro Miſsionario ad noſtram Ruthenam Nationem Sebaſtæ Epiſcopum, qui dein in Epiſcopum Munkacsienſem per Leopoldum I. Imperatorem reſolutus eſt, quem poſtea Vicarium Apoſtolicum ſummus Pontifex nominavit, confirmavitque.

§ III. Eo proinde Epiſcopo reſignationem præfatorum Bonorum ſolicitante, & adurgente, Anno poſtmodum 1692. Feria ſexta poſt Dominicam primam Epiphaniæ Domini, Venerabilis Conventus S. Crucis de Leleſz, erga requiſitionem Domini *Franciſci Klobuſsiczky*, Bonorum Rakoczianorum Adminiſtratoris, qua Commiſsionati Illuſtriſsimum ac Reverendiſsimum Dominum Auguſtinum Benkovits, condam Epiſcopum M. Varadienſem, & dicti Conventus Præpoſitum, cum Notario Conventus Joanne Szegedy, pro Teſtimonio ad eorundem Bonorum reſignationem exmiſerat; coram quibus Partes eædem, tam videlicet Illuſtriſsimus Dominus Epiſcopus Joſephus de Camellis, quam Dominus *Franciſcus Klobuſsiczky* perſonaliter conſtituti fuerant.

§ IV. Illuſtriſsimus Dominus *Joſephus de Camellis*, coram dictis Teſtimoniis conſtitutus, reproductis Inſtrumentis Fundationis, Ducis *Theodori Keriatovics*, & Donationis Mathiæ Regis, poſtulavit à prærepetito Domino *Franciſco Klobuſsiczky*, tanquam prænominatorum Bonorum Adminiſtra-

ſtratore, quatenus easdem Poſſeſsiones Bobovische & Lauka nominatas, cum omnibus proventibus, emolumentis, & univerſis appertinentiis, aliaque omnia in iisdem literis Privilegialibus, ſive Fundationalibus, contenta præfato Monaſterio S. Nicolai, Epiſcopi & Confeſſoris, & conſequenter eidem inſtanti, tanquam Ordinario ejusdem Epiſcopo, & pro nunc ejusdem Poſſeſſori, juxta mentem etiam Suæ Eminentiæ Cardinalis *Leopoldi à Colonics*, per literas ſuas miſsiles die 20 Septembris Viennæ datas in Anno 1691. declaratam reſignare velit, qua Inſtantia dicti Domini Epiſcopi exaudita, ac ſæpe nominatæ Poſſeſsiones *Bobovische* & *Lauka*, cum reliquis obventionibus in Fundationalibus contentis reſtitutæ, ac reſignatæ ſunt ſecundum formam literarum Donationalium die 21. Januarii Anno 1692. Quemadmodum literæ Teſtimoniales Venerabilis Conventus S. Crucis de Leleſz, ſub dato Feriæ ſextæ poſt Dominicam ſextam Sanctiſsimæ & Individuæ Trinitatis Anno 1692. cum deductione, & ſerie Reſignationis illius clare remonſtrant. Quarum tenor ſequitur in hunc modum:

„ *Nos Conventus Eccleſiæ Sanctæ Crucis de Leleſz*, „ Memoriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes, „ quibus expedit Univerſis; quod nos ad inſtantem peti„ tionem, amicabilemque requiſitionem Perilluſtris, ac Ge„ neroſi Domini Franciſci Klobuſiczky, tanquam Univer„ ſorum Bonorum Illuſtrium Orphanorum Rakoczianorum „ Adminiſtratoris, duos de medio noſtri, Illuſtriſsimum vi„ delicet, & Reverendiſsimum Dominum Auguſtinum Ben„ kovits, Epiſcopum Varadinenſem, Comitatus Biharienſis

„ ſupremum, ac perpetuum Comitem, hujus Conventus
„ noſtri Præpoſitum, Sacræ Cæſareæ Regiæque Majeſtatis
„ Conſiliarium, Dominum videlicet, & Prælatum noſtrum
„ colendiſsimum, & Nobilem Joannem Szegedi, ejusdem
„ Conventus noſtri Juratum Notarium, ad negotia coram
„ ipſis per eundem Dominum Adminiſtratorem proponen-
„ da, & facienda, exaudienda, nobisque exinde fideliter
„ referenda, noſtris pro Teſtimoniis fide dignos duxera-
„ mus eſſe exmittendos. Qui tandem exinde ad nos in-
„ ſimul reverſi, ſub debito ipſorum juramento, in generali
„ Regni Decreto ſuper inde contento, concorditer per
„ omnia retulerunt nobis hunc in modum. Quomodo ipſi,
„ Feria ſexta poſt Dominicam primam Epiphaniarum
„ Domini Anni currentis, infraſcripti transactam præterita
„ in- & ad Oppidum Munkács, conſequenterque Curiam
„ Nobilitarem dictorum Orphanorum ibidem exſtructam,
„ perſonaliter accedentes, ubi Illuſtriſsimus, & Reveren-
„ diſsimus Dominus Joannes Joſephus de Camellis, Græci
„ Ritus Unitorum Ruthenorum Epiſcopus ab una, ac præ-
„ libatus Dominus Franciſcus Klobuſiczky, qua Univerſo-
„ rum Bonorum prævio modo declaratorum Adminiſtra-
„ tor, ab altera partibus, coram dictis Teſtimoniis noſtris
„ perſonaliter conſtituti, dictus quidem Epiſcopus de Ca-
„ mellis exhibuit, & præſentavit iisdem quasdam literas
„ Tranſumptionales, cujusdam Privilegii, ſive Fundationis
„ Illuſtriſsimi condam Ducis Theodori Keriatovits, Ducis
„ de Munkacs, Munkacsini die octava menſis Martii An-
„ no Milleſimo, tercenteſimo, ſexageſimo emanatas, & ex

Ve-

„ Venerabili Capitulo Pofonienfi, in Anno Millefimo, fex- „ centefimo nonagefimo, Feria fexta proxima poft Domi- „ nicam fecundam Sacrofanctæ & Individuæ Trinitatis „ defumptas, quibus mediantibus idem Theodorus Dux „ duas Poffefsiones, nempe *Bobovifche & Lauka* nomina- „ tas, cum omnibus proventibus & contributionibus, ab „ antiquis temporibus ad easdem de Jure provenire de- „ bentibus, alias ad dictam ejusdem Arcem Munkacs „ poffeffas, pro falute animæ fuæ ad Monafterium Sancti „ Nicolai Epifcopi & Confefforis, per ipfum conftructum, „ & ædificatum pro fuftentatione Monachorum Rutheno- „ rum Græci Ritus Unitorum, in eodem Monafterio degen- „ tium, cum decimis vinorum, frugum, aliisque Benefi- „ ciis in literis Fundationalibus fpecificatis, jure perpe- „ tuo, & irrevocabiliter tenendas, & pofsidendas dediffet, „ donaviffet, quæ quidem prærepetitæ duæ Poffefsiones, „ rurfus evolutis difturbiorum temporibus, ad prædictam „ Arcem Munkács reoccupatæ fuiffent, & in præfentiarum „ usque eo pofsiderentur, quæ quidem literæ Fundationa- „ les de verbo ad verbum fic fe habent:

„ *Nos Theodorus Keriatovits, Dux de Munkács*, Uni- „ verfis, & Singulis, tam præfentibus, quam futuris præ- „ fentes vifuris harum ferie patefacimus. Quod nos pro „ falute animæ noftræ fecimus conftruere, & ædificare „ Monafterium S. Nicolai Epifcopi & Confefforis, prope „ Oppidum noftrum Munkacs, quod ad Ritum, & Mo- „ rum Græcorum vel Ruthenorum confecrare, & ad idem „ Monachos Ruthenos conftituimus, qui in perpetuum ibi

Do-

„ Domino ferviant, & ad fuftentationem eorundem Mo-
„ nachorum Ruthenorum de noftris propriis Bonis dedi-
„ mus, & donavimus duas Poffefsiones, Villas Bobovifche
„ & Lauka, cum omnibus proventibus, & contributionibus
„ ab antiquis temporibus, ad easdem provenire de jure
„ debentibus, fimul cum decimis frugum & vinorum, ac
„ Bobovifche cum fluvio, & molendino, ita quod de ea-
„ dem Bobovifche omni Anno teneantur dare fex porcos
„ iisdem Monachis, & de Lauka omni Anno quatuor
„ porcos, deinde vero decimas vinorum, de monte Ivany-
„ hegy, & fimiliter de monte, qui vocatur Lelyechoka
„ in metis Oppidi noftri Munkacs, cum aliis monticulis
„ à monte Lelyechoka, usque Monafterium adjacentibus
„ decimas vinorum concefsimus eidem Clauftro, & etiam
„ decimas frugum, & aliorum de campo illius Villæ,
„ quæ vocatur Orofzvég in eadem Munkács exiftentis ver-
„ fus Monafterium, omnino concefsimus prædicto Clauftro,
„ & etiam de eadem Orofzvég omnibus Annis teneantur
„ dare iisdem Monachis feptem porcos. Item de pro-
„ ventibus ejusdem Caftri noftri Munkács teneantur fru-
„ ges decem cubulos, & totidem filiginis, & quatuor vafa
„ vini, & centum fales, & centum florenos longos, item
„ ifta omnia præfcripta dedimus, donavimus, & contuli-
„ mus perpetuo, & irrevocabiliter tenenda, pofsidenda pa-
„ riter & habenda prædicto Clauftro noftro pro refrigerio
„ animæ noftræ, quod nos fundavimus, ubi etiam fepul-
„ chrum noftrum collocari fecimus, ita etiam confirma-
„ vimus, quod quicunque ex Filiis, aut Generationibus

vel

„ vel posteritatibus nostris, vel aliqui alii, istam Donatio„ nem nostram non observaret, vel contradiceret, aut præ„ scripto Claustro persolvere nollet, ex tunc ipse coram „ Omnipotente DEO cum anima nostra litem habeat „ protrahendi. In cujus rei firmitatem, & perpetuitatem, „ præsentes literas nostras sigilli nostri appresione robora„ tas, eidem Claustro nostro duximus esse dandas. Datum „ in Munkács octava die mensis Martii, Anno Domini Mil„ lesimo, tercentesimo, sexagesimo. Quibus prævio modo „ per eundem Episcopum exhibitis, postulavit à prærepe„ tito Domino *Francisco Klobusiczky*, tanquam præmemo„ ratorum Bonorum Administratore, quatenus easdem Pos„ sessiones Bobovische, & Lauka nominatas, cum omni„ bus proventibus, obventionibus, emolumentis, & uni„ versis appertinentiis, aliaque omnia in iisdem literis „ Privilegialibus, sive Fundationalibus contenta præfato „ Monasterio Sancti Nicolai Episcopi & Confessoris, con„ sequenterque eidem instanti tanquam ordinario ejus„ dem Episcopo, & pro nunc ejusdem Possessori, juxta „ mentem etiam Eminentissimi Principis Domini Domini „ Leopoldi, Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis à Colo„ nics, Tutoris nimirum, & Curatoris toties fatorum Illu„ strissimorum Orphanorum Rakoczianorum, per literas „ suas missiles die vigesima Septembris, in Anno Mille„ simo, sexcentesimo, nonagesimo primo, Viennæ datas „ declaratam resignare velit. Qua Instantia dicti Domini „ Episcopi exaudita, immediate ibidem coram dictis Te„ stimoniis nostris prælibatus *Franciscus Klobusiczky*, literas

„ prætitulati Domini Eminentifsimi Cardinalis mifsiles,
„ anno, die, locoque in præfcriptis emanatas exhibuit, &
„ juxta paragraphum in eisdem literis contentum, nimi-
„ rum (& ne futuræ difputationi obnoxia reddantur, Bona
„ ab antiquo ad Epifcopatum Munkacsienfem fpectantia)
„ eadem quantocius Generofa Dominatio veftra, in præ-
„ fentia convocatorum fide dignorum Teftimoniorum re-
„ fignare velit, Domino Epifcopo (*Camelli*) medio Provi-
„ foris Munkacsienfis easdem utrasque Poffefsiones Bobo-
„ vifche videlicet, & Lauka, prælibato Domino *Joanni*
„ *Jofepho de Camellis*, Epifcopo Munkacsienfi, cum omni-
„ bus emolumentis reddi, & reftitui jufsit, & mandavit;
„ Quibus fic coram dictis Teftimoniis noftris Anno, die, lo-
„ coque ut fupra peractis, nobisque iisdem fideliter relatis,
„ tandem fat poft longum temporis interftitium feria nem-
„ pe fexta poft Dominicam fextam Sacro Sanctifsimæ &
„ Individuæ Trinitatis toties nominatus Epifcopus Illuftris-
„ fimus, & Reverendifsimus Dominus *Joannes Jofephus de*
„ *Camellis*, huc in dictum Conventum noftrum, noftram
„ fcilicet perfonaliter veniens in præfentiam, exhibuit no-
„ bis, & præfentavit literas prælibati Domini *Francifci*
„ *Klobuficzky*, toties dictorum Bonorum Rakoczianorum
„ Adminiftratoris, Commifsionales Provifori Munkacsienfi
„ in Caftello Munkacsienfi, die decima nona Januarii An-
„ ni infrafcripti, ad ejusdem Domini Epifcopi Inftantiam
„ datas. Executionemque dicti Provifbris Munkacsienfis
„ ex parte præattactarum duarum Poffefsionum juxta Com-
„ mifsionem fibi datam, coram nonnullis infrafcriptis Te-
ftimo-

„ ſtimoniis effectui mancipatam hujusmodi ſub tenore. Do-
„ mine Proviſor Munkacsienſis *Samuel Kraſznai!* com-
„ mitto veſtræ Generoſæ Dominationi, ut eat cum Illu-
„ ſtriſsimo, ac Reverendiſsimo Domino *Joanne Joſepho de*
„ *Camellis*, Epiſcopo Munkacsienſi, & notificet omnibus
„ habitantibus in Territoriis Lauka & Boboviſche, quod
„ ex mandato Eminentiſsimi Domini Cardinalis *Leopoldi*
„ *à Colonics* Viennæ emanato, die vigeſima Septembris,
„ Anni proxime elapſi Milleſimi, ſexcenteſimi primi.

„ Ego heri ſupra dicto Domino Epiſcopo de Camel-
„ lis, Archimandritæ Venerabilis Monaſterii Sancti Nicolai
„ Confeſſoris poſiti hic prope Oroſzvégh ceſsi, & reſignavi
„ in præſentia Illuſtriſsimi, ac Reverendiſsimi Domini Au-
„ guſtini Benkovits, Epiſcopi Varadienſis, & ſui Notarii,
„ aliorumque Virorum, omnia Bona cum proventibus, &
„ decimis &c. olim ſupra dicto Venerabili Monaſterio do-
„ nata, à quodam Domino *Theodoro Keriatovics*, Duce
„ Munkacsienſi, ſecundum formam Inſtrumenti Donationis
„ perpetuæ, adeoque ſupra dictus Dominus Epiſcopus *de*
„ *Camellis*, poterit in omnibus illis Bonis ſuam jurisdictio-
„ nem, & Dominium libere exercere, & de actu poſſeſſo-
„ rio illius fiant atteſtationes pro futura memoria. Datum
„ in Caſtello Munkacsienſi, die decima nona Januarii,
„ Anni M. DC. LXXXXII. *Franciſcus Klobuſiczky*, S. C. Re-
„ giæque Majeſt. Bonorum Rakoczianorum Adminiſtrator
„ m. p. (L. S.)

Series Executionis prætactæ Commiſsionis ibidem
„ ſtatim ſequitur hoc modo: „ Ego Samuel Kraſznay, re-

 co-

„ cognoſco tenore præſentium, quod Perilluſtris, ac Ge„ neroſi Domini Adminiſtratoris, accepta præſenti com„ miſsione, præmiſſas in commiſsione ſpecificatas Poſses„ ſiones ſtatim, & defacto aſsignavi Illuſtriſsimo Domino „ Epiſcopo Munkacsienſi *Joanni Joſepho de Camellis* poſsi„ dendas, ſecundum formam literarum Donationalium, „ coram Dominis Infraſcriptis. Datum in Nagy-Lohó, die „ vigeſima prima Januarii, Milleſimo, ſexcenteſimo, nona„ geſimo ſecundo. Idem qui ſupra m. p. (L. S.) Coram me „ *Andrea Kölkedy*, Judlium pro tempore Inclyti Comitatus „ de Beregh m. p. (L. S.) Coram me *Georgio Szécsy*, præ„ ſcripti Comitatus de Beregh Juraſſore m. p. (L. S.) Coram „ me *Michaële Kalmar*, Cive Oppidi Munkács m. p. (L. S.) „ Coram me *Emerico Szeredſzegi*, Jurato Aſſeſſore Comita„ tus de Beregh m. p. (L. S.) Duo alia nomina etiam ſub„ ſcripta Raſcianicis literis cum ſigillorum propriorum ap„ preſsione. Super quibus omnibus prævio modo peractis, „ nobisque relatis, ac in poſterum productis, & in ſerie „ præſentium literarum inſertis, nos quoque præſentes li„ teras noſtras Teſtimoniales ſub ſigillo noſtro Conventuali „ uſitato, & authentico memorato, Domino Epiſcopo ju„ rium ſuorum uberiorem ad cautelam, neceſſarias commu„ ni ſuadente æquitate dandas duximus, & concedendas. „ Datum ut ſupra feria ſexta poſt Dominicam ſextam Sacro„ ſanctæ & Individuæ Trinitatis Anno Domini Milleſimo, „ ſexcenteſimo, nonageſimo ſecundo. (L. S.)

Genuina Copia ex Tranſumpto Authentico Venerabili Conventus S. Crucis de Leleſz de Anno. 1735.

CA-

CAPUT II.

§ I.

Eminentiſsimus Cardinalis *Leopoldus à Colonics* ordinavit, atque Domino Proviſori in commiſsis dedit, quatenus ea omnia, quæ Dominium vigore collationalium Keriatovicsianarum Monaſterio S. Nicolai præſtare tenetur, effective quot annis præſtaret, & extradaret.

„ Egregio *Samueli Kraſznay*, Proviſori Munkacsienſi, „ ejusdemque in Officio Proviſoratus Succeſſoribus præſen- „ tibus committitur, & mandatur, quatenus Fundationem „ antiquam Theodori quondam Keriatovits, Ducis Mun- „ kacsienſis, erga Monaſterium Sancti Nicolai Epiſcopi, „ Græci Ritus factam omnimode effectuare, continentiis- „ que Donationis ejusdem ſatisfacere; ſignanter autem „ contentos in eadem Donatione centum florenos longos, „ id eſt: Rhen., centum lapides ſalis, quatuor vaſa vini, „ viginti cubulos tritici annuatim Illuſtriſsimo ac Reveren- „ diſsimo Domino Joanni Joſepho de Camellis, Epiſcopo „ Munkacsienſi, & ejusdem Succeſſoribus Epiſcopis, vi „ hujus Commiſsionis meæ; originaliter præ manibus dicti „ Domini Epiſcopi relicta copialiter vero ſub ſigillo, & „ chyrographo ejusdem Domini Epiſcopi, pro moderanda „ Officialium ratione moderno, & ſubſequentibus Provi- „ ſoribus communicata ſemper exolvere, & tergiverſatione „ ſine ulla, quotannis extradare, & Poſſeſsionem Oroſzvégh, „ ad præſtandos quotannis, eidem Domino Epiſcopo ſeptem

„ porcos compellere noverint. Quod ipſum Authoritate
„ noſtra Curatoria iisdem Officialibus non ſecus facere in-
„ jungimus. Datum Viennæ Auſtriæ die 22. Auguſti, Anno
„ 1692. (L.S.) *Leopoldus Cardinalis à Colonics.*

Hæc Copia ex ipſo Originali deſcripta eſt.

§ II. Præmiſſam hanc prælaudati Cardinalis commiſsionem, atque ordinationem fuiſſe poſtmodum uſu ſubſecuto roboratam, dicti Epiſcopi Joſephi de Camellis Diarium in ſuo Originali propria ejusdem manuſcriptum præexiſtens luculenter demonſtrat. Secundum quod recognoſcit idem Dominus Epiſcopus aſſeritque ſe percepiſſe ex Aula Munkacsienſi Penſiones pagina 52.

— Pro Anno 1692. accepi, ait, vaſa vini — — 6
— Frumenti Cubulos viginti — — — — — 20
— Pecuniarum Rhen. flor. centum — — — — 100
— Lapidum ſalis triginta — — — — — — 30
— Pro reſtantia ſalis computata fuerunt
— Vini vaſa 2. & 4. orgi fœni, quas accepi
— Anno 1692. & alias 4. quas accepi Anno 1693. & feci quietantiam pro toto Anno 1692.
— Die 23. Novembris 1694. à D. Dominis Proviſoribus flor. Rhen. — — — — — — — 411

„ Pro uno Anno, & medio cenſus usque S. Michaëlis
„ feſtum proxime præteritum videlicet in vaſis calcis ve-
„ teris & novæ Nro. 180. & in tribus millibus laterum,
„ quæ in totum accepi Anno præterito 1693, & hoc 1694.
„ & in parata pecunia flor. Rhen. 240, de quibus dedi
ple-

„ plenam Quietantiam die, & Anno ſupra ſcripto. In „ 11. Novembris 1695. Domini Proviſores Munkacsienſes „ ſolverunt Domino Emanueli Roga, cenſum Fundationis „ novæ pro medio Anno finito in feſto S. Michaëlis Anno „ 1695. fuerunt flor. Rhen. 137. xr. 4½.
„ Intereſſe cenſus in Anno eſt Summa floreni Rh. 274. „ Pol. 6.

Præſentem Copiam cum ſuo Originali collatam, eidemque conformem eſſe teſtor, Ungvarini 27. Septembris 1797. *Martinus Hodermarſzky*, Suæ Excellentiæ Epiſcopalis Archivar.

CAPUT III.

§ I.

Præexpoſitam Capite primo reſignationem Poſſeſsionum Boboviſche & Lauka, per Eminentiſsimum Dominum Cardinalem *Leopoldum à Colonics* factam, Imperator glorioſæ reminiſcentiæ Leopoldus primus conſenſu ſuo Regio corroborare, ratificareque dignatus, Decreto ſub dato diei 23. menſis Februarii Anno 1693. Viennæ emanato, cujus Decreti ratificatorii, una & ſtatutorii tenor talis habetur:

„ LEOPOLDUS Dei Gratia electus Romanorum „ Imperator, ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, „ Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ Sclavoniæque &c. Rex, „ Archi-Dux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Sty-

riæ,

„ riæ, Carinthiæ, Carnioliæ; Marchio Moraviæ; Comes „ Habspurgi, Tyrolis, & Goritiæ; &c.

„ Fidelibus noſtris Honorabilibus Conventui Eccleſiæ „ S. Crucis de Leleſz ſalutem & gratiam. Cum nos Fun- „ dationi, Donationi, Reſignationi, & per manus traditio- „ ni, aliisque omnibus, & ſingulis in iisdem contentis, & „ uberius expreſsis, quas reſpectu binarum Poſſeſsionum „ Boboviſche & Lauka, ſic nuncupatarum in Comitatu de „ Beregh exiſtent. habitarum, alias vigore certarum Funda- „ tionalium, Ducis olim de Munkacs Theodori Keriatovics „ in Anno adhuc Milleſimo, tercenteſimo, ſexageſimo, „ dudum evoluto confectarum, nec non Divi olim Mathiæ „ Regis Hungariæ Prædeceſſoris noſtri glorioſiſsimæ me- „ moriæ, ſuper prænuncupatis binis Poſſeſsionibus, ſupra „ fato Monaſterio denuo collatis Donationalibus, Budæ in „ vigilia feſti Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis in Anno „ Domini Milleſimo, quadringenteſimo, quinquageſimo octa- „ vo emanatarum, & expoſt vi Commiſsionis Fidelis no- „ ſtri nobis ſincere dilecti Reverendiſsimi in Chriſto Patris „ Domini Leopoldi, Sacræ Romanæ Eccleſiæ tituli Sancti „ Hieronymi Illyricorum Presbyteri, Cardinalis à Kolonics, „ qua conſtituti per nos Hæredum Rakoczianorum Tuto- „ ris & Curatoris, in facto reſignationis, earundem bina- „ rum Poſſeſsionum Boboviſche & Lauka, alias ad Arcem „ Munkacsienſem abuſive tentarum, & poſſeſſarum, juxta „ quarum contentæ, & ſeriem quoque Commiſsionis Fide- „ lis noſtri magni, Baronis Franciſci Klobuſiczky, veluti „ Bonorum Rakoczianorum eotum Adminiſtratoris eatenus

datæ;

„ datæ; Provifor Munkacsienfis annotatas binas poffefsio-
„ nes Bobolisctye & Lauka, fic dictas, inque Comitatu
„ de Beregh exiftentes habitas, ac coram Fidelibus noftris
„ Egregiis, Andrea Kölködy Judlium, Georgio item Szé-
„ chy, & Emerico Szeredfeghi, Juraffori bus, modo dicti
„ Comitatus de Beregh: nec non Michaële Kalmar, Ci-
„ ve & Incola Oppidi Munkacs, memorato Epifcopo
„ Munkacsienfi Joanni Jofepho de Camellis, & per con-
„ fequens, ante recenfito quoque Monafterio Munkacsien-
„ fi, juxta formam præinfinuatæ Donationis pofsidendas
„ refignaffe, & per manus tradidiffe dignofcebatur. No-
„ ftrum Regium Confenfum benevolum pariter, & affen-
„ fum præbuerimus, velimusque eundem Epifcopum in
„ Dominium prælegatarum duarum Poffefsionum Bobo-
„ vifche & Lauka, nuncupatarum per noftrum Regium,
„ & veftrum Conventualem homines legitime introduci fa-
„ cere. Super quo Fidelitati veftræ harum ferie commit-
„ timus, & mandamus, quatenus veftrum mittatis homi-
„ nem veftro pro Teftimonio Fide dignum, quo præfente,
„ Fideles noftri, Magnificus, Egregii, & Nobiles Adamus
„ à Réva, vel Michaël Komlofsi, aut Emericus Szered-
„ fzegi, tandem Joannes Egrefsi, aliis abfentibns homo no-
„ fter Regius per nos ad id fpecialiter transmiffus, ad facies
„ præfpecificatarum poffefsionum Bobovifztye & Lauka,
„ inque Comitatu Bereghienfi exiftent habitarum, vicinis,
„ & commetaneis earundem univerfis inibi legitime convo-
„ catis, & præfentibus accedendo introducat fuperius me-
„ moratum Epifcopum Joannem Jofephum de Camellis,

„ in Dominium (ut jam dictum) præmemoratum poſſeſsio-
„ num, ſtatuatque easdem eidem præmiſsi conſenſus noſtri
„ Titulo ipſi incumbent. ſimul cum cunctis ſuis utilitatibus,
„ & pertinentiis, quibuslibet perpetuo poſsidendas, ſi non
„ fuerit contradictus, Contradictores vero, ſi qui fuerint,
„ evocet eosdem idem Teſtimonium veſtrum contra anno-
„ tatum Epiſcopum, & conſequenter Monaſterium Munka-
„ csienſe, in Curiam Regiam noſtram ſcilicet perſonalem,
„ in præſentiam ad terminum competentem, rationem con-
„ tradictionis eorundem reddituros efficacem, & poſt hæc
„ ſuper hujusmodi Introductionis, & Statutionis ſeriem ſi-
„ mul cum Contradictorum, & Evocatorum, ſi qui fuerint,
„ vicinorumque & commetaneorum, qui præmiſſæ ſtatu-
„ tioni intererunt nominibus, terminoque aſsignato, ut fue-
„ rit expediet nobis ſuo modo fideliter reſcribatis. Secus
„ non facturi. Datum in Civitate noſtra Viennæ Auſtriæ,
„ die vigeſima tertia menſis Februarii, Anno Domini Mil-
„ leſimo, ſexcenteſimo, nonageſimo tertio (L. S.)

§ II. Indorſatio fuit tenoris ſequentis:

„ Fidelibus noſtris honorabilibus, Conventus Eccleſiæ
„ Sanctæ Crucis de Leleſz, pro parte, & ad Inſtantiam
„ Reverendi Joannis Joſephi de Camellis, Græci Ritus Uni-
„ torum Ruthenorum Epiſcopi Sebastenien. & Munkacsien-
„ ſis, Introductorium & Statutorium —

In inferiori margine eorundem ſcriptum erat:

„ Exhibitum, & præſentatum eſt præſens benignum Sacra-
„ tiſsimæ Cæſareæ Regiæque Majeſtatis Introductorium, &

Sta-

„ Statutorium mandatum Conventui noſtro Leleſzienſi, & „ per nos ſumma cum animi ſubmiſsione acceptatum, die „ decima ſeptima menſis Julii, Anno Milleſimo, ſexcente- „ ſimo, nonageſimo tertio. Juratus Notarius m. p.

§ III. Præinſertum Cæſareo Regium Statutorium mandatum, ex tranſumpto authentico Conventus Sanctæ Crucis Eccleſiæ Leleſzienſis de Anno 1735. deſcriptum genuine.

CAPUT IV.

Ex Tranſumpto prænotato, deſcriptæ quoque ſunt literæ Principis Franciſci Rakoczy, ad Proviſorem Munkacsienſem Joannem Csap ſonantes, qui virtute illarum præcipit, Poſſeſsiones Boboliska & Lauka, cum omnibus acceſſoriis & utilitatibus, Domino Epiſcopo Joanni Joſepho de Camellis reſignari. Quarum contextus eſt:

„ Egregio *Joanni Csap*, Bonorum noſtrorum Munka- „ csienſium Proviſori, præſentibus committitur. Quando- „ quidem occaſione cujusdam Fundationis ad Monaſte- „ rium Munkacsienſe, veluti prætenderetur, olim ſpectan- „ te, per loci ejusdem modernum Epiſcopum, nempe Do- „ minum Joannem Joſephum à Camellis apud nos inſtitu- „ tum fuiſſet, & ſuper inde etiam Eminentiſsimi Cardinalis „ à Colonicz interpoſitio interceſsiſſet, ideo usque dum con- „ troverſia inter nos, & Dominam Sororem noſtram de „ univerſis Bonis noſtris vigens ſopiretur, eidem duas in-

„ tegras poſſeſsiones, utpote Boboliska & Lauka, alias
„ privilegialiter Prædeceſſoribus noſtris collatas manumit-
„ tendas eſſe voluimus, proinde acceptis hiſce noſtris di-
„ ctas utrasque Poſſeſsiones eidem usque præſcitum tempus
„ poſsidendas una cum omnibus ſuis utilitatibus, quocun-
„ que nominis Vocabulo vocitatis, & pertinentiis aſsignare,
„ & manumittere debeat, teneaturque, ſucceſſura demum
„ inter nos cum Domina Sorore noſtra, ſive Judiciali, ſive
„ amicabili determinatione, circa prætenſionem præſcitam
„ ejusdem, id facturi, quod Juſtitiæ eſſet. Datum S. Patak
„ vigeſima prima Aprilis, Milleſimo, ſexcenteſimo, nona-
„ geſimo ſeptimo. *Franciſcus Princeps Rakoczy* m. p.

CAPUT V.

§ I.

Reſignatis, traditisque Poſſeſsionibus Boboviſche & Lauka, Monaſterio Sancti Nicolai juxta formam Donationis Keriatovicsianæ modo, & ordine præexpoſito, terminatisque omnibus (negotium iſthoc tangentibus rebus) terminandis, Illuſtriſsimus Dominus Præſul, & Monaſterii Prælatus toties fatus *Joſephus de Camellis*, ſupplici libello mediante inſtiterat in eo apud Cæſareo Regiam Majeſtatem, quatenus literas Conventuales, tranſumptionales, & ternas alias in iisdem comprehenſas, omniaque & ſingula in illis contenta ſuo conſenſu Regio ratificare, ac clementer confirmare dignaretur. Quod etiam præſtitit clementiſsi-

tiſsimus Imperator Diplomate deſuper Confirmatorio benigne elargito, quod pro fideli conſervatione in Anno 1694. ad Archivum Venerabilis Capituli Agrienſis idem Dominus Epiſcopus reponi curavit.

§ II. Diploma hoc prælibati Epiſcopi Succeſſor Illuſtriſsimus Dominus *Genadius Bizanczy*, in Tranſumpto authentico, ſub dato 23. menſis Junii, Anno Domini 1732. Agria ſibi extradari expetiit; in originali ſuo ibidem relicto.

§ III. Tranſumptum illud per extenſum adnectitur, atque inducitur, cujus tenor eſt:

„ *Nos Capitulum Cathedralis Eccleſiæ Agrienſis*, memo-
„ riæ commendamus, tenore præſentium ſignificantes qui-
„ bus expedit Univerſis: quod Illuſtriſsimus, ac Reveren-
„ diſsimus Dominus *Georgius Genadius Bizanczy*, Græci
„ Ritus Unitorum Epiſcopus Sebaſtopolitanus & Munka-
„ csienſis, nos debito cum honore requiſiverit, quatenus
„ Diploma à glorioſæ reminiſcentiæ Leopoldo, Romano-
„ rum Imperatore (Titl.) gratioſe adhuc in Anno 1693.
„ per piæ recordationis Illuſtriſsimum Dominum Joannem
„ Joſephum de Camellis, dicti Græci Ritus Unitorum Epi-
„ ſcopum Sebaſtinienſem & Munkacsienſem impetratum,
„ per eundemque hic in Capitulo pro fideli conſervatione
„ in Anno 1694. repoſitum exquireremus, illudque de ver-
„ bo ad verbum, ſine diminutione, & augmento aliquali
„ prius Prothocolo noſtro inſeri, & inſcribi facere, dein

„ vero paria ejusdem in tranſumpto literarum noſtrarum
„ eidem extradare vellemus. Cujus tenor & continentia
„ ſequitur hunc in modum:

Diploma confirmatorium Fundationis.

„ NOS LEOPOLDUS Dei Gratia Electus Ro-
„ manorum Imperator, ſemper Auguſtus, ac Germaniæ,
„ Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ,
„ Ramæ, Serviæ, Gallitiæ, Lodomeriæ, Cumaniæ, Bul-
„ gariæque &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ,
„ Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carnioliæ, Marchio
„ Moraviæ, Dux Lucemburgæ, ac ſuperioris & inferioris
„ Sileſiæ, Wierthembergæ, & Theke, Princeps Sueviæ,
„ Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferreti, Kiburgi, & Gori-
„ tiæ &c. Memoriæ commendamus tenore præſentium ſi-
„ gnificantes, quibus expedit Univerſis. Quod pro parte,
„ & in perſona Fidelis noſtri Reverendi Joannis Joſephi
„ de Camillis, Græci Ritus Unitorum Ruthenorum Epiſco-
„ pi Sebaſtinienſis & Munkacsienſis, qua videlicet Mo-
„ naſterii pariter Munkacsienſis Sancto Nicolao Epiſcopo
„ & Confeſſori dicati, Archimandritæ, ſive Prælati, ac
„ Superioris, & conſequenter ipſius quoque Monaſterii ex-
„ hibitæ ſint nobis, & præſentatæ certæ quædam literæ,
„ honorabilis Conventus Eccleſiæ Sanctæ Crucis de Le-
„ leſz, Tranſumptionales in forma libelli ſupplicique Pa-
„ pyro, ex tribus phyleris, ſeu arcubus conſtante concin-
„ natæ, ac in Anno nunc currenti infraſcripto, Feria tertia
„ poſt Dominicam Septuageſimæ, ſub uſitato & authentico
„ ejusdem Conventus ſigillo, in inferiori earundem margi-
„ ne appreſſo emanatæ, ternas alias literas, & primas

qui-

„ quidem ſuas proprias relatorio Tranſumptionales, nego-
„ tium prælibati Epiſcopi Munkacsienſis, reſpectu binarum
„ Poſſeſsionum Buboviſtye & Lawka, ſic nuncupatarum,
„ inque Comitatu de Beregh exiſtent. habitarum, alias vi-
„ gore certarum Fundationalium Ducis olim de Munkacs,
„ Theodori Kiriatovits in Anno adhuc Milleſimo, tercen-
„ teſimo ſexageſimo, dudum evoluto conjectarum, ad præ-
„ tactum Monaſterium in perpetuum applicatarum tangent.
„ & concernent. feria ſexta poſt Dominicam ſextam, Sacro-
„ ſanctæ & Individuæ Trinitatis, ſecundas Fidelis noſtri
„ nobis ſincere dilecti, Reverendiſsimi in Chriſto Patris Do-
„ mini Leopoldi, Sanctæ Romanæ Ecclèſiæ Tituli Sancti
„ Hieronymi Illiricorum Presbyteri, Cardinalis à Colonics,
„ qua conſtituti per nos Hæredum Rakoczianorum Tuto-
„ ris & Curatoris, in facto reſignationis præattactarum
„ Poſſeſsionum, veluti antehac ad Arcem Munkacsienſem
„ abuſive tentarum, poſſeſſarum ipſi Epiſcopo & Mona-
„ ſterio Munkacsienſi fiendæ, ſatisfactionisque per omnia
„ effectuationis, quoad ſupratactam antiquam Fundationem
„ Kiriatovicsianam, eidem impertiendæ Egregio Samueli
„ Kraſznai, Proviſori Munkacsienſi, commiſsionaliter ſonan-
„ tes, & hic Viennæ ſub dato diei vigeſimæ ſecundæ men-
„ ſis Auguſti, & quidem tam has, quam priores in Anno
„ Milleſimo, ſexcenteſimo, nonageſimo ſecundo recenter
„ præterlapſo, ac tandem tertias, Divi olim Mathiæ Regis
„ Hungariæ, Prædeceſſorisque noſtri glorioſiſsimæ memoriæ,
„ ſuper prænuncupatis binis Poſſeſsionibus, ſuprafato Mo-
„ naſterio denuo collatis, Donationales Budæ in Vigilia

Feſti

„ Festi Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, Anno Domini
„ Millesimo, quadringentesimo, quinquagesimo octavo ema-
„ natas in se comprehendentes, juxta quarum contenta, &
„ seriem quoque commissionis Fidelis nostri Magnifici Ba-
„ ronis Francisci Klobusiczky, veluti Bonorum Rakoczia-
„ norum eotum Administratoris, eatenus datæ, suprafatus
„ Samuel Krasznay, Provisor Munkacsiensis, annotatas bi-
„ nas Possessiones Bobovistye & Lawka, sic dictas, inque
„ Dominio Munkacsiensi, & annotato Comitatu Bereghien-
„ si existen. situatas, coram Fidelibus nostris Egregiis An-
„ drea Kolkedy, Judlium, Georgio item Szécsy, & Emeri-
„ co Szeredszeghy Jurassoribus modo fati Comitatus de
„ Beregh, nec non Michaële Kalmar, Cive, & Incola Op-
„ pidi Munkacs, memorato Episcopo Munkacsiensi Joanni
„ Josepho de Camellis, & ex consequenti ante recensito
„ quoque Monasterio Munkacsiensi, juxta formam præin-
„ sinuatæ Donationis possidendas resignasse, & per manus
„ tradidisse dignoscebatur tenoris infrascripti. Supplicatum
„ itaque extitit Majestati nostræ nomine, & in persona
„ sæpefati Joannis Josephi de Camellis Episcopi, & Mo-
„ nasterii Munkacsiensis debita cum Instantia humillime,
„ quatenus nos præassertas literas conventuales transum-
„ ptionales, & ternas alias præspecificatas in iisdem com-
„ prehensas, omniaque & singula inibi contenta ratas,
„ gratas, & acceptas habentes Literisque nostris inseri, &
„ inscribi facientes præmissis resignationi, & per manus
„ raditioni, aliisque omnibus, & singulis in præallegatis
„ Transumptionalibus, Relatoriis, Fundationalibusque, &

Dona-

„ Donationalibus literis clarius, & uberius denotatis, & „ expreſsis noſtrum Regium conſenſum benevolum pariter „ præbere dignaremur, & aſſenſum, quarum quidem lite„ rarum tenor ſequitur hunc in modum:

„ Nos *Auguſtinus Benkovics*, Epiſcopus Varadienſis, „ Comitatus Bihari enſis ſupremus, ac perpetuus Comes, „ Sacratiſsimæ Cæſareæ Regiæque Majeſtatis Conſiliarius, „ nec non Præpoſitus Conventus Eccleſiæ Sanctæ Crucis „ de Leleſz, memoriæ commendamus tenore præſentium „ ſignificantes, quibus expedit Univerſis. Quod Illuſtriſsi„ mus, & Reverendiſsimus Dominus Joannes Joſephus de „ Camellis, Græci Ritus Unitorum Ruthenorum Epiſco„ pus Munkacsienſis, noſtram perſonaliter veniens in præ„ ſentiam, exhibuit nobis, & præſentavit T r e s quasdam „ literas, primas noſtras Relatorias, mixtim cum literis „ Tranſumptionalibus negotium dicti Epiſcopatus Munka„ csienſis, Græci Ritus Unitorum Ruthenorum tangentes in „ ſe comprehen. feria ſexta poſt Dominicam ſextam Sacro„ ſanctæ & Individuæ Trinitatis, Anno Domini Milleſimo, „ ſexcenteſimo, nonageſimo ſecundo proximo transacto „ præterito emanatas. Secundas Eminentiſsimi Domini „ Leopoldi Cardinalis à Kolonics commiſsionales Viennæ „ Auſtriæ die vigeſima ſecunda menſis Auguſti emana„ tas, ac Egregio Samueli Kraſznay, Proviſori Munka„ csienſi, ſonantes; Tertias autem Divi olim Mathiæ Dei „ Gratia Regis Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Dona„ tionales ſuper Poſſeſsiones Boboviſtye & Lauka, dicto „ Monaſterio Munkacsienſi, Epiſcopoque ejusdem cum uni-

„ verſis earundem pertinentiis emolumentis, & obventio-
„ nibus in eisdem literis declaratis collatas. Budæ in
„ Vigilia Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis, Anno Do-
„ mini Milleſimo, quadringenteſimo, quinquageſimo octa-
„ vo emanatas tenoris infraſcripti, petens nos idem Do-
„ minus Joannes Joſephus de Camellis Epiſcopus, quate-
„ nus nos easdem literas tranſumi, præſentibusque literis
„ noſtris patentibus inſcribi faceremus, ac ſub ſigillo no-
„ ſtro conventuali, uſitato, & authentico eidem extradare
„ dignaremur; quarum primarum noſtrarum ſcilicet Re-
„ latorum ſimul & Tranſumptionalium tenor ſequitur hoc
„ modo:

„ Nos *Conventus Eccleſiæ Sanctæ Crucis de Leleſz*, me-
„ moriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes,
„ quibus expedit Univerſis. Quod nos ad inſtantem peti-
„ tionem, amicabilemque requiſitionem Perilluſtris ac Ge-
„ neroſi Domini Franciſci Klobuſiczky, tanquam Univer-
„ ſorum Bonorum Illuſtrium Orphanorum Rakoczianorum
„ Adminiſtratoris, duos de medio noſtri Illuſtriſsimum vi-
„ delicet & Reverendiſsimum Dominum Auguſtinum Ben-
„ kovics, Epiſcopum Varadienſem, Comitatus Biharienſis
„ ſupremum ac perpetuum Comitem, hujus Conventus
„ noſtri Præpoſitum, Sacræ Ceſareæ Regiæque Majeſtatis
„ Conſiliarium Dominum videlicet, & Prælatum noſtrum
„ colendiſsimum, & Nobilem Joannem Szegedy, ejusdem
„ Conventus noſtri Jurat. Notarium, ad negotia coram ipſis
„ per eundem Dominum Adminiſtratorem proponenda, &
„ facienda exaudien. nobisque exinde fideliter referen. no-

ſtris

„ ſtris pro Teſtimoniis fide dignis duxeramus eſſe trans-
„ mittendos, qui tandem exinde ad nos inſimul reverſi, ſub
„ debito ipſorum Juramento in generali Regni Decreto ſu-
„ perinde contento concorditer per omnia retulerunt nobis
„ hunc in modum :

„ Quomodo ipſi feria ſexta poſt Dominicam primam
„ Epiphaniarum Domini Anni curen. infraſcripti transa-
„ ctam præterita in- & ad Oppidum Munkacs, conſequen-
„ terque Curiam Nobilitarem dictorum Orphanorum ibidem
„ exſtruct. perſonaliter acceden. ubi Illuſtriſsimus, & Re-
„ verendiſsimus Dominus Joannes Joſephus de Camellis,
„ Græci Ritus Unitorum Ruthenorum Epiſcopus, ab una,
„ ac prælibatus Dominus Franciſcus Klobuſiczky, qua Uni-
„ verſorum Bonorum prævio modo declaratorum Admini-
„ ſtrator, ab altera partibus coram dictis Teſtimoniis noſtris
„ perſonaliter conſtituti; dictus quidem Epiſcopus de Ca-
„ mellis exhibuit, & præſentavit iisdem quasdam literas
„ Tranſumptionales cujusdem Privilegii, ſeu Fundationis
„ Illuſtriſsimi, condam Ducis Theodori Kiriatovics, Ducis
„ de Munkacs, Munkacsini die octava menſis Martii,
„ Anno Milleſimo, tercenteſimo, ſexageſimo emanatas, &
„ ex Venerabili Capitulo Poſonienſi in Anno Milleſimo ſex-
„ centeſimo, nonageſimo feria ſexta proxima poſt Domini-
„ cam ſecundam Sanctiſsimæ & Individuæ Trinitatis de-
„ ſumptas, quibus mediantibus Idem Theodorus Dux Pos-
„ ſeſsiones, nempe Buboviſtye & Lauka nominatas, cum
„ omnibus proventibus, & contributionibus ab antiquis tem-
„ poribus ad easdem de jure provenire debentibus, alias

„ ad dictam ejusdem Arcem Munkács poſſeſſas, pro ſalute
„ animæ ſuæ ad Monaſterium S. Nicolai Epiſcopi & Con-
„ feſſoris, per ipſum conſtructum, & ædificatum pro ſuſten-
„ tatione Monachorum Ruthenorum Græci Ritus Unito-
„ rum, in eodem Monaſterio degentium cum decimis vi-
„ norum, frugum, aliisque beneficiis in literis Fundationa-
„ libus ſpecificatis jure perpetuo, & irrevocabiliter tenen.
„ & poſsiden. dediſſet, donaſſet, quæ quidem prærepetitæ
„ duæ Poſſeſsiones rurſum evolutis diſturbiorum temporibus
„ ad prædictam Arcem Munkács reoccupatæ fuiſſent, & in
„ præſens usque eo poſsiderentur, quæ quidem literæ Fun-
„ dationales de verbo ad verbum, ſic ſe haberent:

„ Nos *Theodorus Kiriatovics*, *Dux de Munkacs*, Uni-
„ verſis & ſingulis, tam præſentibus, quam futuris, præſen-
„ tes viſuris harum ſerie patefacimus, quod nos pro ſalute
„ animæ noſtræ fecimus conſtruere, & ædificare Monaſte-
„ rium S. Nicolai Epiſcopi & Confeſſoris, prope Oppidum
„ noſtrum Munkacs, quoad Ritum & Morem Græcorum,
„ vel Ruthenorum conſecratum, & ad idem Monachos
„ Ruthenos conſtituimus, qui in perpetuum ibi Domino
„ ſerviant, & ſuſtentationem eorundem Monachorum de
„ noſtris propriis Bonis, dedimus, & donavimus duas Pos-
„ ſeſsiones, Villas Boboviſtye & Lauka, cum omnibus
„ Proventibus, & Contributionibus ab antiquis temporibus
„ ad easdem provenire debentibus, ſimul cum decimis fru-
„ gum, & vinorum, ac Boboviſtye cum fluvio, & molen-
„ dino, ita quod de eadem Boboviſtye omni Anno tenean-
„ tur dare ſex porcos iisdem Monachis, de Lauka omni

Anno

„ Anno quatuor porcos, deinde vero decimas vinorum de „ monte Ivany-hegy, & ſimiliter de monte, qui vocatur „ Lelyecsovka, in metis Oppidi noſtri Munkács, cum „ aliis monticulis à monte Lelyecsovka usque Monaſte„ rium adjacentibus. Decimas vinorum conceſsimus ei„ dem Clauſtro, & etiam decimas frugum, & aliorum de „ campo illius Villæ, quæ vocatur Oroſzvégh, in eadem „ Munkács exiſtent. verſus Monaſterium omnino conceſsi„ dem prædicto Clauſtro, & etiam de eadem Oroſzvégh „ omnibus annis teneantur dare iisdem Monachis ſe„ ptem porcos; item de proventibus ejusdem Caſtri noſtri „ Munkacs teneantur dare fruges decem cubulos, & toti„ dem ſiliginis, & quatuor vaſa vini, & centum ſales, & „ centum florenos longos, item iſta omnia præſcripta dedi„ mus, donavimus, & contulimus perpetue, & irrevocabi„ liter tenenda, poſsidenda, pariter & habenda prædicto „ noſtro Clauſtro pro refrigerio animæ noſtræ, quod nos fun„ davimus, ibi etiam ſepulchrum noſtrum collocari feci„ mus, ita etiam confirmavimus, quod quicunque ex filiis, „ aut generationibus, vel poſteritatibus noſtris, vel aliqui „ alii iſtam Donationem noſtram non obſervaret, vel con„ tradiceret, aut præſcripto Clauſtro perſolveret nollet, ex „ tunc ipſe coram Omnipotente DEO cum anima noſtra „ litem habeat protrahendi. In cujus rei firmitatem, & per„ petuitatem præſentes literas noſtras ſigilli noſtri appen„ ſione roboratas eidem Clauſtro noſtro duximus roborat. „ Datum in Munkacs, octava die menſis Martii, Anno „ Domini Milleſimo, tercenteſimo, ſexageſimo.

„ Quibus prævio modo per eundem Epifcopum exhi-
„ bitis poftulavit à prærepetito Domino Francifco Klobu-
„ ficzky, tanquam præmemoratorum Bonorum Adminiftra-
„ tore, quatenus easdem Poffefsiones Boboviftye & Lauka
„ nominatas, cum omnibus proventibus, obventionibus,
„ emolumentis, & univerfis appertinentiis, aliaque omnia
„ in iisdem literis Privilegialibus, five Fundationalibus con-
„ tenta præfato Monafterio S. Nicolai Epifcopi & Confefforis,
„ confequenterque eidem Inftanti, tanquam ordinario ejus-
„ dem Epifcopo, & pro nunc ejusdem Poffeffori, juxta men-
„ tem etiam Eminentifsimi Principis Domini Domini Leo-
„ poldi S. Romanæ Ecclefiæ Cardinalis à Colonics, Tuto-
„ ris nimirum, & Curatoris toties fatorum Illuftrifsimorum
„ Orphanorum Rakoczianorum, per literas fuas mifsiles,
„ die vigefima Septembris in Anno Millefimo, fexcentefimo,
„ nonagefimo primo. Viennæ datas declaratam refignare
„ vellet; Qua Inftantia dicti Domini Epifcopi exaudita im-
„ mediate ibidem coram dictis Teftimoniis noftris præli-
„ batus Francifcus Klobuficzky literas prætitulati Domini
„ Eminentifsimi Cardinalis mifsiles Anno, die, locoque
„ præfcriptis emanatas exhibuit, & Paragraphum in eis-
„ dem literis contentum, nimirum (& ne futuræ difputa-
„ tioni obnoxiæ reddantur Bona ab antiquo ad Epifcopa-
„ tum Munkacsienfem fpectantia eadem quamtotius Gene-
„ rofa Dominatio veftra in præfentia convocandorum fide
„ dignorum Teftimoniorium refignare velit Domino Epi-
„ fcopo Camelli) medio Providoris Munkacsienfis easdem
„ utrasque Poffefsiones Bobovifche videlicet & Lauka,

præ-

„ prælibato Joanni Joſepho de Camillis, Epiſcopo Munka-
„ csienſi, cum omnibus emolumentis reddi, & reſtitui juſsit,
„ & mandavit, quibus ſic coram dictis Teſtimoniis noſtris
„ Anno, die, locoque ut ſupra peractis, nobisque iisdem
„ fideliter relatis, tandem ſat poſt longum temporis interſti-
„ tium feria nempe ſexta poſt Dominicam ſextam Sanctis-
„ ſimæ & Individuæ Trinitatis toties nominatus Epiſcopus
„ Illuſtriſsimus, & Reverendiſsimus Dominus Joannes Jo-
„ ſephus de Camellis, huc inductum noſtrum, noſtram ſci-
„ licet perſonaliter veniens in præſentiam exhibuit nobis,
„ & præſentavit literas prælibati Domini Franciſci Klobu-
„ ſiczky, toties dictorum Bonorum Rakoczianorum Admi-
„ niſtratoris, commiſsionales Proviſori Munkacsienſi, in
„ Caſtello Munkacsienſi, die decima nona Januarii Anni
„ infraſcripti ad ejusdem Domini Epiſcopi Inſtantiam datas,
„ executioneque dicti Proviſoris Munkacsienſis, ex parte
„ præattactarum duarum Poſſeſsionum, juxta commiſsio-
„ nem ſibi datam coram nonnullis infraſcriptis Teſtimoniis
„ effectui mancipatam hujusmodi tenore: „ Domine Pro-
„ viſor Munkacsienſis, Samuel Kraſznay! comitto veſtræ
„ Generoſæ Dominationi, ut eat cum Illuſtriſsimo, & Re-
„ verendiſsimo Domino Joanne Joſepho de Camellis, Epi-
„ ſcopo Munkacsienſi, & notificet omnibus habitantibus
„ Territoriis Lauka & Boboviſcse, quod ex mandato
„ Eminentiſsimi Domini Cardinalis Leopoldi à Kolonics,
„ Viennæ emanato die vigeſima Septembris anni proxime
„ elapſi Milleſimi, ſexcenteſimi, nonageſimi primi. Ego
„ heri ſupra dicto Domino Epiſcopo de Camillis, Archiman-
dritæ

„ dritæ Venerabilis Monasterii Sancti Nicolai Confessoris,
„ positi hic prope Oroszvégh cessi, & resignavi in præsentia
„ Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Augustini Benko-
„ vics, Episcopi Varadiensis, & sui Notarii, aliorumque
„ Virorum, omnia Bona cum proventibus, & decimis &c.
„ olim supradicto Venerabili Monasterio donata à quodam
„ Domino Theodoro Kiriatovics, Duce Munkacsiense se-
„ cundum formam Instrumenti Donationis perpetuæ, adeo-
„ que supra dictus Dominus Episcopus de Camillis poterit
„ in omnibus illis Bonis suam Jurisdictionem & Dominium
„ exercere libere, & de actu possessionario illius fiant At-
„ testationes pro futura memoria. Datum in Castello Mun-
„ kacsiensi, die decima nona Januarii Anni Millesimi, sex-
„ centesimi, nonagesimi secundi. Franciscus Klobusiczky,
„ Sacræ Cæsareæ Regiæque Majestatis Bonorum Rako-
„ csianorum Administrator m. p. (L. S.)

„ Series Executionis peractæ commissionis ibidem sta-
„ tim sequitur hoc modo: Ego Samuel Krasznay recogno-
„ sco tenore præsentium, quod Perillustris ac Generosi Ad-
„ ministratoris accepta præsente commissione præmissas in
„ commissione specificatas Possessiones statim, & de facto
„ assignavi Illustrissimo Domino Episcopo Munkacsiensi
„ Joanni Josepho de Camillis, possidendas secundum for-
„ mam literarum Donationalium coram dictis infrascriptis.
„ Datum in Nagy-Lohó, die vigesima prima Januarii.
„ Millesimo, sexcentesimo, nonagesimo secundo. Idem qui
„ supra m. p. (L.S.) Coram me Andrea Kölkedy, Judlium
„ pro tempore Inclyti Comitatus de Beregh m. p. (L. S.)

„ Co-

„ Coram me Georgio Szécsy, præſcripti Comitatus de Be-
„ regh Juraſſore m. p. (L.S.) Coram me Michaële Kalmar,
„ Cive Oppidi Munkacs m. p. (L. S.) Coram me Emerico
„ Szeredſzeghy, Juraſſore Comitatus de Beregh m. p. (L. S.)
„ Duo alia nomina etiam ſubſcripta Raſcianis literis cum
„ ſigillorum propriorum appoſitione. Super quibus omnibus
„ prævio modo peractis, nobisque relatis, ac in poſterum
„ productis, & in ſerie præſentium literarum inſertis. Nos
„ quoque præſentes literas noſtras Teſtimoniales, ſub ſigillo
„ noſtro Conventuali uſitato & authentico, memorato Do-
„ mino Epiſcopo, jurium ſuorum uberiorem ad cautelam,
„ neceſſarias communi ſuadente æquitate, dandas duximus,
„ & concedendas. Datum ut ſupra, feria ſexta poſt Domi-
„ nicam ſextam SS. & Individuæ Trinitatis, Anno Domini
„ Milleſimo, ſexcenteſimo, nonageſimo ſecundo (L. S.)

„ Secundarium autem Eminentiſsimi Domini Leopoldi
„ Cardinalis à Kolonics commiſsionalium tenor talis eſt:

„ Egregio Samueli Kraſznay, Proviſori Munkacsienſi,
„ ejusdem in Officio Proviſoratus ſucceſſoribus præſentibus
„ committitur, & mandatur, quatenus Fundationem anti-
„ quam Theodori quondam Kiriatovits, Ducis Munkacsien-
„ ſis, erga Monaſterium S. Nicolai Epiſcopi Græci Ritus
„ factam, omnimode effectuare, continentiisque Donationis
„ ejusdem ſatisfacere, ſignanter autem contentos in eadem
„ Donatione centum florenos longos, id eſt: Rhenenſes,
„ centum lapides ſalis, quatuor vaſa vini, viginti cubulos
„ tritici annuatim, Illuſtriſsimo, & Reverendiſsimo Domino

„ Joanni Josepho de Camillis, Episcopo Munkacsiensi, ejus-
„ que Successoribus Episcopis, vi hujus commissionis meæ,
„ originaliter præ manibus dicti Domini Episcopi relicta,
„ copialiter vero sub sigillo, & chirographo ejusdem Do-
„ mini Episcopi (pro moderanda Officialium ratione)
„ moderno, & subsequentibus Provisoribus communicata,
„ semper exolvere, & tergiversatione sine ulla quotannis
„ extradare, & Possessionem Oroszvégh, ad præstandos
„ quotannis eidem Domino Episcopo septem porcos, com-
„ pellere noverint, quod ipsum Authoritate nostra Curatoria
„ iisdem Officialibus non secus facere injungimus. Datum
„ Viennæ Austriæ, die vigesima secunda Augusti. Anno
„ Domini Millesimo, sexcentesimo, nonagesimo secundo.
„ (L. S.) Leopoldus Cardinalis à Colonics m. p.

„ Tertiarum autem, & ultimarum Donationalium fa-
„ ctum, Bonorum Episcopatus Munkacsiensis tangentium
„ & concernentium verbalis continentia hæc est:

„ NOS MATTHIAS Dei Gratia Rex Hungariæ,
„ Dalmatiæ, Croatiæ &c. Memoriæ commendamus tenore
„ præsentium significantes, quibus expedit Universis. Quod
„ nos attentis, & consideratis moribus, & industria Lucæ
„ Presbyteri Rutheni, quibus idem nostro in conspectu, à
„ nonnullis nostris subditis meruit commendari, eundem ad
„ Plebaniam Ruthenicalem S. Nicolai, prope Possessionem
„ Munkacs Monostor vocatam, Ritu Ruthenorum fundatam,
„ cum sua solita jurisdictione, quam videlicet Plebaniam
„ ipse Lucas se à pluribus retroactis annis de jure tenuisse,

&

„ & etiam nunc tenere aſſerit, authoritate noſtra Regia,
„ qua hujusmodi Plebania more prædeceſſorum noſtrorum
„ Regni Hungariæ, ad noſtram collationem pertinere di-
„ gnoſcitur, duximus eligendum & nominandum, ean-
„ demque eidem ſimul cum duabus Poſſeſsionibus, puta
„ Buboviſtye & Lauka vocatis, ad eandem Plebaniam ab
„ antiquo ſpectantibus, pariterque cunctis ipſarum Plebaniæ,
„ & Poſſeſsionum utilitatibus, proventibus, obventionibus,
„ & pertinentiis quibuslibet præmiſsis, ſic ut præfertur ſtan-
„ tibus, & ſe habentibus duximus denuo, & ex novo dan-
„ dam, & conferendam, ac de eadem eidem providendam,
„ imo damus, conferimus, & eidem providemus, præſentium
„ per vigorem: Quocirca vobis Fidelibus noſtris Conven-
„ tui Eccleſiæ de Leleſz, harum ſerie firmiter præcipientes
„ mandamus, quatenus præfatum Lucam Presbyterum Ru-
„ thenum, in præfatam Plebaniam more in talibus obſervari
„ alias ſolito, item in Dominium dictarum Poſſeſsionum
„ Buboviſtye & Lauka vocatarum, ac utilitatum, & perti-
„ nentiarum, earundem quarumlibet denuo, & ex novo
„ introducere, & tandem ad easdem eidem ſtatuere, eun-
„ demque in eisdem contra quoslibet illegitimos impetito-
„ res, & in ſuis ſolitis jurisdictionibus tenere & conſervare
„ debeatis, Authoritate noſtra præſentibus, vobis in hac
„ parte attributa, & juſtitia mediante, ſecus facere non
„ auſuri. Præſenbtius perlectis, exhibenti, reſtitutis. Da-
„ tum Budæ, in Vigilia Aſſumptionis B. Mariæ Virginis,
„ Anno Domini Milleſimo, quadringenteſimo, quinquage-
„ ſimo octavo.

„ Unde nos hujusmodi petitioni, præmemorati Domini „ Epifcopi tanquam juftæ & legitimæ nobis factæ annuen- „ tes, & aquiefcentes præfcriptas illas tres literas nobis „ exhibitas, non abrafas, non cancellatas, nec in aliqua „ parte vitiatas, aut fufpectas, fed omni prorfus vitio & „ fufpicione carentes, de verbo ad verbum, fine diminutio- „ ne, & augmento, variationeque aliquali præfentibus li- „ teris noftris inferi, & infcribi facientes, juriumque præti- „ tulati Domini exhibentis, & fuorum fucceſſorum futuram „ uberioremque ad cautelam, neceſſarias fub figillo noftro „ Conventuali ufitato, & authentico, communi fuadente ju- „ ftitia dandas duximus & concedendas. Datum feria tertia „ poft Dominicam Septuagefimæ, Anno Domini Millefimo, „ fexcentefimo, nonagefimo tertio. (L. S.)

„ Nos itaque demiſſa hujusmodi fupplicatione, fupra- „ fati Epifcopi & Monafterii Munkacsienfis Græci Ritus „ noftræ modo, quo fupra porrecta Majeftati, pro fingulari „ etiam noftro erga Ecclefiarum DEI, locorumque & Mo- „ nafteriorum fummo Numini, & Sancti ejus cœleftis Pa- „ triæ Civibus dicatorum non fecus promovendi — — „ in iisdem cultus, & fervitii Divini incrementum zelo, „ & affectu Regia noftra benignitate exaudita clementer, „ & admiſſa præmemoratas Tranfumptionales, & in iis- „ dem contentas relatorum Fundationales, atque Dona- „ tionales non abrafas, non cancellatas, nec in aliqua „ fui parte fufpectas, fed omni prorfus vitio, & fufpicione „ carentes, præfentibus literis noftris de verbo ad verbum, „ fine diminutione, & augmento aliquali infertas, & infcri-

ptas,

„ ptas, quoad omnes earundem continentias, claufulas, & „ articulos, eatenus, quatenus eædem rite exiftunt emana- „ tæ, viribusque earundem veritas fuffragatur, ratas, gra- „ tas & acceptas habentes, authoritate noftra Regia appro- „ bavimus, roboravimus, ratificavimus, & confirmavimus, „ præmiffisque refignationi, & per manus traditioni, aliis- „ que omnibus, & fingulis in prædeclaratis Conventualibus „ Tranfumptionalibus, & inibi comprehenfis ternis aliis „ literis fufius, & limpidius declaratis, ac exprefsis noftrum „ Regium præbuimus confenfum. Imo approbamus, robo- „ ramus, ratificamus, confirmamus, benevolumque pari- „ ter confenfum præbemus & affenfum, falvo Jure. Harum „ noftrarum fecreto figillo noftro, quo ut Rex Hungariæ „ utimur in pendenti communitarum vigore, & Teftimonio „ literarum. Datum per manus Fidelis noftri nobis dilecti „ Reverendi Blafii Jaklin, Epifcopi Nitrienfi, locique, & „ Comitatus ejusdem fupremi, & perpetui Comitis, Confi- „ liarii noftri, & Aulæ noftræ per Hungariam Cancellarii. „ In Civitate noftra Vienna Auftriæ, die vigefima tertia „ menfis Februarii, Anno Domini Millefimo, fexcentefimo, „ nonagefimo tertio. Regnorum noftrorum Romani trige- „ fimo quinto, Hungariæ & reliquorum trigefimo octavo. „ Bohemiæ vero Anno trigefimo feptimo. Leopoldus m. p. „ Blafius Jaklin, Epifcopus Nitrienfis m. p. Stephanus Teu- „ turics m. p. Confenfus Regius fuper refignatione Poffes- „ fionum Bubovistye & Lauka, Epifcopo Munkacsienfi „ Græci Ritus facta.

„ Nos itaque juſta & legitima ejusdem requiſitione ex-
„ audita pariter, & admiſſa idem Diploma Regium modo
„ præmiſſo nobis exhibitum de verbo ad verbum, ſine
„ diminutione, & augmento aliquali transſcribi, & præ-
„ ſentibus inſeri facientes, in tranſumpto literarum noſtra-
„ rum jurium ejusdem, & aliorum, quorum intereſt, futura
„ pro cautela neceſſariarum ſub ſigillo noſtro Capitulari
„ uſitato, & authentico extradandum eſſe duximus, & con-
„ cedendum communi ſuadente juſtitia Georgio Foglar, Le-
„ ctore (Titl.) Andrea Pöſpöky (Titl.) ſigilli noſtri authen-
„ tici conſervatoribus, fratribus, & concanonicis noſtris exi-
„ ſtentibus, & conſtitutis. Datum Agriæ die vigeſima tertia
„ menſis Junii, Anno Domini Milleſimo, ſeptingenteſimo,
„ trigeſimo ſecundo. Lecta in Capitulo per me Georgium
„ Foglar, Lectorem. m. p. (L. S.)

CAPUT VI.

§ I.

Si quis contendere vellet Kolonicsianam Ordinationem, Fundationi huic magnum robur non adferre; ſiquidem Tutorum & Curatorum acta, ut jura loquuntur pupillos non obligent, id ipſum de benignis confirmationalibus Leopoldinis dicendum, propter clauſulas in iisdem inſertas, nempe: *in quantum eædem rite, & legitime exſtiterint* item *ſalvo Jure alieno*, verum quidem eſſe videretur Ordinationem illam Kolonicsianam, ſe ſola vim magnam Fun-

Artic. 24. anni 1655.

dationi

dationi haud tribuere poſſe, ex adductis motivis, ſi pupilli ſolidum, atque legitimum ante tutorale Jus habuiſſent, ad Bona per illam ordinationem Tutoriam Monaſterio reſignata. Totum rei fundamentum pendet ab antetutorali Jure, an ſcilicet illud Pupillis ſeu Orphanis Rakoczianis, an vero Monaſterio competebat ad Bona quæſtionata? Jure hoc illis attributo robore fors caruiſſet ſuo Tutoria ordinatio hæc, verum Jus illud in Bona præattacta, non illis, ſed Monaſterio competebat, illudque Jus in duas Poſſeſsiones præattactas ante prælibatam Tutelam Monaſterium iſthoc habuiſſe patet inde: *Primo* Quia poſt Fundationales Keriatovicsianas, Divus olim Rex Matthias, certum Religioſum Lucam Presbyterum in eadem Fundatione confirmando, antelatarum duarum Poſſeſsionum Boboviſtye & Lauka, tanquam ab antiquo ad Monaſterium S. Nicolai ſpectantium mentionem facit, adeo hac in parte Fundationalium Keriatovicsianarum vigor, & uſu roboratio evidens habetur. Et ex eo etiam paragrapho, quod dictum Monaſterium, ſeu ut ibidem continetur, Plebaniam Ruthenicalem more prædeceſſorum ſuorum Hungariæ Regum ad collationem ſuam Regiam ſpectare recognoſcat, id quod per verbum *dignoſcitur* exprimat, ex quo duo hæc promanant: 1) Quod beneficiata & poſſeſsionata fuerit Plebania hæc, ſeu Monaſterium Poſſeſsionum autem aliarum nulla habeatur. 2) Quod cum ſpectaverit ad collationem Regiam ſicut aliæ Poſſeſsionatæ, & Beneficiatæ Eccleſiæ fuerit de Jure Patronatus Regum, jure eodem cum aliis Eccleſiis cenſa exſtitit, conſequenter jura Regni, de non abalienan-

dis

dis Bonis Ecclefiafticis, eidem quoque deferviebant, & hinc affurgit Ratio fecunda, quod fiquidem ad mentem pofitivarum Patriæ Legum, fignanter S. Ladislai Lib. I. cap. 23. Colom. Lib. I. cap. 10. Anni 1567. art. 31. & aliis pafsim, Bona Ecclefiis collata ab iisdem non auferantur, abalienarique etiam titulo Pignoris prohibeantur. Etfi fuccefsive ab eadem avulfæ fuiffent antelatæ Poffefsiones, Beneficium Juris reftitutionis in integrum expofcente Ecclefia per Kolonicsium congrue, & legaliter reftitui poterat. Denique 3) Ordinationem hac in parte Kolonicsiano Tutoriam, Pupillus Francifcus Rakoczy, de Tutela exiens in fuo vigore reliquerat, ex quo in earundem Poffefsionum Dominio, Monafterium conftanter permanferat, exftititque de fato.

§ II. Quod vero etiam Jus obventionis feptem fetigerorum, de Poffefsione Orofzvégh eidem Monafterio competat, rationem effe: Primo, quia poft toties fatam Fundationem Keriatovicsianam collationales etiam Divi Matthiæ Corvini, fub titulo: *Obventionibus* ibidem inferto huic Monafterio favent, cum generalitatem tituli cujusdam fpecifico ufu declaraverit, extractus per officinam Rationariam de Urbario Dominii Munkacs pro Anno 1649. confecto factus teftetur; ex palam eft, Epifcopo Orofzvéghienfi tanquam Monafterii S. Nicolai fuperiori, ex decima fetigerorum de Orofzvégh, de proventibus Arcis Munkács 8. fetigeros adminiftratos fuiffe, quia tamen (provocando fe ad originales literas) Urbarii confector feptem fetigeros de jufto eidem competere attigerit, ut tantum feptem deinceps præ-

præſtentur, ordinatum exſtitiſſe; conſequenter & hunc uſum tametſi deinceps ſub Georgii ſenioris & junioris Rakoczy Dominio interruptus ſit, per bene memeratum Cardinalem à Kolonics, qua Tutorem & Curatorem, legitime redintegrari potuiſſe, neque interruptionem per Rakoczium poſt exitum de Tutela eidem, qua ante tempora Tutoratus legitime Monaſterio competenti quidquam obſtaret.

§ III. Unde in his duobus punctis, tam Fundationem Keriatovicsianam, quam Ordinationem Tutoris Eminentiſsimi Cardinalis à Colonics, prout & benignam confirmationem Leopoldinam ſtare, ita quoque reſpectu reliquorum in Fundationalibus contentorum intelligendum eſt, uti ſunt obventiones ex Dominio Munkacs, quæ præſtandæ forent, nempe centum Rhen. floreni, centum ſales, quatuor vaſa vini, viginti cubuli frumenti &c. In quorum uſu fuiſſe Monaſterium iſthoc, authenticum Urbarium Decamelliſianum (ut ſupradictum) oſtendit.

§ IV. Brevis recapitulatio præmiſſorum intra Primævæ Fundationis Keriatovicsianæ, & confirmationalium Matthiæ Regis 98. Annorum tempus interveniens, uſus Fundationalium ex aliqua ſui parte etiamſi fuiſſet interturbatus per injuriam temporis. Nova tamen collatio Corviniana, ſeu Confirmatoria pro Religioſo Luca Presbytero emanata in priſtinum vigorem, tam quoad proprietatem, quam etiam quoad uſum fundationalium, repoſuit, & reparavit. A donatione Corviniana usque ad tempus Kolonicsianæ reſignationis 234. effluxis Annis, pariter intra id temporis

F ſpa-

ſpatium æque per injuriam temporis, præſertim poſt introductum ad has Munkacsienſes partes Dogma Calvinianum interturbatus erat uſus illius Fundationis. Hic tamen Cardinalis, qua Tutor ex Regia ordinatione Rakoczianus, Joſepho de Camellis, qua Archimandritæ ſeu Monaſterii hujus ſuperiori Fundationem hanc, & ejus obventiones reſtituit, & eundem Epiſcopum in uſum fructum inveſtivit. Cui etiam reſtitutioni Tutoriæ, & ipſe Franciscus Rakoczy cum ſorore ſua Juliana etiam extra Tutelam conſtituti (docentibus id ipſam eorundem literis obligatorialibus) inhæſit.

§ V. Tum itaque per præmiſſam reſignationem, & Rakoczianam ratihabitionem, cum etiam per benignum Leopoldinum Regium conſenſum ſupraſcriptum, & ad præmiſſam reſignationem ſubſecutum neglectus uſus reintegratus exſtitit. Quod autem à & pro tempore Rebellionis Rakoczianæ poſtremæ per durantis Monaſterium hoc uſu fundationalium (veluti per Rakoczium violenter ſibi adempto) caruiſſet, per hoc tamen Monaſterium collationale Privilegium non amiſit, quin potius, quemadmodum principaliores binas Poſſeſsiones Bobovische & Lauka, etiam nunc poſsidet, ita etiam reliquas obventiones fundationales veluti eo ſpectantes ſibi per modernos Poſſeſſores bonificandas non immerito prætendere poſſet. Cum acceſſorium ſequatur ſuum principale.

§ VI. Quibus itaque tam luculenter remonſtratis, atque ex authenticis literalibus Inſtrumentis comprobatis, quorum originaria in Venerabilibus Poſonienſi, & Agrienſi

Ca-

Capitulis de præſenti aſſervantur, de realitate & veritate Fundationis per Theodorum condam Keriatovics, Ducem Munkacsienſem, in Anno adhuc Milleſimo, tercenteſimo, ſexageſimo factæ, pro Monachis Ruthenis Ordinis S. Baſilii Magni, nullus jam ambigendi locus ſupereſſe videtur amplius, manent illi in uſu ſuæ Fundationis prælibatæ à tot ſæculis conſtanter, & ſi quando per injuriam temporum, & violenter interturbatus fuiſſet uſus hic rurſus per Regias Confirmationes reſtabiliebatur.

§ VII. Interea tamen unus inventus, utpote: Excellentiſsimus Dominus Præſul Tranſylvanienſis, Comes *Ignatius Battyany*, qui Fundationem hanc Keriatovicsianam oppugnare adorſus recenter, in ſuo opere Albæ Carolinæ, Anno Domini 1785. Typis edito, cui titulus: *Leges Eccleſiaſticæ Regni Ungariæ &c.* Tom. I. pag. 514. — 515. aſſerere non dubitavit, Fundationem hanc Theodori Keriatovics eſſe ſuppoſititiam, falſe, & inique confectam.

§ VIII. Multis quidem convincor Argumentis, prælaudatum Præſulem hunc Sacro Ordini noſtro eſſe ſincere addictum; non adduco alia, quæ tamen devota mente recolo ſemper, hoc ſolum refero: Anno adhuc 1778. qua Præpoſitus Major Venerabilis Capituli Agrienſis, noſtris Religioſis Fratribus in Maria Bócs, in ſtudio Philoſophico (me qui hæc ſcribo docente) exiſtentibus ad Actum Defenſionis publicum, liberaliſsimis ſumptibus gratioſe ſuccurrere, libros diverſos, copioſos, una & pretioſos Auditoribus offerendos procurare, atque reſolvere dignatus eſt Præſul

Excellentiſsimus. His itaque & aliis, quam plurimis ſinceri erga nos animi indiciis penſatis, perſuadeo mihi præno-minatum Præſulem non ſtudio nocendi Ordini Sacro, ſed alio ex motivo in hanc novellam ſententiam abiiſſe.

§ IX. Occaſionem Præſuli huic ita ſentiendi dederat, mendoſum quoddam ſcriptum, Agriæ in Archivo aſſervari ſolitum, ſub nomine Joannis Corvini de Hunyad, in favorem Domini Plebani Munkacsienſis compilatum, cujus tenorem ex libro ejusdem Domini Præſulis ſubjicio.

CAPUT VII.

§ I.

„*Nos Joannes Corvinus de Hunyad*, Sclavoniæ, Opaviæ,
„ Liptoviæque Dux &c. Memoriæ commendamus tenore
„ præſentium ſignificantes, quibus expedit Univerſis, quod
„ cum nos æſtate proxima in Caſtro noſtro Szoklos con-
„ ſtituti fuiſſemus, venit coram nobis Honorabilis Joannes
„ Epiſcopus Ruthenus, Ritum Græcorum tenens, in Clau-
„ ſtro S. Nicolai ſupra Oppidum noſtrum Movvkacs (Mun-
„ kacs) fundati degens, exhibuitque quasdam ſex literas,
„ unas Illuſtriſsimi condam Theodorici (*Pater Schmit*,
„ *Theodorum ſcribit*) Ducis Podoliæ (*Pater Schmit*, *Ducem*
„ *Munkacsienſem facit*) Aſſertas alias Deſpoti magni Ra-
„ ſcianorum Idiomate confectas, Tertias Avi noſtri Joan-
nis

„ nis de Hunyad Gubernatoris, olim Regni Hungariæ; „ quartas & quintas Genitoris noſtri chariſsimi, Sereniſsi- „ mi Principis Domini Mathiæ, Hungariæ, Bohemiæ &c. „ Regis, Sextas autem Conventus Eccleſiæ Sanctæ Cru- „ cis de Leleſz, penes quas Epiſcopus Ruthenus curavit „ nobis ſupplicari, ut quasdam decimas vinorum de Pro- „ monthorio Levaska, item frugum, & bladorum de medio „ Jobbadiorum noſtrorum in Oroſzvégh & Oppido Mun- „ kacs, commorantium provenientes, ac ſeptem porcos de „ Incolis Oroſzvégh eidem faceremus reddere, & reſti- „ tuere, ad cujus ſupplicationem animum noſtrum cum in- „ clinaſſemus, & literas prænotatas perſpicatius intuiti fuis- „ ſemus, feciſſemusque cum Secretario, & Conſiliariis no- „ ſtris perſpicere, viſum nobis fuit una cum ejusdem origi- „ nales literas, Illuſtris videlicet Theodorici Ducis falſe, & „ inique confectas fuiſſe. Proinde quia animus noſter erat „ Caſtrum noſtrum Munkacs proxime viſitare, diſtulimus „ in adventum noſtrum ad Caſtrum memoratum Munkacs, „ negotium hoc terminandum. Ubi cum jamjam adventas- „ ſemus rurſum denuo præfatus Joannes Epiſcopus Ruthe- „ nus, præſentiam noſtram adiens ſupplicavit, quatenus „ literas memoratas eidem confirmare, & proventus anno- „ tatos eidem adminiſtrari facere dignaremur. Ex oppoſito „ adſtitit, coram nobis honorabilis Dionyſius, artium li- „ beralium Magiſter, Eccleſiæ S. Martini, Epiſcopi Con- „ feſſoris, in Oppido Munkacs fundatæ Plebanus, propo- „ nens, qualiter ſæpe fatus Joannes Epiſcopus Ruthenus, „ falſis literis mediantibus, Jura Plebaniæ ſuæ dirrimere

 moli-

„ molitus, quomodoque Prædeceſſor ejusdem Epiſcopi Lu-
„ cas Presbyter in dicto Clauſtro S. Nicolai, olim com-
„ morans, ab Avo, & Genitore noſtris chariſsimi falſe, &
„ iniquiſsime literas impetraſſet, allegans inſuper quoniam
„ indignum, & Sanctorum Patrum ſancitis contrarium fo-
„ ret, ut Chriſtiani ſuas Decimas Schismaticis dare debe-
„ rent, advenientes præterea coram nobis populi, & job-
„ bagiones noſtri Chriſtiani, qui hujusmodi Decimis obli-
„ gantur, enixius nos exorando, quatenus dignaremus
„ annuere Decimas eorum non Schismaticis, ſed Plebano
„ ipſorum, prout Illuſtris Domina Eliſabetha Avia noſtra,
„ & Genitor noſter Rex chariſsimi jam prius ſtatuiſſent. Ita-
„ que inter tot propoſitiones, & allegationes Vires literarum
„ perſpicatius nos intendere volentes, cum his doctis Viris,
„ qui ad latus noſtrum communiter adhærebant, literas
„ prænotatas per dictum Joannem Epiſcopum exhibitas,
„ diligentiſsime cum cura, & ſtudio, juſsimus perſpicere,
„ & pro evidentiore cauſa fecimus inquirere veteres literas
„ prænotati Domini Theodorici inveſtigando, ſi his literas,
„ quas jam fatus Joannes Epiſcopus exhibuit, reſponderent,
„ cumque unæ literæ dicti Domini Ducis per Rectorem
„ hoſpitalis Domini, tum de Thur in Zar (id eſt: *in Beregh-*
„ *ſzaſz, explicat Author, propter Saxones illuc à Gizela col-*
„ *locatos, Zar dictum*) commorantem oblatæ fuiſſent, vidi-
„ mus, & cognovimus nulla ex parte literis his per Epi-
„ ſcopum exhibitis, reſpondere, & titulum, & ſigillum
„ longe diverſum fore, inſuper per alia plurima documenta,
„ cognovimus eas ipſas literas nomine dicti Theodorici

Ducis

„ Ducis ſæpe dicto Clauſtro confectas, & Joannem Epiſco-
„ pum exhibitas, falſas, iniquas, & viribus carituras eſſe,
„ quia etiam cognovimus apertiſsime pargamenum polli-
„ tum, & priorem ſcripturam de eo deletam eſſe, & per
„ conſequens alias omnes literas. Rationes ejusdem, &
„ dictis Dominis Deſpoto Joanne Gubernatore Avo, &
„ Rege Mathia Genitore noſtris chariſsimis, ac Conventus
„ S. Crucis de Leleſz, ac etiam per nos datas indebite,
„ & injuſte fuiſſe extenſas, quas quidem ſex literas, ſimi-
„ liter & noſtras prius prætextu rei hujusmodi datas ſua-
„ dente Juſtitia, & Juris æquitate caſſavimus, caſſamusque
„ & viribus deſtitutas eſſe cenſemus præſentium per vigo-
„ rem, cumque dictus Joannes Epiſcopus Ruthenus cogno-
„ viſſet literas ſuas falſas, & iniquas eſſe ultro, & ſponte
„ renunciavit decimis vinorum, blandorum, & frugum de
„ Promonthorio Lewathka, & à Jobbagionibus Oppidi
„ noſtri Munkacs, & Oroſzvégh chriſtianis ſcilicet Clauſtro
„ ſuo provenientibus, & provenire debentibus profitens,
„ ut dictus Dionyſius Plebanus, & ſui ſucceſſores perpetuo
„ percipere poſſent, nec hoc prætermittendo, ut de Ru-
„ thenis, & ab aliis, qui Ritum colunt Græcorum deci-
„ mas vinorum, & bladorum de Promonthorio Lewathka,
„ & item ratione ſeptem porcorum de medio Jobbagio-
„ num noſtrorum in Oroſzvégh commorantium, præfato
„ Clauſtro S. Nicolai ante tempora dari ſolitorum, idem
„ Dionyſius Plebanus, & Joannes Epiſcopus in hujusmodi
„ devenerunt ordinem, & unionem. Utque in dicta Oroſz-
„ végh chriſtiani, & ſchismatici mixtim morant porci eo-

run-

„ dem Incolarum annuatim denumerentur, & chriſtiani
„ numero plures porcos habuerint, quatuor porci Diony-
„ ſio Plebano, & ſuis Succeſſoribus cedant, & tunc Joanni
„ Epiſcopo, & ſuis Succeſſoribus tres porci veniant, ſi vero
„ horum, qui Ritum Græcorum tenent, plures porci in-
„ veniuntur, Joannes Epiſcopus, & ſui Succeſſores Ruthe-
„ ni quatuor eligant porcos, Dionyſio vero Plebano, &
„ ſuis Succeſſoribus tali ſtante caſu tres porci deſignentur.
„ In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam præ-
„ ſentes literas noſtras majoris ſigilli noſtri appreſsione com-
„ munitas, memorato Dionyſio Plebano, ſuisque Succeſſo-
„ ribus univerſis duximus concedendas. Datum in Caſtro
„ noſtro Munkacs, in feſto Dorotheæ, Virginis & Marty-
„ ris, Anno Domini 1493.

§ II. Dicit itaque prædeclaratus Author, & Præſul, id ſe ex ipſo Originali, ſed mendoſe exarato *ſumma integritate* deſcripliſſe, ſolerter ergo egit ille, & cum induſtria egit, ne quid exmittat, vocem vel ſyllabam, aut addat, vel transponat; *cum ſumma integritate.* Aſt meo Judicio, majori longe opus fuiſſet ſolertia in indaganda dictarum literarum veritate, per requiſita criteria veri inveniendi, atque judicium ſuſpendere tamdiu, quoad usque veritas in aperto fuiſſet conſtituta, qui enim cito credit cito, & facile decipitur, neque omne id quod ſplendet aurum eſt, tametſi id ſæpe appareat, & videatur aurum eſſe. Quid ergo fuiſſet agendum in præſenti caſu? ne rem tam momentoſam, in damnum, præjudiciumque partis alicujus in-

juſte

juſte decidere contingat? Dico, præprimis literæ ipſæ tali modo, poſtpoſito partium ſtudio, examinari debuiſſent literæ, quæ continent in ſe Privilegium aliquod, ac donationem perpetuo duraturam exhibent, ut authenticæ ſint, ac eſſe cenſeantur, debent ſigillo collatoris muniri, ac roborari, hoc vero deſtitutæ, carent omni robore, & authentia, ſunt fictæ, fraudem, & impoſturam redolentes ejusmodi literæ. Jam vero præinſertum Privilegium verſabat quidem manibus contrectabatque Comes prænominatus, & ipſum advertit ſcatere mendis, verum ſigillo Ducis Joannis Corvini de Hunyad illud deſtitui non vidit? non advertit? quod omnino mirandum, & ideo neque hunc defectum, ſuo operi prælaudato inſerere potuit, at tam vidit, & advertit Venerabile Capitulum Agrienſe carere ſigillo literas prænominatas, neque voluit diſsimulare defectum illum, ſed ſuo Prothocollo eas inſerens, Anno Milleſimo, ſeptingenteſimo, vigeſimo quinto, hanc quoque carentiam ſigilli diligenter notavit, atque inſeruit, Teſtantibus id ipſum Tranſumptionalibus ejusdem Capituli literis, Domino Munkacsienſi Parocho Ferdinando Lew, elargitis: quarum tenor ſequitur in hanc modum:

„ *Nos Capitulum Cathedralis Eccleſiæ Agrienſis*, Me„ moriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes, „ quibus expedit Univerſis. Quod Admodum Reverendus „ Dominus Ferdinandus Lew, Plebanus Munkacsienſis „ noſtram perſonaliter veniens, in præſentiam exhibuerit, „ & præſentaverit nobis certas, quasdam literas piæ me„ moriæ condum Joannis Corvini de Hunyad, Sclavoniæ,

„ Opaviæ, Liptovíæque Ducis &c. confirmationales, ſeu
„ collationales ratione certarum Decimarum ad Plebaniam
„ Munkacsienſem ſpectantium, petens nos debita cum In-
„ ſtantia, ut easdem literas, licet quidem *absque ſigillo*
„ pendente, nihilominus tamen ſigilli loco apparentes, de
„ verbo ad verbum transſcribi, Prothocoloque noſtro in-
„ ſeri, & in tranſumpto literarum noſtrarum, ſub ſigillo
„ noſtro Capitulari uſitato, & authentico extradare velle-
„ mus. Quarum quidem literarum tenor ſequitur in hunc
„ modum:

„ *Nos Joannes Corvinus de Hunyad*, Sclavoniæ, Opa-
„ viæ, Liptoviæque Dux &c. Memoriæ commendamus
„ tenore præſentium ſignificantes, quibus expedit Univer-
„ ſis, quod cum nos æſtate proxima in Caſtro noſtro
„ Szoklos conſtituti fuiſſemus, venit coram nobis honora-
„ bilis Joannes Epiſcopus Ruthenus, Ritum Græcorum
„ tenens, in Clauſtro S. Nicolai ſupra Oppidum noſtrum
„ Munkács fundato degens, exhibuitque nobis quasdam
„ ſex literas, unas Illuſtriſsimi condam Theodoriti Ducis
„ Podoliæ conſcriptas. Alteras Deſpoti magni Raſciano-
„ rum Idiomate confectas, 3tias Avi noſtri Joannis de
„ Hunyad Gubernatoris, olim Regni Hungariæ, quartas
„ & quintas Genitoris mei chariſsimi Sereniſsimi Princi-
„ pis Domini Mathiæ, Hungariæ, Bohemiæ &c. Regis.
„ Sextas autem Conventus Eccleſiæ S. Crucis de Leleſz,
„ penes quas Idem Joannes Epiſcopus Ruthenus curavit
„ nobis ſupplicari, ut quasdam Decimas vinorum de Pro-
„ monthorio Levaska, item frugum, & bladorum de me-

„ dio

„ dio Jobbadiorum noſtrorum in Oroſzvégh, & Oppido
„ Munkacs commorantium provenientes, ac ſeptem por-
„ cos de Incolis Oroſzvégh eidem faceremus reddere, &
„ reſtituere, ad cujus ſupplicationem animum noſtrum cum
„ inclinaſſemus, & literas prænotatas perſpicacius intuiti
„ fuiſſemus, feciſſemusque cum Secretario, & Conſiliariis
„ noſtris perſpicere, viſum nobis fuit, una cum eisdem
„ originales literas Illuſtris videlicet Theodorici Ducis
„ falſe, & inique confectas fuiſſe. Proinde quia animus
„ noſter erat Caſtrum noſtrum Munkacs proxime viſitare,
„ diſtulimus in adventum noſtrum ad Caſtrum memoratum
„ Munkacs negotium hoc terminandum. Ubi cum jamjam
„ adventaſſemus, rurſum denuo præfatus Joannes Epiſco-
„ pus Ruthenus, præſentiam noſtram adveniens ſupplica-
„ vit, quatenus literas memoratas eidem confirmare, &
„ proventus annotatos eidem adminiſtrari facere dignare-
„ mur. Ex oppoſito adſtitit nobis honorabilis Dionyſius,
„ artium liberalium Magiſter, Eccleſiæ S. Martini Epiſco-
„ pi Confeſſoris, in Oppido Munkács fundatæ Plebanus
„ proponens, qualiter ſæpefatus Joannes Epiſcopus Ruthe-
„ nus falſis literis mediantibus Jura Plebaniæ ſuæ dirimere
„ molitus ſit, quomodoque prædeceſſor ejusdem Epiſcopi
„ Lucas Presbyter in dicto Clauſtro S. Nicolai olim com-
„ morans, ab Avo, & Genitore noſtris chariſsimis falſe, &
„ iniquiſsime literas impetraſſet, allegans inſuper, quoniam
„ indignum, & Sanctorum Patrum ſancitis contrarium fo-
„ ret, ut Chriſtiani ſuas Decimas Schismaticis dare debe-
„ rent, advenientes præterea coram nobis Populi, & Jobba-

 „ gio-

„ giones noſtri Chriſtiani, qui hujusmodi Decimis obligan-
„ tur, enixius nos exorando, quatenus dignaremur annuere
„ Decimas eorum, non Schismaticis, ſed Plebano ipſorum
„ prout Illuſtris Domina Eliſabetha, Avia noſtra, & Geni-
„ tor noſter Rex chariſsimi jam prius ſtatuiſſent. Itaque
„ inter tot propoſitiones, & allegationes, vires literarum
„ perſpicacius nos intendere volentes, cum his doctis viris,
„ qui ad latus noſtrum communiter adhærebant literas præ-
„ notatas per dictum Joannem Epiſcopum exhibitas, dili-
„ gentiſsime cum cura, & ſtudio juſsimus perſpicere, &
„ pro evidentiore cauſa fecimus inquirere veteres literas
„ prænotati D. Ducis Theodorici inveſtigando, ſi his lite-
„ ris, quas jam fatus Joannes Epiſcopus exhibuit, reſpon-
„ derent, cumque unæ literæ dicti Domini Ducis per Re-
„ ctorem hoſpitalis Dominicum de Thur in Szaſz commo-
„ rantem oblatæ fuiſſent, vidimus & cognovimus ulla in
„ parte literis his per Epiſcopum exhibitis reſpondere, &
„ titulum, & ſigillum longe diverſum fore, inſuper, per alia
„ plurima documenta cognovimus, eas ipſas literas nomine
„ dicti Theodorici Ducis ſæpe dicto Clauſtro confectas, &
„ Joannem Epiſcopum exhibitas, falſas, iniquas, & viri-
„ bus carituras eſſe, quia etiam cognovimus apertiſsime
„ pargamenum pollitum, & priorem ſcripturam de eo de-
„ letam eſſe, & per conſequens alias omnes literas ratione
„ ejusdem, & dictis Dominis Deſpoto Joanne, Guberna-
„ tore Avo, & Rege Mathia Genitore noſtris chariſsimis,
„ ac Conventus Sancte Crucis de Leleſz, ac etiam per
„ nos datas indebite, & injuſte fuiſſe extenſas, quas qui-

„ dem

„ dem ſex literas ſimiliter, & noſtras prius prætextu rei
„ hujuscemodi datas ſuadente Juſtitia, & Juris æquitate
„ caſſavimus, caſſamusque & viribus deſtitutas eſſe cenſe-
„ mus, præſentium per vigorem, cumque dictus Joannes
„ Epiſcopus Ruthenus, cognoviſſet literas ſuas falſas, &
„ iniquas eſſe, ultro & ſponte renunciavit Decimis vinorum,
„ bla ' ,rum, & frugum de Promonthorio Levaska, & à
„ Joboadionibus Oppidi noſtri Munkacs & Oroſzvégh
„ chriſtianis ſcilicet Clauſtro ſuo provenientibus, & prove-
„ nire debentibus, profitens, ut dictus Dionyſius Plebanus,
„ & ſui Succeſſores, perpetuo percipere poſſent, nec hoc
„ prætermittendo, ut de Ruthenis, & ab aliis, qui Ritum
„ colunt Græcorum Decimas vinorum, & bladorum de
„ Promonthorio Levaska, & item ratione ſeptem porcorum
„ de medio Jobbagionum noſtrorum in Oroſzvégh commo-
„ rantium, præfato Clauſtro S. Nicolai, ante tempora dari
„ ſolitorum, idem Dionyſius Plebanus, & Joannes Epiſcopus
„ in hujusmodi devener. ordinem unionem. Utque in dicta
„ Oroſzvégh Chriſtiani, & Schismatici mixtim morant.
„ porci eorundem Incolarum annuatim denumerentur, & ſi
„ Chriſtiani numero plures porcos habuerint, quatuor por-
„ ci Dionyſio Plebano, & ſuis Succeſſoribus cedant, & tunc
„ Joanni Epiſcopo, & ſuis Succeſſoribus tres porci veniant;
„ ſi vero horum, qui Ritum Græcorum tenent, plures por-
„ ci inveniuntur, Joannes Epiſcopus & ſui Succeſſores Ru-
„ theni quatuor eligant porcos, Dionyſio vero Plebano, &
„ ſuis Succeſſoribus tali ſtante caſu tres porci deſignentur.
„ In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam præ-

„ ſentes literas noſtras majoris ſigilli noſtri appreſsione „ communitas commemorato Dionyſio Plebano, ſuisque „ Succeſſoribus Univerſis duximus concedendas. Datum „ in Caſtro noſtro Munkács, in feſto Dorotheæ, Virginis „ &Martyris, Anno Domini 1493.

„ Nos itaque juſtis, & legitimis ejusdem petitionibus „ exauditis, pariter, & admiſsis, easdem literas confir„ mationales, ſeu ceſsionales nobis modo præmiſſo exhi„ bitas de verbo ad verbum diminutione, & augmento, „ absque omni tranſcribi, præſentibusque inſeri facientes „ in tranſumpto literarum noſtrorum Jurium ejusdem, Suc„ ceſſorumque ſuorum futura pro cautela neceſſarias, ſub „ ſigillo noſtro Capitulari uſitato, & authentico extradan„ das eſſe duximus, & concedendas, communi ſuadente „ Juſtitia. Georgio Foglar, Cantore, Gregorio Lorger, „ Præpoſito B. V. M. de Caſtro Agrienſi, ſigilli noſtri au„ thentici conſervatoribus, Fratribus & Concanonicis noſtris „ exiſtentibus, & conſtitutis. Datum Agriæ, die 19. menſis „ Septembris, Anno Domini Milleſimo, ſeptingenteſimo, „ vigeſimo quinto. (L. S.)

Lecta, & correcta in vocibus Munkacs pag. 1. item Eccleſiæ pag. 2. per me Joannem Kiſs, Lectorem Agrienſem. m. p.

„ Præſentem copiam cum ſuo vero originali collatam „ in omnibus punctis, & clauſulis conformem eſſe hisce „ atteſtor. Signatum Munkacs, die 7. menſis Februarii, „ Anno 1734. *Melchior Klobuſiczky* de eadem, I. Comita„ tus de Beregh Ord. Juratus Notarius m. p. (L. S.)

§ III.

§ III. Prælaudatum itaque Capitulum recognofcat, atque fatetur literas præinfertas effe absque figillo, & confequenter easdem nullum robur, nullas vires, nullam authentiam habere poffe. Unde enim hæc ipfis tribui poffent, an à fcriptura illa mendofa? aut vero à pargameno vetufto? & ideo ab Anno 1493. quo emanatæ afferuntur usque ad 1725. quo ad Archivum dicti Capituli illatæ funt, adeoque per 232. Annos hærebant in occulto, nunquam in publicum productæ, nunquam pro defenfione Jurium inallegatæ per tot Annorum decurfum, folus tandem inventus prælibatus Dominus Plebanus Ferdinandus Lew, qui eas tamdiu carceri mancipatas, eduxit in lucem tandem, & cur tam tarde! utique ideo, quia qui eas confinxit, non tam facile etiam figillum Ducis eisdem appendendum effingere, & effabricare poterat, nec ipfi Ferdinando Lew negotium cefsit ad votum, quia in Tranfumptionalibus fibi extradatis literis, carentia etiam non difsimulatur figilli, fed ultra adhuc procedendum, & decantati illius Privilegii contextus examinandus venit, & quidem:

§ IV. Primo afferit fictus ille Joannes Corvinus de Hunyad literas per Joannem Epifcopum fibi exhibitas diligentifsime cum cura, & ftudio fe perfpexiffe, adhibitis etiam Secretario, Confiliariis, & doctis Viris inveftigaffe, quomodo igitur poft tantam curam ftudiumque ipfum nomen Fundatoris Clauftri hujus S. Nicolai ignorare potuit? quid opus fingere fuit quemdam Theodoricum Ducem Podoliæ? inauditum, difcutiantur Archiva Regni, Pro-

tho-

thocola, Hiſtorici, nullibi tamen nomen Theodorici Ducis Podoliæ, nullibi ejusdem memoriam, aut veſtigium reperire quisquam poterit. Fundatoris vero prædicti Clauſtri, nomen Collationales, ipſæ, quæ à nomine ejusdem initium ſumunt legenti indicant.

En Exordium! *Nos Theodorus Keriatovics, Dei Gratia Dux de Munkacs* &c. proinde ſi has ſibi exhibitas legiſſet, utiquè nomen Fundatoris haud ignoraſſet. Hunyadius ille Dux, neque finxiſſet aliud nemini cognitum, fabula igitur eſt, Joannem Epiſcopum aliquando exhibuiſſe collationales literas Hunyadio Duci confirmationis gratia.

§ V. Secundo: Dicit Hunyadius ſe literas illas casſaſſe, & viribus deſtitutas declaraſſe, ex eo, quod diligenti inveſtigatione adhibita comperit ipſas eſſe falſas, iniquas, & deletis in polito pargameno literis prioribus, alias novas in eo ſcriptas eſſe, attamen Epiſcopum hunc relinquit in poſſeſſorio Bonorum ſuorum, non adimit Poſſeſsiones Boboviſtye & Lauka, non privat Monaſterio, aliis Beneficiis iniquum literarum corruptorem, & falſarum, & quæ petit, illa quoque ultro cedit, & reſolvit, condeſcenſum cum prænominato Dionyſio ad amicabilem tractatum ineundum intuitu decimarum vinorum, & frugum ex Oroſzvégh, & Levaska approbat, ſubſcribit, conditiones ſervatis ſervandis, dant annuatim Epiſcopo porcos tres, aut quatuor Rutheni, dant ſimiliter dicto Plebano Chriſtiani, quo conceſſo, & admiſſo jam Epiſcopus innocens, jam manet in uſu omnium pacifico, & hoc facit Hunyadius *ſuadente Ju-*

ſtitia,

tia, ut asserit, & *Juris æquitate* post tot, ac tantas propositiones, post tot allegationes coram doctis illis Viris, Secretario, atque Consiliariis tale deliberatum exstitit? Quid dictus Dionysius pro suis Juribus ibidem allegaverat, quod Privilegium coram hoc Judicio produxit? nullum omnino. Quid ergo? Unde ipsi hæc favorabilis sententia? Accusat, insimulat coram Duce Episcopum, exprobat qualiter ille Joaunes Ruthenus Episcopus, falsis literis mediantibus Jura Plebaniæ suæ dirimere molitus sit &c. allegans insuper, quoniam indignum, & Sanctorum Patrum sancitis contrarium foret, ut Christiani suam Decimas Schismaticis dare deberent, & populi quoque Jobbagiones nostri Christiani congregati urgebant, ut Plebano suo, non vero Schismaticis Decimas consuetas præstent.

§ VI. Contumelia itaque probra, atque iniqua accusatio Episcopi Joannis (ut ex præmissis patet) Jurium Plebaniæ coram Hunyadio fuit remonstratio, atque Privilegii productio; & illud denique allegatum, utpote: indignum, & Sanctorum Patrum sancitis contrarium, ut Christiani deberent dare Decimas Schismaticis, plane convictivum Argumentum ad dirimendam litem, ad processum illum terminandum, atque ad favorabilem decisionem, & sententiam obtinendam.

§ VII. Bone *Dionysi!* edoce quæso, quæ lex civilis? qui Canon Ecclesiasticus? quod sancitum Sanctorum Patrum? quæ vetarent reddere Jus cuique suum? quæ docerent

rent in Judicio discrimen, & acceptationem personarum esse servandam? Hanc Legem, hunc Canonem, & sancitum ejusmodi; nisi me omnia fallunt, nuspiam invenies, hinc jam responde juste vir! vel habuit Episcopus hic jus ex Oroszvégh & Levaska desumendi decimas frugum, setigerorum, & vinorum, vel non habuit? si habuit? unde illud Jus? utique ex Fundationalibus Keriatovicsianis promanans; vigore quarum, eotum Bobovische & Lauka, idem possidebat Episcopus, aliasque præterea obventiones percipiebat in eisdem præscriptas, vi ergo Fundationalium dictarum competebant ipsi etiam Decimæ frugum ex Oroszvégh, setigerorum frusta septem, & ex Promonthorio Levaska decima quoque vinorum, cur ergo bone *Dionysi!* prætendis tibi abinde dictas decimas, & setigeros dandos, ut tu loqueris, à Christianis, & Episcopo à solis Schismaticis? in collationalibus enim prænotatis discrimen ejusmodi non continetur, produc ergo Privilegium quoddam illius prætensionis? produxisses illud utique coram Duce Joanne Corvino, & nec fuisset amicabili illo Tractatu opus, quod fingis; sed quoniam defuit, ideo nec producere illud valuisti; habeo Jus, inquies, prætensionis harum Decimarum, quia indignum est, ut Christiani dent Schismaticis decimas, id quidem tu cum tibi similibus dicis, quia dicere facile est, ast non probas, neque probare vales, quandoquidem Jus suum cuique tribuendum esse nemo inficias ibit, idque omnes recognoscunt, fatenturque. Si autem Joannes Episcopus Jus illud non habuerit decimas præattactas desumendi, ergo neque amicabilis Tractatus ille vester utpote

de

de re aliena, de re non ſua juſtus eſſe poterat. Sed omitto fabulam (quam Stylus ipſe prodit) riſu potius, quam refutatione dignam, dolendum ſane! tam pretioſum opus, mercibus tam pretioſis refertum, hac adulterina ita corrumpi! Denique

§ VIII. Denique prænominatus Joannes Epiſcopus, non debuit Fundationis dictæ ſollicitare confirmationem apud Ducem illum *Joannem de Hunyad*, ſiquidem jam eotum (utpote *Theodoro Keriatovics* in ſemine ſuo deficiente) ad collationem Regiam pertineret Fundatio hæc, Rege Mathiæ in confirmationalibus pro parte Religioſi Lucæ Presbyteri emanatis id ipſum aſſerente, ac recognoſcente. Imo neque potuit amplius de hoc merito agere cum Duce illo Epiſcopus hic, utpote prævie jam per Regem Uladislaum tunc regnantem Anno nempe 1491. decretaliter in poſſeſſorium dictorum Bonorum introductus, atque confirmatus. Decretum hoc parte priore jam productum, hic etiam reproduco:

„ ULADISLAUS Dei Gratia Rex Hungariæ, & „ Bohemiæ &c. Fidelibus noſtris univerſis & ſingulis Ple- „ banis Ruthenis, ſub Jurisdictione Eccleſiæ Beati Nicolai „ Confeſſoris in Oppido Munkacs, Ritu Græcorum funda- „ tæ exiſtentibus ſalutem & gratiam, Volumus, & Fideli- „ tati veſtræ, & veſtrum cujuslibet, & præſentium ſerie „ ſtrictiſsime præcipientes, committimus, & mandamus, „ quatenus à modo deinceps Reverendo Patri Joanni Epi- „ ſcopo veſtro, ſub cujus videlicet Jurisdictione eſtis, in

„ omnibus licitis, & conſuetis, juxta antiquam conſuetudi-
„ nem, obedire & obtemperare, ipſum revereri, de uni-
„ verſisque proventibus ſuis, qui eidem de veſtri medio
„ provenire debent reſpondere, & per hos, quorum inter-
„ eſt, reſponderi facere debeatis, & teneamini: aliud non
„ facturi. Præſentibus perlectis, exhibenti reſtitutis. Da-
„ tum in ſuburbio Civitatis noſtræ Albæ Regalis, die Do-
„ minico proximo ante feſtum ad Vincula Beati Petri Apo-
„ ſtoli, Anno Domini Milleſimo, quadringenteſimo, nona-
„ geſimo primo. Regnorum noſtrorum Anno Hungariæ &c.
„ ſecundo, Bohemiæ vero vigeſimo primo.

Decretum hoc deſcriptum eſt ex tranſumptionalibus literis Venerabilis Capituli Poſonienſis, Anno 1720. extradatis.

CAPUT VIII.

§ I.

Exploſo jam, atque ad aniles fabulas relegato ſcripto illo, ſub nomine Joannis de Hunyad compilato, ſuperſunt Corollaria prælaudati Authoris exinde deducta, ad quæ reſpondendum erit ſequentibus. Itaque

Primum: Ex falſo illo ſcripto Hunyadiano deducit Author hic Comes *Batyany*, Fundationem Keriatovicsianam pro Monachis Ruthenis in monte Csernek ad Munkacs factam ſuppoſititiam eſſe, ac falſe & inique confectam. Verum ſolidis jam demonſtrationibus, & argumentis

hæc

hæc ejus novella ſententia refutata, ac veritas, atque realitas Fundationis prælibatæ oſtenſa eſt, & ſi quod adhuc ſupereſſet de hac ejusdem Fundationis dubium, conſulatur dictum Poſonienſe, pariter, & Agrienſe Archivum, in quorum primo Originales Theodori Keriatovics collationales, & Regis Mathiæ cōnfirmatoriæ literæ, & in ſecundo, id eſt Agrienſi Diploma Leopoldum de præſenti aſſervantur.

Secundum : Aſſerit idem Author, Ducatum Munkacsienſem eſſe indicium impoſturæ, quandoquidem Joannes Hunyadius eum Ducem Podoliæ nominet, ad quod reponendum habeo; etiamſi ſcriptum illud haberet rationem veri Hunyadianum ſcilicet, ex eo tamen, quod *Hunyadius* ille prælibatum *Theodorum*, vel potius *Theodoricum* nominet Ducem Podoliæ, minime ſequi Ducatum Munkacsienſem eſſe inditium impoſturæ; fuit enim tam Podoliæ, quam Munkacsienſis Dux Fundator hic *Theodorus Keriatovics ;* Hic enim referentibns Rerum Lithvanarum Scriptoribus, atque Hiſtoriographis, poſt fata Patris ſui *Koriathi*, Principis Novogrodenſis, in Lithvania Princeps, ac Succeſſor in hoc Principatu renunciatus erat. Interea ſub Ducibus Alexandro, & Conſtantino ejusdem Germanis Fratribus manſit Podolia, rurſum poſt deceſſum Fratrum utpote *Alexandri*, *Konſtantini*, & *Georgii*, Provinciarum omnium per Olgerdum (Patruum ejusdem) aquiſitarum: unus in Podolia Dux Theodorus factus fuerat.

Kajalovics pag. 290.

idem pag. 393.

Animadvertendum etiam id quoque, quod Ducibus Lithvaniæ hactenus in Gentiliſmo exiſtentibus, Primus *Koriathus* cum ſuis Fratribus ejurato Gentiliſmo Chriſtianam, Ritu

Græco, amplexus eſt Religionem, atque eas tam fuiſſe ſui Ritus tenaces, ut *Conſtantinus* Frater *Theodori Koriathovics* ſceptro Poloniarum, ad quod ſuſcipiendum invitabatur, renunciare potius, quam ſuo Ritui Græco maluerit, inter cæteros refert *Kojalovits* pag. 303.

§ II. Poſt hæc Princeps hic Novogrodenſis, & Dux Podoliæ, novis Provinciis auctus, atque potentior effectus, Arcibusque Podoliæ rite munitis Imperia Patrui ſui Olgerdi cœpit aſpernari, ac ſubjectionem prætenſam denegare eidem. Facto hoc Olgerdum irritatus nepotem rebellem bello petiit.

Kojalovics ut ſupra pag. 303.

Theodorus demum rebus ſuis magis conſulturus, huc in Hungariam ad *Carolum* Regem, ab eo adverſus hoſtem Patruum ſuppetias petiturus venerat, Anno Domini Milleſimo, tercenteſimo, trigeſimo nono, referente *Stricovio* folio 500. *Kojalovicsio* pag. 303. *Okolskio* pagina 541.

§ III. Interea *Theodoro Koriathovits* abſente neque reditum cum auxiliaribus copiis admaturante; *Olgerdus* Podoliæ Arces, & Propugnacula partim vi, partim vero deditione occupaverat, militibus ferro deletis. His itaque adverſis fatis deluſus *Theodorus Keriathovits* Munkacsini ſedem fixerat perpetuam, ſub *Carolo I.* ut præmiſſum eſt, Rege Hungariæ, & ſub *Ludovico* ejusdem Succeſſore, qui ſimul erat quoque Rex Poloniæ, ſub quo demum Rege *Theodorum* hunc, vel ejus Succeſſorem recepiſſe Ducatum Podoliæ, ex Cromero deducitur non obſcure. *Podoliæ in-*

Cromerus Lib. 15.

quit

quit Ungaros Rex Ludovicus præfecit — — & exſtant in *Archivo Regio binæ literæ Theodori Ducis Podoliæ*, ac *Domini* de *Munkacsio*, *quæ Arx eſt in Hungaria.* &c.

Szent Ivanyi quoque *Theodori* Ducis adventus in Hungariam meminit, aſſeritque *Theodorum Koriathovits*, ſeu Quæriatovics temporibus *Caroli* & *Ludovici* Regis *Munkacsinum* foſſa circumdediſſe, & inſtar Arcis muniviſſe; huic Arci ſua quoque ætate ſat ampla adhuc Bona adnexa fuiſſe, à *Carolo* Rege *Theodoro* Duci huic conceſſa. Verum proinde, non autem ſuppoſititium (ſicut putat prælibatus Comes *Batyanyi*) *P. Nicolaus Schmidt* produxit Diploma exhibens Ducatum Munkacsienſem cum tercentis pagis Duci huic collatis.

Szent. Ivany fol. 139

Nicolaus Schmidt Tom. I.

§ IV. In tertio Corollario ex falſo prælibato ſcripto deducto, dicit toties fatus Author, Schmidtium gratis omnino ſe torquere, *an Dux ille Munkacsienſis Unitus fuerit cum Eccleſia Romana, non habet ubi pedem figat, neque ſcio*, ait *cur debeat fuiſſe Græci Ritus* &c.

Ad id dico Ducem hunc *Theodorum* Ruthenis Sacris ſeu Græco Ritui addictum fuiſſe, eundemque conſtanter obſervaſſe, ex jam ſuperius dictis conſtare. Gediminus namque ejusdem Avus ethnicis ſuperſtitionibus deditus, Religionem Chriſtianam adverſabatur ad mortem usque, eſto ad Sacra Chriſtiana per Legatos Summi Pontificis *Joannis XXII* invitabatur, ut refert *Kojalovits* pagina 272. Partis primæ hoc modo: „ *Frigericus* Rigenſis Præſul ſeu „ ob ſuppeditata ſæpius auxilia privatim Gedimino obno-

Albert Kojalov. part. I. pag. 272.

xius,

„ xius, ſeu afflictæ bellis Livoniæ miſertus, inter Livoni-
„ cos, Ordines, & Litvaniam perpetua ſtabilire fœdera
„ nitebatur. Adhibita eſt in eam rem Summi Pontificis
„ Joannis, eo nomine vigeſimi ſecundi, authoritas: tum ut
„ Livones ſupremæ poteſtatis authoritate ad pacis conſilia
„ cogeret, tum ut Litvaniam honorificæ Legationis officio
„ ad Sacra Chriſtiana pertraheret. Actum eſt utrinque
„ gnaviter per Legatos Bartholomæum Epiſcopum ele-
„ ctuenſem, & Bernardum Abbatem Divi Theopredi. Ve-
„ rum Gediminus tam à ſacris, quam à fœderibus Chriſtia-
„ nis alienior animus, ſuſceptas Conſiliorum Rationes
„ omnino confudit. Miſſus ab eo Legatus ad Publica Li-
„ voniæ Comitia, diſerte profeſſus eſt, Principi ſuo certum
„ eſſe, nunquam avita ſacra deſerere, neque fœdera ad-
„ mittere, quæ Religionis mutatione conſtaret. &c. Hæc
Kojalovits.

Kojalovics pag. 303.

„ Præfuit Litvanis *Gediminus* annis 14. tandem in
„ expugnatione Arcium Frieburg, & Bejer in Samogitia à
„ Cruciferis trajectus, Vilnamque delatus, atque in campo
„ Svinta horara nominato, ſolenni ethnicorum ritu elatus,
„ crematusque eſt.

Magni itaque Duces Litvaniæ ad illud usque tempus ethnici, ac idololatræ erant. Primi ex Ducibus Gedimini ſex filii: utpote Montividus, Narimundus, Olgerdus, Lubartus, Jawnutus, & Koriathus, (Kieyſtuto ſolo ad mortem usque Gentilismum retinente) Sacra Chriſtiana Ritu Rutheno, ſeu Græco amplexi ſunt. Et poſtmodum *Koriathi* filii: *Alexander*, *Conſtantinus*, *Georgius*, & hic (de quo

eſt

eſt ſermo) *Theodorus* cum tanto zelo hunc Ruthenum Ritum conſtanter retinuerunt, ut *Conſtantinus*, dum à *Caſimiro* Poloniæ Rege nulla habita (ex *Anna Gedimini* filia) maſcula prole, ad amplectendam coronam Regni invitaretur, præelegit retinere Ritum hunc ſuum potius, quam cum ejusdem mutatione coronam hanc Regni ſuſcipere.

Strikovius Lib. 12. cap. 4. Kojal. pag. 303.

§ V. Ex præmiſsis proinde clare patet Theodorum hunc fuiſſe Lithvanum Principem Ruthenum, atque una etiam fuiſſe verum Catholicum, & Eccleſiæ Romanæ addictiſsimum, & à Latinis ſolo Ritu, non autem alienum animo, aut dogmate indubitatum eſt. Etenim inter cætera obſervantiæ Religionis Catholicæ monumenta, eſt Fundatio illa in Oppido Bereghſzaz, pro hoſpitali utique Latino per eundem *Theodorum* Ducem facta, ſicut ergo hic in monte Csernek conſtrui curavit dotavitque Monaſterium pro Monachis Ruthenis, qua Ruthenus, ſepulchrum ſuum in eodem collocari fecit, pro refrigerio animæ ſuæ, ita qua verus Catholicus, ac Eccleſiæ Romanæ conjunctiſsimus pariter pro refrigerio animæ ſuæ fundaverat illud quoque hoſpitale Bereghſzaſienſe. Non ergo Schismaticus, non oſor Latinorum, non dogmate, aut animo ab illis diverſus ac alienus Theodorus Dux fuerat, alias pro Latinis, quos ſecus ut Schismaticus, pro Chriſtianis minime tenuiſſet, dictam Fundationem haud feciſſet, neque hanc ſuæ ſaluti (ſeu refrigerio animæ) pro futuram exiſtimaſſet.

Cæterum male ſupponit Excellentiſsimus Præſul Tranſylvanienſis ante tempora *Parthenii* Epiſcopi Ruthenam

Nationem non fuiſſe Catholicam, atque ab Eccleſia Romana per Schisma Græcorum ſemper disjunctam exſtitiſſe, antequam Unghvarini 1649. Anno, Unio Sacra feliciter transacta fuiſſet. Cum tamen recognoſcat, atque ipſemet fateatur, Sanctum Stephanum Regem pro Monialibus Græci Ritus Ordinis S. Baſilii egregiam feciſſe Fundationem, utique non pro Schismaticis Monialibus, ſed Græcis Catholicis, idque contigit, ſub initio ſæculi undecimi, ſiquidem S. Stephanus cœpit regnare Anno 1000. ac deſiit 1038. itaque tempore illo Ruthena Natio non Schismatica, verum Catholica exſtitit, ac etiam tempore *Theodori Keriatovics* in eadem Religione exſtitiſſe dictam Nationem innegabile eſt Juvat hic reproducere Decretum *Leopoldi* Imperatoris pro Epiſcopo Parthenio ad Cameram Regiam ſonans, ac Anno 1660. emanatum:

„NOS LEOPOLDUS Dei Gratia electus Ro-
„manorum Imperator &c. &c. Hungariæ &c. Rex. Ma-
„gnifice, Egregii, Fideles nobis Dilecti. Ex Relatione
„Fidelis noſtri, nobis ſincere dilecti Archi-Epiſcopi Stri-
„gonienſis (Georgii Lippai) intelligimus in Comitatu de
„Beregh ſuperiorum Regni noſtri Hungariæ Partium, in
„Munkacs, ſeu Bonis proxime ei adjacentibus exſtare Mo-
„naſterium Ordinis Sancti Baſilii, à piis Principibus, &
„Regibus Hungariæ ante aliquot centenos Annos funda-
„tum, Decimis, Colonis, aliisque obventionibus ſufficien-
„ter proviſum, ac dotatum, ita ut ibi Epiſcopus Græci
„Ritus, ex Ordine Baſilianorum Catholicæ Romanæ Ec-
„cleſiæ Unitorum reſideret, Epiſcopum ageret, Jurisdictio-

nem

„ nem in Sacerdotes, & populum Græci Ritus exerceret, „ Sacramenta eisdem adminiſtraret, de quibus omnibus „ literæ Fundationales, & Originales, ac Donationales „ præ manibus dicti Archi-Epiſcopi haberentur de facto. „ Quem quidem Epiſcopum (uti informamur) poſtquam „ in manus Schismaticorum taliter qualiter deveniſſet, ex „ electione ejusdem Profeſsionis Sacerdotum Ruthenorum „ conferre uſurpaverat defunctus ſenior Princeps Rakoczy, „ & poſt ejus deceſſum relicta ejus Vidua Principiſſa; quin „ imo proximis non ita diu evolutis temporibus, & Annis, „ Monaſterium ipſum dictis Religioſis auferre, aut vacuum „ habitatoribus reddere, Bonaque & obventiones Epiſco- „ patus ſibi uſurbare prætacta Principiſſa Vidua non dubi- „ taverit. Quod cum æquitati, Juribusque Divinis, & „ humanis adverſetur, Nos authoritate noſtra Regia, quam „ in omnes Epiſcopatus, & eorum collationes in hoc Re- „ gno exercere dignoſcimur, prædictum Epiſcopum Mun- „ kacsienſem Reverendo Petro Parthenio, Catholico Unito, „ à ſede Apoſtolica confirmato, & legitime conſecrato „ Ritus Græci Epiſcopo, Ordinis Sancti Baſilii Religioſo „ benigne contulimus, prout ex incluſis Donationum pari- „ bus demiſſe intellecturi eſtis. Nec deſiſtere ulterius quo- „ que intendimus, ſed quibusvis opportunis modis, Epi- „ ſcopatum, & Monaſterium prædictum ſuo priori ſtatui „ juxta Fundationem primævam reſtituere, & reponere „ conſtitutum habemus. Quare benigne volumus, præci- „ pimusque vobis, ac mandamus, ut quantocius quempiam „ ex Conſiliariis Cameræ noſtræ ſuperioris Hungariæ ad

„ prædictam Principiſſam Viduam cum Donationalibus
„ ipſis literis, ac eorum paribus expedire non intermitta-
„ tis, qui memoratum Parthenium inſtallare in prædicto
„ Epiſcopatu, Monaſterio æque & pertinentiis noverit, ac
„ debeat. Ipſamque Principiſſam capacem omnino reddat,
„ & noſtro Nomine admoneat, ne ſe opponere velit, aut
„ ſalutare propoſitum noſtrum impedire, tanto magis, cum
„ jam plus, quam quadringenti Sacerdotes Ritus Græci in
„ tractu illo habitantes, & ad Jurisdictionem alias dicti
„ Epiſcopi pertinentes eundem Parthenium elegerint, & ſe
„ illi ſubjecerint. Quin imo etiam reſidui pauciores, qui
„ ſupererant Sacerdotes (uti informamur) neutiquam alium
„ Epiſcopum eligere velint, ſed huic ſeſe ſubmittere, ac
„ ſubjacere. Executuri in eo benignam, & ſeriam volun-
„ tatem noſtram. In reliquo Gratia & Clementia noſtra
„ Cæſarea & Regia, vobis benigne propenſi manemus.
„ Datum in Civitate noſtra Vienna Auſtriæ, die decima
„ quarta menſis Januarii, Anno Domini Milleſimo, ſexcen-
„ teſimo, ſexageſimo. Leopoldus m. p. Georgius Szelep-
„ cseny, Archi-Epiſcopus Coloczenſis. m. p. Andreas Rut-
„ kay. m. p.

„ Præſentem copiam cum ſuo originali collatam,
„ comportatam, eidemque per omnia conformem eſſe, te-
„ ſtor infraſcriptus. Poſonii 23. Maji 1764. *Georgius Rudol-*
„ *phus Ribics*, Conſiliarius, & Archivi Regio Cameralis
„ Director. m. p. (L. S.)

§ VI. Ex prælaudato Decreto Reflexiones occurrunt ſequentes: I. Ex relatione ac informatione Archi-Epiſco-

pi

pi Strigonienſis *Georgii Lippai* adeo fide digna, ac proinde omni Exceptione Majori Imperator hic piæ memoriæ Leopoldus I. aſſerit exiſtens Monaſterium Ordinis Sancti Baſilii, ab antiquo (ante aliquot centenos Annos) à piis Principibus & Regibus fundatum eſſe, Decimis, Colonis, aliisque obventionibus ſufficienter proviſum. Quinam ſunt illi pii Principes, qui fundarunt Monaſterium illud Decimis, Colonis, aliisque proviſum? utique Princeps, & Dux *Theodorus Keriatovics*, & conſequenter ejusdem Filii ac poſteritas hanc Fundationem ratificantes, neque alter quispiam oſtendi, vel fingi poteſt, Monaſterii illius Fundator, & præſertim cum dicat Archi-Epiſcopus ille, ſe præmanibus literis ipſas Fundationales, & Originales ac Donationales defacto habere, veras & genuinas, non confictas, non abraſas, non ſuſpectas, has ipſas, quæ in Poſonienſi aſſervantur Archivo, ac Monaſterio illi in Tranſumptionalibus authenticis extradatas, atque in Diplomate Leopoldino earundem confirmatorio contentas, quæ non alium quempiam præferunt Principem, ſed ipſum *Theodorum Keriatovics*. Hic ergo eſt Pius ille Princeps, Fundator Monaſterii Ordinis S. Baſilii ad Munkacs. Pius indubie igitur Catholicus, neque enim qui Catholicus non eſt, ac conſequenter nec Chriſtianus, titulum, nomenque pii meretur.

II. Aſſerit reſidere in dicto Monaſterio Epiſcopum Ritus Græci ex Ordine Baſilianorum Catholicæ Romanæ Eccleſiæ Unitorum. Uniti ergo erant Monachi Ordinis Sancti Baſilii antea ſemper, & pro Monachis, ut unitis, ut Catholicis Ruthenis Græcum Ritum tenentibus Mona-

ſterium iſthoc *Theodorus Keriatovics*, & ipſe Catholicus conſtruxit, fundavit, dotavitque.

III. Aſſerit *Leopoldus* Epiſcopum ex dicto Ordine Catholico & Unito electum ibidem reſidentem, Jurisdictionem in Sacerdotes, & populum Græci Ritus exercere &c. exinde ergo clarum eſt, & Clerum, & populum Græci Ritus Ruthenum, cum Epiſcopo & Monachis, omnes fuiſſe Catholicos. Sed

IV. poſtquam in manus Schismaticorum taliter qualiter (Epiſcopatus, & Monaſterium) deveniſſet, ex Electione ejusdem Profeſsionis Sucerdotum Ruthenorum conferre uſurpaverat defunctus ſenior Princeps *Rakoczy*, & poſt ejus deceſſum relicta ejus Vidua Principiſſa; aſſerit itaque prænominatus Imperator, ſucceſsive & tardiſsime, & plane temporibus Principum Tranſylvaniæ; fato quodam Schismaticos invaſiſſe Monaſterium Epiſcopatumque Munkacsienſem, & per dictos Principes denominatos, & intruſos fuiſſe Epiſcopos Schismaticos, cum magno præjudicio derogamineque Regiæ Majeſtatis, & damno Catholicæ Eccleſiæ ac Religioſorum Unitorum manifeſto. Denique

V. Quod cum id æquitati Juribusque divinis, & humanis adverſetur ait, Nos Authoritate noſtra Regia, quibusvis opportunis modis, Epiſcopatum, & Monaſterium prædictum ſuo priori ſtatui, juxta primævam Fundationem reſtituere, & reponere conſtitutum habemus. Quod reipſa etiam effective præſtare dignatus eſt Clementiſsimus, & æterna memoria dignus Imperator hic *Leopoldus I.* Dum juxta primævam illam *Theodoro Keriatovicsianam* Fundatio-

dationem, & Confirmationales Mathiæ Regis Religioſos Ordinis S. Baſilii Catholicos, Benigno ſuo DIPLOMATE præattactarum Fundationalium Confirmatorio, ac Anno 1693. emanato, ad ſtatum priſtinum ſtabiliter, ac in perpetuum benigne repoſuerit.

§ VII. Habet itaque Doctiſsimus Schmidt, ubi pedem figat, dum defendit *Theodorum* hunc Ducem Munkacsienſem dicti Monaſterii Fundatorem fuiſſe Ritus Græci, ſed una etiam Catholicum, atque cum Eccleſia Romana Unitum; id quod prælaudatus *Comes Battyanyi* diſerte negat. Conſtat pariter per eundem Comitem in dubium vocatum ſtatutorium illud mandatum Mathiæ Regis ad Conventum de Leleſz, in favorem *Lucæ* Presbyteri Religioſi emanatum, ac Anno 1458 datum, omnino verum eſſe, quod *Clariſsimus Pray in Hierarchiæ Eccleſiæ Hungar.* genuine refert pagina 379. idque Comes idem Battyanyi in ſuo Corollario 4to ſuo more critiſat, & quia ſuæ novellæ ſententiæ nimium adverſatur, illud pariter explodit, & pro ſuppoſititio tenet, ficto illo ut dictum Hunyadiano ſcripto deceptus Vir cæteroquin ſincerus, ac recti cordis Præſul Excellentiſsimus.

§ VIII. Demum in 5to Corollario, & 6to idem Præſul contendit ſeriem Epiſcoporum Munkacsienſium per *Clariſs. Pray in Hierarchia Hungarica* contextam locum non mereri, cauſam dat, atque aſsignat utpote: Cum Joannes Lucæ Presbyteri Succeſſor immediatus, primus fuerit Epi-

ſco-

ſcopus, & is ait neque Catholicus, neque Munkacsienſis, verum Ruthenus & Schismaticus. Tandem ſubjungit, à Joanne omnes usque Parthenium fuiſſe Schismaticos. &c. hæc ille.

Sed eheu! quam multos, non citatos, non auditos, non denique convictos, Innocentes condemnat ſæva hæc ſententia! ſi alicubi? hic certiſsime fallitur in hac ſua Opinione toties fatus *Comes Battyanyi:* quod ex ſupradictis jam abunde conſtat, & ex dicendis magis adhuc conſtabit.

CAPUT IX.

§ I.

Cum primis noſſe oportet Ruthenos ab antiquis Scriptoribus varie appellari, Ruſſos nimirum, Roſſos, Rhoſos, Roxanos, Roxolanos, Ruthenos, Moſcos, Moſcovitos, Kozakos, Sarmatas &c. ita *Beroſus*, *Xenophon*, *Herodotus*, *Solinus*, *Ptolomeus*, *Plinius*, *Juſtinus*, *Philo*, *Cromerus*, *Joſephus Simonius*, *Aſſemanus*. In opere ſuo *Kalend. Eccles. Univers.* Tom. IV. & &c. Illi attamen in ſuis literarum monumentis, à vocabulo *Szlava*, id eſt: Gloria Slavi dici amant. Originem ſuam à Moſoch filio Japheti ducunt, de quo *Geneſ. cap.* 10. *vers.* 2.

Joannes Georg. Stredovsky S. Morav. Hiſtor. cap. 1.

§ II. Ex his non paucos fuiſſe ad Chriſtianam Religionem converſos prædicatione S. Andreæ Apoſtoli docet *Anthologium Ruthenicum*, in quo (referente *Culcinio* Rerum

Ruſsi-

Rufsicarum peritifsimo) Synaxarium de hoc Apoftolo hæc habet die 30. Novembris : *Navigavit* (Andreas) *in Scythiam, & tandem Divina providentia perveniens in Rufsiam, accefsit ad montes Kiovienfes, dixitque fuis Sociis: Videte illos montes &c.*

Et jam illos fuiffe quarto fæculo conftantes in fide, Epiftola Synodi Antiochenæ ad Jovianum Imperatorem data, apud *Socratem Lib. 3. cap. 25.* relata demonftrat. quæ refert Rofforum Epifcopum Antipatrum nomine inter cæteros fuiffe fubfcriptum, cujus tenor fequens:

„ Sanctifsimo Deoque charifsimo Domino noftro Iviano „ Victori Augufto Concilium Epifcoporum Antiochiæ, in „ unum ex variis Provinciis convocatorum S.

„ Tuam pietatem Imperator Sanctifsime cum primis „ laborare, ut Ecclefiæ pax, & concordia ftabiliatur, nobis „ exploratum eft. Neque fumus nefcii Te fapienter con„ fideraffe, formam veræ, & Orthodoxæ Fidei ad hanc „ Concordiam confirmandam valere maxime. Idcirco, ne „ in eorum numero, qui Doctrinam veritatis adulterare „ ftudent, habeamur: vifum eft tuæ prudentiæ fignificare, „ quod fidem Sancti Concilii jam Nicææ congregati, & „ approbemus, & teneamus — — — — — — — „ Credimus in unum Deum Patrem Omnipotentem, & „ quæ fequuntur

Epifcoporum Subfcriptio.

„ Ego Meletius, Epifcopus Antiochiæ, ea, quæ fupra„ fcripta funt fateor me approbare. Ego Eufebius, Samo„ fatæ Epifcopus, eodem modo. Evagrius item Siculus,

K Ura-

„ Uranius Apameæ: Larizeorum Zoilus: Acacius Cæfa-
„ reæ: Antipater Rofsienfis &c. &c. &c. — —

§ III. Referente *Papebrochio* ad diem 9. Martii SS. Cyrillus, & Methodius ad Rufsiam exmifsi Anno 867. per S. Ignatium Patriarcham Conftantinopolitanum, Gente illa ad Chrifti fidem feliciter converfa, abinde rurfus Conftantinopolim redierunt; poftmodum ad preces Ratislai Moraviæ Principis in Pannoniam venerunt, & hic Slavis, Bulgaris, Serbis, Rufsis & Moravis, cum optato fucceffu Evangelium prædicarunt.

Stredovsky S. Morav. Hift. pag. 217. vers ultimo.

§ IV. His Nationibus ad Chriftum converfis literas novas à fe inventas (quas hodiedum Cyrillicos characteres vocant) tradiderunt Slavorum Apoftoli hi, quibus etiam de præfenti omnes hæ utuntur Nationes, quæ Ritu Græco, Slavonico idiomate Sacrificium Miffæ celebrare, Sacramenta adminiftrare, & reliqua Divina more Orientalium peragere folent, Mos hic confervatur in Servia, Bosnia, Bulgaria, Rafcia, Moldavia, Valachia, Rufsia, Mofcoviaque, & fparfim hic in Hungaria, ubi Natio exiftit Ruthena, atque Valachca. In Dalmatia, vero Croatia, Carniolia, ac Iftria communiores erant S. Hieronymi, vulgo Glagolitici, & Bukovici nuncupati characteres.

Strekovsky S. Hift. Morav. c. 6. pag. 215.

§ V. Prænominati Viri Apoftolici propter introductum ad dictas Nationes converfas Ritum Græco-Slavonicum delati Romam, ad Pontificem Nicolaum I. citantur facti fui rationem daturi, ubi redarguebantur, quod contra

Sta-

Statuta Canonum auſi ſint, non Græca ſive Latina, ſed Slavonica lingua Miſſarum ſolennia inſtituere, & canere.

Repoſuit Cyrillus: Dicitur (Pſal. 150.) omnis Spiritus laudet Dominum — — Cur ergo nos, Patres electi prohibetis Miſſarum Solennitatem modulari Slavonice? — — Cernentes populum duræ cervicis fore, & omnino idiotas, & ignaros viarum Dei, ſolum hoc ingenium almiflua Spiritus Sancti gratia noſtris cordibus inſpirante, comperimus, per quod etiam multos illi aquiſivimus. Quapropter ignoſcite nobis Patres, & Domini, ſiquidem & B. Paulus Doctor Gentium in I. Epiſt. ad Corinth. 14. cap. juſsit: loqui linguis nolite prohibere. Quod ſi ita eſt, cur & noſtri Slavoni non deberent ſua lingua laudare Dominum.

Stredov. pag. 257. S. Hiſt. Mor. c. 12

De qua re dum adhuc in Sacro Senatu diſceptaretur, non paucis Contradicentibus „ Deus ipſe æquam ipſorum petitionem oſtenſurus, Divino ſuo reſponſo, petita approbaverat, dum eo Auctore in medio ignota vox, tanquam de cœlo miſſa intonuit: *Omnis Spiritus laudet Dominum, & omnis Lingua confiteatur ei.*

Quo audito Papa *Nicolaus I.* authoritate ſua confirmavit Slavonicam hanc Miſſæ Sacrificii, ac reliquorum Divinorum ſolennitatem, ac celebrationem; qua conſtanter utuntur Rutheni Græcum Ritum obſervantes.

§ VI. Hæc eſt illa Natio (loquitur *Joſephus Simonius Aſſemanus*) „ Quæ ab exilibus principiis orta, in validiſsimam Nationem excreſcens late circumquaque vicinos „ Orientis, & Occidentis populos in jus ſuum ita traduxit, „ ut

Strik. Jos. Simonius Aſſemanus Kalendaria Univ. Eccleſiæ

Tom. 4. in Epiſtola Dedicat. ad Benedictum XIV. Pontific.

„ ut primæva illa feritate ad meliorem cultum translatâ
„ Græcam Latinamque Eccleſiam toto Orbe diffuſam in
„ ſe una videatur complecti.

„ Quis enim putaſſet è media inter Volgam, & Bo-
„ riſtenem vaſtiſsima illa Hyperborea regione, quam Scy-
„ thiam Veteres appellant, denſiſsimis quondam non mi-
„ nus ethnicæ ſuperſtitionis, quam barbaricæ feritatis te-
„ nebris Gentem poſt tot Sæcula involutam, ſurrecturam,
„ quæ dum in penitiores Bizantini, atque Germanici Im-
„ perii partes invadens, eas deletis, aut in captivitatem
„ abductis Incolis occupat, adſpirante demum Divini Nu-
„ minis gratia inveteratam ævo, armorumque potentia
„ ſuffultam ſuperſtitionem, excuteret, everteret, deleret, &
„ quam prius totis viribus exagitabat, Chriſtianæ Religioni
„ colla ſubmitteret? Nimirum ut tantæ molis conatus non
„ in irritum cederet, ſed felicem ſortiretur effectum (ut id
„ de Slavis dicam, quod in ſacris literis *Genes. cap.* 12.
„ de Abrahamo Hebræorum Patriarcha ſcriptum legitur)
„ neceſſe fuit egredi Slavos de terra ſua, & de cognatione
„ ſua, & de Domo Patrum ſuorum, & venire in terram,
„ quam Deus illis præparaverat, ut vero faceret illos
„ Deus in gentem magnam, & benediceret eis, & magni-
„ ficaret Nomen eorum; in id Tui Sanctiſsime Pater, De-
„ ceſſore ſummi Pontifices Nicolaus, Hadrianus, Joannes,
„ Innocentius, aliique operam ſuam, ſtudiumque impende-
„ runt; qui miſsis doctrina, ac pietate præſtantiſsimis Le-
„ gatis, ſcriptisque nervoſiſsimis Epiſtolis, Orthodoxa illos
„ fide imbuendos curarunt, ſimulque ut Patrio, id eſt:

„ Sla-

„ Slavonico ſermone in Divinis celebrandis, uti poſſent „ benigne conceſſerunt. — — — — — — — — „ debent quippe Slavi tibi, quod de illis non minus, quam „ reliqui Deceſſores tui optime meruiſti, ſive enim Græcum „ Ritum Ruſsia, & Polonia; ſive Latinum in Illirico, „ & Dalmatia colunt, uberrime in utrosque Apoſtolicæ „ providentiæ, ac benevolentiæ tuæ argumenta exhibui- „ ſtis. — — — Latinis quoque Presbyteris Apoſtolicas Bullarium „ Miſsiones per Ruſsiam Polonicam exercentibus, aliis- Tom. 3. „ que Sacerdotibus, in montibus Pokutiæ, in Podolia, in „ vaſtiſsimis Ukrainæ regionibus, & in univerſa fere Rus- „ ſia Alba nuncupata degentibus, ubi frequentes quidem „ ſunt Ruthenorum Unitorum Eccleſiæ; rariſsime vero „ Latini Ritus, per Apoſtolica ſcripta providiſti, ut ipſi, „ & eorum quilibet in Eccleſiis Ruthenorum Unitorum „ deſicientibus lapideis Altarium Tabulis rite conſecratis, „ ſuper Sacris eorundem Ruthenorum Antimenſiis Miſſa- „ rum Solennia celebrare, — — libere, & licite poſſent: „ — — Sacerdotes Rutheni quoque in Eccleſiis Catholi- „ corum Latini Ritus Altaribus, Calicibus &c. eorundem „ uti, & Miſſam celebrare poſsint, dummodo Ritu Rutheno „ celebrent &c. è contrario, Sacerdotes Ritus Latini in „ Eccleſiis Ruthenorum non Schismaticorum Altaribus, „ & Calicibus ac Veſtibus Sacris uti, & Miſſam celebrare „ valeant, Ritu tamen Latino. — — — — —

§ VII. Gentem Ruthenam cum Slavis, Bulgaris, Serbis, jam ante ingreſſum ſeptem Ducum Scytharum in

 Pan-

Pannoniam, partes Pannoniæ inhabitaſſe, atque ſuos Epiſcopos habuiſſe ex paragrapho III. patet. „ Hosque proinde Ruthenos, qui ex Ladomeria, & Gallicia cum „ ſeptem Scytharum Ducibus in Pannoniam intrarunt, „ non primo adveniſſe, ſed ſuperveniſſe, ſuasque habitationes ad Limites Poloniarum (teſte *Anonymo* Scriptore „ *Belæ Regis Hungariæ Notario* Cap. 10. & 57.) pro Regni „ cuſtodia fixiſſe, atque ſucceſsive cum cæteris in Pannonia Chriſti Fidelibus ad amplectenda Sacra Hungaris „ motivo fuiſſe. Quorum Dux Bologudes, alias Buloſudes, „ Buletzo, Bulczi, & Gylas partis cujusdam Princeps „ Imperatorem Conſtantinopolitanum circa Annum 906. „ convenere, amboque baptiſati ſunt, & Arcanis Catholicæ Fidei imbuti, ac Patricia dignitate ornati, onustique „ pecuniis in ſuas ſedes rediere, abducto ſecum Hierotheo Monacho in Epiſcopum conſecrato, per Patriarcham Conſtantinopolitanum. Cujus prædicatione multi „ ad Dei cognitionem pervenere, teſte *Zonara Annalium*, „ *Tom.* 3. in Hiſtoria Conſtantini Imperatoris filii Leonis, „ item *Aſſeman* Tom. 4. *Kalend. Eccles. Univers.* pag. 18.

§ VIII. Quod tractu temporis Gens hæc Ruthena, ultra Tybiſcum atque Danubium late diffuſa, ſuas Seſsiones locaverit, paſsim teſtantur Rerum Hungaricarum Scriptores, & evincunt complura ad invicem diſsita loca ab ejusdem nomine jam *Alſo*, jam *Felsö Oroſz*, & *Oroſz Vár* nominari conſueta. Et quod Conſtans in fide Catholica usque ad tempora Cerularii Schismatis Photiani Re-

ſtau-

ſtauratoris perſtiterit, & tunc eſto per ejusdem Emiſſarios Conſtantinopolitanos, nonnihil perturbata fuiſſe dicatur, tamen in Anno 1252. iterum reunitam S. Romanæ Eccleſiæ teſtantur Belæ Hungariæ Regis ad Innocentium Pontificem datæ literæ. Atque ita ſe multum Regibus Hungariæ commendatam reddidiſſe, vel exinde liquet, quod ſub Corona Hungariæ ſuos in Ducatu Munkacsienſi Ruthenos Duces habuerit. Quorum *Theodorus Keriatovits* pro Religioſis Ruthenis, Ordinis S. Baſilii Magni Monaſterium ad Munkacs Anno 1360. fundavit, dotavitque, ut alias dictum ac remonſtratur habetur, poſtmodum

§ IX. Decedentibus Ducibus illis Ruthenis, absque hærede Jus conferendi ejusdem Fundationis Bona devolutum eſt ad Reges Hungariæ. Hinc (revoco iterum toties dicta) in Anno 1458. per Mathiam Regem prælibata, collata ſunt Bona Religioſo *Lucæ* Presbytero. Tandem ſuccesſive Joanni Epiſcopo; per Iſabellam Reginam Hilario æque Munkacsienſi Epiſcopo, per Maximilianum Regem N. Epiſcopo, Teſtantibus collationalibus præinſertis. Omnes hi, aliique per Reges Hungariæ denominati erant Catholici Epiſcopi Munkacsienſes, eſto ſubſeque disturbiorum temporibus, præſertim ſub Principibus Rakoczianis in Jura Spiritualia, & Eccleſiaſtica involantibus, Sacra Unio in Natione Ruthena turbata fuerit, quæ demum ſub Epiſcopo *Parthenio* Anno 1649. feliciter reſtabilita, atque ſtabiliter perſiſtit. Itaque

§ X. Joannes cum ſuis Succeſſoribus Epiſcopis Munkacsienſibus (paucis exceptis) omnino Catholicus fuit, &

patet

patet etiam ex ipſis Regum Decretis, in eorum favorem emanatis, ac præinſertis. Perpendantur expreſsiones in Decreto Uladislai pro dicto Joanne Epiſcopo dato: Fidelibus (inquit) noſtris univerſis & ſingulis, *Plebanis Ruthenis*, ſub Jurisdictione S. Eccleſiæ B. Nicolai &c. En Clerum Ruthenum Plebanos vocat Rex Uladislaus, non ergo erat Clerus cum ſuo Epiſcopo Joanne Schismaticus, ſed Catholicus, æque, & populus. Denique

§ XI. Ipſe etiam Venerabilis Clerus Agrienſis recognovit Clerum, & Populum Ruthenum fuiſſe Catholicum ante *Parthenium*, tempore Epiſcopi Baſilii *Taraſzovits*, cujus nomine Admodum Rev. Dominus *Stephanus Varro*, Archi-Diaconus de Heves, & Canonicus &c. coram Venerabili Capitulo fecit Proteſtationem contra Arcis Muncsienſis Capitaneum intuitu incarcerationis memorati Epiſcopi, patet ex ſequentibus literis Teſtimonialibus Venerabilis Capituli Agrienſis:

„ *Nos Capitulum Eccleſiæ Agrienſis*, memoriæ com-
„ mendamus per præſentes literas noſtras, quibus expedit
„ Univerſis. Quod Admodum Reverendus Dominus Ste-
„ phanus Varro, Archi-Diaconus de Heves, & Canonicus
„ Venerabilis Capituli Eccleſiæ Agrienſis, noſtram perſona-
„ liter veniens in præſentiam, nomine, & in perſona Re-
„ verendiſsimi Domini Baſilii Taraſzovits, Epiſcopi Eccle-
„ ſiæ Græco-Catholicæ Munkacsienſis, per modum, & for-
„ mam ſolitæ, & ſolennis Proteſtationis nobis ſignificavit,
„ & detexit taliter. Qualiter in Anno Domini Milleſimo,
„ ſexcenteſimo, quadrageſimo, circa feſtum Sanctæ Luciæ

Ge-

„ Generoſus Dominus Joannes Ballingh, Capitaneus Arcis „ Munkács, ex Commiſsione ut credi par eſt Illuſtriſsimi „ Domini Georgii Rakoczy, Principis Tranſylvaniæ &c. „ neſcitur, unde motus, quove temeritatis auſu, mera no- „ cendi, & vexandi cupiditate, ac dominandi libidine ex- „ æſtuans, miſsis, & deſtinatis certis quibusdam Militibus „ ſuis Pedeſtris Ordinis armatis manibus in- & ad Mona- „ ſterium, ſeu ſolitam dicti Reverendiſsimi Domini Prote- „ ſtantis Reſidentiam ſub præfata Arce ſituatam omnino in „ Comitatu de Beregh exiſten. habitam hoſtiliter eundem „ Proteſtantem, nullis ejusdem culpis, ac demeritis exigen- „ tibus, nemini quidquam mali, aut nocumenti machinan- „ tem, ſed penitus innoxium, ac pro tunc Pontificaliter „ indutum, & Sacris operantem violenter ab altari raptum „ per compita Civitatis contumelioſe iisdem veſtibus indu- „ tum Duci curaſſet &c. — — — — — —

Patet ex præmiſsis prælibatum Epiſcopum Baſilium Taraſzovits nominatum fuiſſe Munkacsienſem, ac etiam Catholicorum Epiſcopum, idem igitur & de Joanne, idem & de aliis Succeſſoribus Joannis concludendum, cenſendumque erit. Deinde, quod hi Rutheni Epiſcopi dicebantur, non recte infert Comes Battyany, eos fuiſſe Schismaticos, non Catholicos. Ruthenus enim hic deſignat idioma Slavicum, nempe, quod lingua nativa, nationi propria Miſſæ Sacrificium aliaque Myſteria, Di inumque cultum Ritu Græco celebrare, ac peragere ſoleat, quemadmodum Latinus idiomate Latino, id faciat, ac peragat. Itaque

CAPUT X.

§ I.

Haec ſunt, quae ortum, Religionem, & praeteritum Statum Epiſcoporum Gentis Ruthenae ad de Camelliſiana usque tempora ſummarie attingunt; ex quibus liquet Nationem hanc jam ante ingreſſum Hungarorum in Hungariam, in Salvifica Fide conſtitutam, & ſemper Ritum, & diſciplinam Orientalem ſequentem, habuiſſe Epiſcopos ſuos, & ſucceſsive Hunnis Dominium Pannoniae obtinentibus, ſub Regibus Hungariae continua ſucceſsione Nationi huic praefuiſſe Epiſcopos Munkacsienſes; quorum quidem juſta ſeries ab initio Dominii Hungarorum in Pannonia haud poteſt adduci, per continuas nimirum Tartarorum eruptiones, bellorumque Vicifsitudines devaſtato Regno, Archivisque abſumptis, prodit attamen ab Anno 1458. quod quiqui pro Epiſcopis hujus Gentis nominati fuerunt, ex collatione Regum pro titulo conſecrationis ſedem, & Cathedram poſſederint; Munkacsienſem Dioeceſim vero ad omnes Regni Hungariae Partes, in quibus Gens Ruthena degebat extenſam.

§ II. Primitus Epiſcopos Nationis Ruthenae credi par eſt, à Metropolita Juſtinianae primae, veluti intra Limites Hungariae ſitae dependentiam foviſſe, ſed tandem per Reges Hungariae, Valachiae transalpinae Metropolitae ſubjectos exſtitiſſe, à quo more, & Ritu Orientalis Eccleſiae, praehabita à Principibus Terrae Collatione Epiſcopatus

con-

confecrati, & authentice confecto Inftrumento (quod hodiedum *Formata* vocari folet) Poteftate Jurisdictionis inftructi Jure Ordinarii, Epifcopi Munkacsien. intra præfcriptos per Terræ Principes Limites, fungebantur.

Ejusmodi confuetudinis adeft hodiernum quoque exemplum non modo Rufsiæ Polonæ unitæ, quæ cum Sede Metropoleos octo Epifcopatibus Græci Ritus Unitis eft provifa, fed ipforum etiam Disunitorum ex antiquifsima Orientalis Ecclefiæ dum adhuc Orthodoxæ defumpta praxi fub Corona Regni Hungariæ degentium, qui prævia denominatione Regiæ Majeftatis, Confecratione, & Jurisdictione providentur à Metropolita, is vero à Patriarcha, cui fubeft.

CONSTITUTIO XI.

De Privilegiis Archi-Epifcopi Juftinianæ Primæ; & Sede P. P. Illirico in Pannoniam fecundam, id eft: Juftinianam primam transferenda.

Imperator Juftinianus Archi-Epifcopo Juftinianæ Primæ.

Multis, & variis modis noftram Patriam augere cupientes, in qua primo Deus præftitit nobis ad hunc mundum, quem ipfe condidit, venire, & circa Sacerdotalem cenfuram volumus eam maximis incrementis ampliare; Primæ Juftinianæ Patriæ noftræ, propter hoc Sacro-Sanctus Antiftes, non folum Metropolitanus, fed etiam Archi-Epifcopus fiat, & cæteræ Provinciæ fub ejus fint authoritate, id eft, tam Mediterranea Dacia, quam Dacia Ripenfis, nec

non Myfia fecunda, & Dardania, & Prævalitana Provincia, & fecunda Macedonia, & Pars fecunda etiam Pannoniæ, quæ in Baccenfi eft Civitate, cum enim in antiquis temporibus firma Præfectura fuerit conftituta, ibique omne fuerit Illirici faftigium tam in Civilibus, quam in Epifcopalibus caufis, poftea autem Attilianis temporibus ejusdem locis devaftatis, Apennius Præfectus Prætorio de Fermentana Civitate in Theffalonicam profugus venerat, tunc ipfam Præfecturam, & Sacerdotalis honor fecutus eft, & Theffalonicenfis etiam Epifcopus non fua authoritate, fed fub umbra Præfecturæ meruit aliquam prærogativam; Cum igitur in præfenti, Deo Authore ita noftra Respublica aucta eft, ut utraque Rippa Danubii jam noftris Civitatibus frequentetur, & limina nunquam recidua, & litorata, quæ trans Danubium funt, noftræ citra dubium iterum Ditioni fubjecta fint. Neceffarium duximus ipfam gloriofifsime Præfecturam in Pannonia, in noftra felicifsima Patria collocare, cum nihil quidem magni diftet à Dacia Mediterranea, fecunda Pannonia. Et quia homines femper Bellicis Sudoribus inhærentes, non erat utile Reipublicæ ad Primam Macedoniam poft tot fpatia, tantasque etiam difficultates venire idoneè, neceffarium nobis vifum eft, ipfam Præfecturam ad fuperiores Partes trahere, ut juxta eam Provinciæ conftitutæ facilius fentiant illius Medicinam; Et ideo tua Beatitudo, & omnes præfatæ Primæ Juftinianæ Sacro-Sancti Antiftites, Archi-Epifcopi habeant Prærogativam, & omnem licentiam, fuam Authoritatem eis impertiri, & eos ordinare, & in omnibus fuprafcriptis

Pro-

Provinciis primam habere dignitatem, ſummum Sacerdotium, ſummum faſtigium aſcendere, & Te ſolum Archi-Epiſcopum habeant, nulla communione ad eum Theſſalonicenſi Epiſcopo ſervanda, ſed tam ipſe, & omnes Primæ Juſtinianæ Antiſtites, ſive ejus Judices, & Diſceptatores, quidquid oriatur inter eos diſcriminis, ipſi hoc dirimant, & finem eis imponant, & eos ordinent, & nec ad alium quempiam eatur, ſed ſuum agnoſcant Archi-Epiſcopum omnes prædictæ Provinciæ; & ejus ſentiant Creationem, & vel per ſe, vel per ſuam authoritatem, vel Clericos mittendi habeat omnem poteſtatem, omnemque Sacerdotalem cenſuram & curationis licentiam, ſed & in Aquis, quæ eſt Provinciæ Daciæ Ripenſis ordinari volumus à Tua Sanctitate Epiſcopum, ut non impoſterum ſub Meridiano Traciæ Oppido Epiſcopo ſit conſtituta, ſed Meridianus quidem maneat in medio, nulla communione cum Aquis ſervanda. Aquenſis autem Epiſcopus habeat præfatam Civitatem, & omnia ejus Caſtella, & Territoria, & Eccleſias, ut poſsit jam eorum ſcelus ex ea Civitate, & Terra repellere, & in Orthodoxam Fidem transformare. Ut igitur ſciat Beatitudo Tua noſtri Numinis Diſpoſitionem, ideo præſentem Legem ad Tuam Venerabilem Sedem transmiſimus, ut in perpetuum tale Beneficium habeat Patriæ noſtræ Eccleſia, in Dei Omnipotentis gloriam, & noſtri numinis ſempiternam recordationem. Quando autem Tuæ Recordationis Sedis Gubernatorem ab hac Luce decedere contigerit P.P. Archi-Epiſcopum ejus, à Venerabili ſuo auxilio Metropolitanos ordinari ſancimus, quemadmodum decet.

Archi - Epiſcopum omnibus honoratum Eccleſiis provehi, nulla penitus Theſſalonicenſi Epiſcopo, nec ad hoc communione ſervanda; Beatitudo igitur Tua, quæ noſtra ſanxerit æternitas modis omnibus ad effectum perducere non differat. —

§ III. Liquet dein ex alias dictis Anno 1659. *Parthenium* in Epiſcopum Munkacsienſem, per Imperatorem olim, & Regem Hungariæ Leopoldum, nominatum & ab Alexandro VII. Summo Pontifice confirmatum exſtitiſſe, ac etiam ejus Succeſſores Orthodoxos, Græci Ritus Munkacsienſes Præſules ab Anno 1689. penes Bullam ſuæ ſanctitatis Pontificiæ authoritate Epiſcopali fungi, cujus in primitiva Orientalis Eccleſiæ conſuetudine difformitatis ratio non alia cenſeri poteſt, quam Transalpino Metropolita, cujus Jurisdictioni antiquitus parebant ad Schisma lapſo, expoſtulaſſe rationem Sacræ Unionis, ut caput univerſalis Eccleſiæ, veluti membra agnoſcant, & ad fontem Poteſtatis Eccleſiaſticæ, & Spiritualis ad Pontificem recurrant.

§ IV. Ex præadductis hactenus, jam luculenter patet, infirma eſſe, & nullum omnino robur habere, hæc omnia, quibus Excellentiſsimus Præſul Tranſylvanienſis Comes *Ignatius Battyany* Fundationem *Theodori Keriatovics*, Ducis olim Munkacsienſis, in monte Csernek ad Munkacs pro Religioſis Ordinis Sancti Baſilii Magni factam, ſuppoſititiam eſſe, atque falſe, & inique confectam probare contendebat, tot ſæculorum uſu roboratam, authoritateque

Re-

Regum toties confirmatam à nemine ante in dubium revocatam: Eapropter

§ V. Sperant quam maxime prælibati Religiosi benignum hunc Præsulem ab hac sua sententia, ipsorum Juribus omnino præjudiciosa, quam non studio nocendi, verum confictis literis adductus hactenus tenebat, recessurum, atque alios sic delusos, modis sibi notis correcturum; quod etiam humillime exorant. In reliquo regrediamur iterum ad *Josephum de Camellis.*

CAPUT XI.

JOANNES JOSEPHUS de CAMELLIS,
Episcopus Munkacsiensis XIV.

§ I.

Per Eminentissimum quondam Cardinalem *Leopoldum à Kolonics*, Roma adductus Josephus hic pro Missionario primum, dein pro Episcopo Genti Ruthenæ datus, resolutusque exstitit (ut jam alias dictum) Natione Græcus, initium hujus Sacræ Præfecturæ suæ sumpserat Anno 1689. vitæ, morumque sanctimonia clarus, dilatandæ Fidei Catholicæ admodum studiosus, nulli parcens labori quo agrum Domini evulsis hæreseos, Schismatis ignorantiæ, morumque corruptelæ fontibus perpurgaret, atque in horreum cœlestis Patrisfamilias, quam plurimos manipulos inferret; Zelum hunc & ardorem, quo ita ille flagraverat Vir Apostolicus, manu scripta ejusdem Originalia (quæ manibus

bus verſo) teſtatum faciunt, juxta quorum tenorem deſignatis ſibi Diœceſeos limitibus tam amplis, quam eſſet ipſa Hungaria, hanc boni Paſtoris munus obiturus continuo circuibat, Canonice viſitabat, Synodos in locis diverſis intra Ambitum ſui Ovilis ciebat frequentiſsimas, & cum primis Statum Sacræ Unionis per rebelliones diuturnas, variasque temporum injurias labefactatum ſummo ſtudio, & conamine cum feliciſsimo ſucceſſu reſtabiliebat, confirmabat, ad Gremium S. Eccleſiæ Catholicæ errantes reducebat, Parochos idoneos Eccleſiis præficiebat, inhabiles removebat, contumaces cenſuris, pœnisque Eccleſiaſticis ſubjiciebat cuncta denique ea ordinabat, quæ Clero, & populo ſibi ſubordinato pro futura judicabat.

§ II. Operæ pretium duxi iſthic adſcribere nonnulla (in rem præſentem) ex Originali ejusdem Diario per me fidelitcr excepta, & ſunt hæc ſequentia:

„ Die 20. Aprilis ſecundum Calendarium novum An-
„ no 1690. fui inſtallatus in Eccleſia pro Epiſcopo Munka-
„ csienſi vigore extradati mandati ab Epiſcopo M. Vara-
„ dienſi, & à Magnifico Domino *Franciſco Klobuſiczky*, Ad-
„ miniſtratore ſupremo Bonorum Rakoczianorum.

Intimavi Synodum pro die 24. Aprilis ſecundum vetus Calendarium Anno 1690. pro die Jovis Paſahatis Vicariis.

Vicariorum Nomina.

— *Joannes Lochovſzky* Vicar. *Lochovſzky.*
— *Baſilius Vizniczky* Vicar. *Latoriczky.*

— *Joan-*

— *Joannes Kiövſzky* Viçar. *Berezavienſis.*
— *Joannes Zavidovſzky* Vicar. *Krajnyanſzky.*
— *Paulus Suſta* Vicar. *Huklivſzky.*
— *Joannes Suskizanſzky* Vicar. *Znjalienſis.*
— *Baſilius Verecsanſzky.*

„ Et folio 2do ait: 24. Aprilis 1690. feci Synodum in „ Reſidentia mea Munkacs, aderant Vicarii 7. Presbyteri „ ſupra 60. & emiſerunt Profeſsionem Fidei Catholicæ &c. „ Italice ſcriptum.

Die 30. Aprilis 1690. ſecundum vetus veni Szathmarinum, manſi in domo Admodum Reverendi D. Demetrii Monoſterly, Archi-Diaconi.

Die 1. Maji feci Synodum — — in qua congregati ſunt 60. circiter Presbyteri, Unionem confirmarunt, & Decreta ipſis publicavi.

„ Die 4. (ibidem) ordinavi in Lectorem, Subdiaco- „ num, & Diaconum Andream Ruſciatsky.

„ Eadem die, quæ fuit Dominica, dedicavi (conſe- „ cravi) Eccleſiam Græcam Sancti Nicolai &c.

„ Ordinavi in eadem Eccleſia Sancti Nicolai Szath „ marienſi (die 4. Maji 1690.) alios duos Diaconos vide- „ licet Marcum Joannis ex Pago Tivacz, & alium Eliam „ Mojſis ex Pago Czekértó (Ökörtó)

„ Dedi etiam Habitum Monaſticum Jonæ, & vocavi „ ipſum Joachimum ex Pago Pobicov, non tamen Pro- „ feſsionem Monaſticam fecit.

„ Agrienſibus miſi Parochum Michaëlem Zaderevecz- „ ky, die 19. Maji 1690. ad Inſtantiam illorum. Promiſit

„ mihi ſolvere decimas ſuorum redituum Eccleſia; à Po-
„ pulo habet 100. flor. annuatim, inſuper vineam, & ex
„ ſtola fructum.

„ Anno 1691. quando veni Munkacsinum (id eſt Oppi-
„ dum intravi) Perilluſtris Dominus *Franciſcus Klobuſiczky*,
„ Adminiſtrator liberavit omnes Sacerdotes à Laboribus
„ Dominal. Domus Rakoczianæ.

„ Eadem die (id eſt 23. Junii 1690.) ſcripſi Venera-
„ bili Capitulo Scepuſienſi, ut cogant Presbyteros meos
„ ad mei obedientiam venire.

In altero folio habetur:

„ Die 26. Septembris Stylo Vet. 1690. ex Comitatu
„ Scepuſienſi venit P. Baſilius Repaſzky, Archi-Presbyter,
„ cum P. Michaële Toriſzky, miſi ab aliis ibidem Secer-
„ dotibus, & obedientiam mihi præſtiterunt. Sunt Sacer-
„ dotes duodecim.

Recognitiones.

„ Recognoverunt me, ut Epiſcopum proprium omnes
„ ex Comitatu Munkacs (Beregh) die 10. Aprilis ſecun-
„ dum vetus 1690. quando fui inſtallatus, & iterum die 24.
„ quando Synodum habui.

„ Ex Comitatu Szathmarien. ubi Synodum habui die
„ 1. Maji (1690.) recognovit me Rev. Dominus Demetrius
„ Monoſterly, cum aliis Presbyteris.

„ Ex Comitatu Heveſienſi (Diſtrictu) congregati Sa-
„ cerdotes (æque ſe ſubjecerunt.)

„ Ex

„ Ex Cottu Szabolcs *Lazarus Lubovſzky*, Vicarius, &
„ *Stephanus Napkorſzky*, huc Munkacsinum miſsi (è Con-
„ gregatione) die 25. Maji 1690. Habet Dominus Vicarius
„ ſub ſe 30. Sacerdotes.

„ Ex Cottu Zemplin *Gregorius Sztancianſzky* Vicarius,
„ & *Petrus Kumlovſzky* Vice-Vicarius, die 15. Junii 1690.
„ (venerunt) & dixerunt, quod reperiantur ibi 40. circiter
„ Sacerdotes.

„ Ex Cottu Makoviczienſi (Sároſs) *Alexander Rov-*
„ *nyanſzky* Vicarius, in Bonis Saroſſen. Illuſtriſsimi Domini
„ Comitis *Erdödy*. Habet Sacerdotes 26.

„ Item *Joannes Alexandrovits*, Vicarius Szvidniczky,
„ in Bonis Rakoczianis Cottu Makoviczenſi. Habet Sa-
„ cerdotes 22.

„ Item *Petrus Hodermarſzky*, Vicarius Orlovſzky, in
„ Bonis Dominæ Plaveczka. Habet Sacerdotes 22. Cum
„ ipſis venerunt alii tres Sacerdotes, & obedientiam mihi
„ præſtiterunt die 22. Junii Anni 1690.

„ Ex Cottu Ungh. videlicet ex parte Cottus ſpectantis
„ ad Illuſtriſsimam Dominam Comitiſſam *Homonay*, vene-
„ runt *Euſtachius Makarkovics*, Vicarius Berezanſzky &
„ Verchovinſzky, qui habet Sacerdotes 47.

„ Et *Elias Ublanſzky* Vicarius, qui habet Sacerdotes
„ 19. & recognoverunt me die 1. Julii 1690.

„ Ex eodem Cottu Ungh. ſcilicet Illuſtriſsimi Domini
„ de Homonay, venerunt *Jacobus Unghvarſzky* Vicarius, &
„ Joannes Nevelſzky die 2. Julii.

„ Ex eodem Cottu venit *Jalinſzky*, Vicarius Terno-
„ vienſis die 22. Julii. Ipſum conſtitui Proto-Presbyterum
„ ſupra 19. Sacerdotes circa Nagy-Mihalinum, & Szobran-
„ czinum in dto Cottu.

„ Ex Cottu Zemplinienſi, ex Diſtrictu Sztropkovienſi
„ *Gregorius Bruſzniczky* Vicarius, & dto Diſtrictus, & dto
„ *Joannes Raphaienſis* Presbyter, die 23. Julii.

„ Generoſis Dominis Liberæ Civitatis Bardiovienſis
„ (Barthenſis) commendavi *Georgium Ternei*, Plebanum
„ Reſſov, & Torczan.

„ Die 25. Septembris 1690. Styl. V. habui Synodum
„ Szboroviæ in Palatio Rakocziano, in qua interfuerunt
„ nonaginta circiter Sacerdotes, & Profeſsionem Fidei Ca-
„ tholicæ fecerunt, Unionem cum S. Romana Eccleſia am-
„ plectendo. Duravit Synodus usque ad diem ſequentem,
„ & plurima Decreta feci. Ex Cottu Sároſienſi fuerunt hic,
„ & immediate poſt Synodum pervenit Archi-Presbyter
„ Scepuſienſis cum alio, & obedientiam præſtiterunt.

„ Die 8. Novembris 1690. habui Synodum Stancsæ,
„ ubi Unionem ſuſceperunt (confirmarunt) Sacerdotes Nro.
„ 40. circiter.

„ Die 17. dto habui Synodum Sztropkoviæ, accepe-
„ runt Unionem in Nro. 17.

„ Die 14. Decembris (1690.) habui Synodum Homo-
„ næ, in qua Unionem acceperant. Sacerdotes in Nro. 40.
„ circiter.

„ Die 18. dto habui Synodum Ternaviæ, in qua Unio-
„ nem acceperunt in Nro. 4.

„ Die

„ Die 30. dicti (menſis) habui Synodum Munkacsini,
„ in qua Unionem profeſsi ſunt Sacerdotes in Nro. 40.
„ circiter.

„ Die 12. Januarii habui pariter Munkacsini aliam
„ Synodum, in qua multi Unionem amplexi.

„ Similiter & prima die Jovis poſt Paſcha die 2da
„ Maji Szathmarini.

„ Die 19. Octobris 1691. conſtitui *P. Hieronymum*, Vi-
„ ſitatorem Agriæ.

„ Die 17. Octobris ſtyl. veteri 1692. *Pater Iſaias*, Mo-
„ nachus Græcus, Curatus Debreczinenſis cum alio Pres-
„ bytero Valacho, venit ad me nomine Sacerdotum, qui
„ ſunt in ſtatu (forte in tractu) Varadinenſi, & in Cottu
„ Biharienſi usque ad Gialmar, & ſubmiſerunt ſe mihi.

„ *P. Iſaias*, *P. Jeremias*, Debreczini requiſitus ab illis
„ Græcis pro Plebano menſe Martii Anno 1692.

„ Item alio loco de præfato Iſaia ait: die 13. Septem-
„ bris P. Iſaiæ, Monacho montis Sancti, meo Compatrio-
„ tæ, contuli Eccleſiam Debreczinen. & ſubjeci ipſi Sacer-
„ dotes, qui ſunt circa Varadinum, & Bihar.

„ Item alibi habet: menſe Januarii 1694. conſtitui
„ meum Vicarium in Partibus Hungariæ ſuper Valachos
„ P. Iſaiam de Caroli.

„ Menſe Auguſto 1693. ex Cottu Kraſzna ſcripſit ad
„ me Archi-Presbyter cum 16. Sacerdotibus ſubjicientibus
„ ſe mihi.

„ Die 15. Junii 1692. Sboroviæ Synodum habui, decre-
„ vi, ut Sæculares perſonæ reſtituant Fundos, & Eccleſiæ

„ Bona Sacerdotibus, & usque ad natale ſolvantur omnia
„ legata pia ſub pœna Excommunicationis.

„ Die 14. dto (Septembris 1692.) conſtitui Archi-Presbiterum in Diſtrictu Avaſienſi Patrem Alexium Kruſzniczky.

„ Die 19. dto, conſtitui Archi-Presbyterum in Diſtrictu Nagy-Banyenſi P. *Damianum Mikulka.*

„ Die 22. Novembr. Styl. V. 1692. conſtitui *P. Lucam Berleczky*, Archi-Presbyterum in parte Szathmarienſi, quæ eſt ultra Samuſium fluvium.

„ Eodem die conſtitui Viſitatorem Generalem in toto Comitatu Szathmarienſi *P. Georgium Veliczky*, Presbyterum Ulakenſem.

„ Die 4. Decemb. ſecundum novum Calendarium 1692. conſtitui Archi-Presbyterum in Verchovina Unghvarienſi *P. Baſilium Lutjanſzky.*

„ Eodem die conſtitui Archi-Presbyterum ad fluvium Tur *P. Alexium Szimercsanſzky.*

„ Die 28. Januar. 1693. conſtitui Archi-Presbyterum in Cottu Szabolcsienſi ſupra medietatem Sacerdotum *P. Joannem Dorogenſem*, & ſupra aliam medietatem *P. Theodorum Feirtovſzky.*

Recordationes, & Decreta.

„ Breſtovienſi Sacerdoti dedi Parochiam Peknihaza in Nyir die 7. Martii 1693.

„ *Joanni Brodſzky* contuli Parochiam Bachtæ in Nyir die 8. Martii 1693.

„ Die

„ Die 14. Maji 1693. viſitavi Eccleſiam Agrienſem, & „ mandavi Populo, ut neminem alium recognoſcant pro „ Plebano niſi meum.

„ 2do ut in Miſſæ Sacrificio commemoratio fiat Sum- „ mi Pontificis. &c.

„ Die 9. Septembris 1693. contuli Parochiam Agrien- „ ſem *P. Jacobo Barbovſzky.*

„ Die 6. Septembris conſtitui *P. Demetrium Paulinum*, „ Archi-Presbyterum Bihariensem.

„ Die 24. dto (1693.) contuli *P. Gabrieli*, Monacho „ Græco Eccleſiam Szathmarienſem.

„ Die 13. Auguſti 1690. collegi Decimas frument. in „ Kikis, in Feke-Ardó, in Vég-Szölös-Ardó.

„ Circa hoc tempus interdixi Ruthenis habitantibus „ in Oppidis Szölös, Fekete-Ardó, & Szölösvég-Ardó, „ ne ſolvant Prædicantibus Decimas.

„ Pro eo negotio ſcripſi Domino Georgio Barkoczy, „ Supremo Comiti Ugocs, & Illuſtriſsimis Dominis Comi- „ tibus (Baronibus) Prényi, & miſsi ipſis literas per P. „ Luk. Borbil.

„ Die 1. Auguſti (1690.) Ego cum Illuſtriſsimo Domi- „ no *Georgio Barkoczy*, Supremo Comite in Ugocs, in Pa- „ go Szölös, fecimus ab illis Paganis aſsignari locum pro „ ædificanda Eccleſia Ruthenica, & Decimas, quas Ru- „ theni ſolvere ſolebant Prædicanti Calviniſtæ, pro me „ obtinui.

„ Die 3. Auguſti dedi licentiam Domino Sigismundo „ Oroſz, ut ædificare poſsit in ſuo pago Eör Eccleſiam

„ pro

„ pro Ruthenis, & habere pro Plebano Andream Bar-
„ cinſzky, ſive Juranſzky.

„ Die 18. Januar. 1692. Perilluſtris Dominus *Franciscus*
„ *Klobuſiczky*, Adminiſtrator Bonorum Rakoczianorum,
„ reſignavit mihi Bona olim donata meo Monaſterio, in
„ præſentia Domini Epiſcopi Varadienſis, ſui Notarii, &
„ aliorum, & die 21. dto vigore Commiſsionis iſtius poſsi-
„ denda mihi dedit Dominus Proviſor in præſentia mul-
„ torum.

„ Illuſtriſsimus Dominus Epiſcopus Varadienſis dixit
„ mihi, quod ſub proxime præteritis Comitiis Poſonienſibus
„ literas Fundationales hujus Beneficii Munkacsienſis vidit,
„ & legit apud Lectorem Capituli Poſonien. D. V. *Petrum*
„ *Filo*, quæ præſente illo, iterum ſunt repoſitæ ad capſam
„ cum reliquis literis.

„ Die Februarii Anno 1693. obtinui Viennæ in Can-
„ cellaria Hungarica Conſenſum Regium.

„ Menſe Novembris, Anno 1694. dedi Originale Re-
„ verendiſsimo Domino *Andreæ Santoczy*, Vicario Generali
„ Epiſcopi Agrienſis, ut poneret in Archivo Caſſoviæ.

„ De Epiſcopo *Parthenio*, idem *Joſephus de Camellis* in
„ hoc ſuo Diario folio 3tio Anno 1690. refert, quempiam
„ *Joannem Lochovſzky* in Presbyterum ab eodem fuiſſe or-
„ dinatum; qui ſic habet: Joannes Lochovsky, Annorum
„ 40. Vicarius Lochov: Ordinatus ante Annos 26. ab Epi-
„ ſcopo Munkacsienſi *Parthenio Petrovicz*, qui habet ſub ſe
„ ſedecim Sacerdotes &c.

C A-

CAPUT XII.

§ I.

Tempore illo, quo Nationi Ruthenæ præficeretur Antistes hic, Clerus Ritus Græci Catholicus adeo indigne, atque injuriofe per Dominos Terreftrales tractatus fuerat, ut non modo ad quotidianos ferviles labores ad inftar Colonorum compelleretur, verum etiam captivaretur, imo etiam verberibus afficeretur, aliaque quam plurima aperte, & directe Ecclefiafticæ Immunitati prorfus repugnantia pati cogeretur; denique Filii Parochorum ad fervitutem adacti, ut mancipia vendebantur. Egit cuncta, quæ poterat agere, apud omnes Vir ille Apoftolicus, ut Clero fuo taliter afflicto ac oppreffo fuccurreret, atque opitularetur. Ab hoc fervitutis jugo tandem flexus precibus toties fati Præfulis afflictum hunc Clerum eximere dignatus eft Leopoldus I. Cæfar clementifsimus, Diplomate, quod hic fubjicitur luculenter perhibente:

§ II. „ NOS LEOPOLDUS Dei Gratia electus „ Romanorum Imperator, femper Auguftus, ac Germaniæ, „ Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Slavoniæque „ &c. Rex, Archi-Dux Auftriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carnioliæ; Marchio Moraviæ, „ Dux Lucenburgæ, ac fuperioris, & inferioris Silefiæ, „ Wierthembergæ, & Thekæ, Princeps Sueviæ, Comes „ Habfpurgi, Tyrolis, Ferreti, Kiburgi, & Goritiæ. &c.

N „ Me-

„ Memoriæ commendamus tenore præſentium ſignifi-
„ cantes, quibus expedit Univerſis. Quod cum Immunitas
„ Eccleſiaſtica, quæ Eccleſiæ, Eccleſiaſticæque Perſonæ,
„ ac Rex ipſarum gaudent Jure pariter divino, ac huma-
„ no ſingulariter, in præattacto Apoſtolico hocce Regno
„ noſtro Hungariæ, gratioſis divorum Regum, Præde-
„ ceſſorum videlicet noſtrorum beatæ recordationis Privi-
„ legiis, Regnique Conſtitutionibus ſancita ſit; eamque à
„ Cæſarea Regiaque Majeſtate noſtra (utpote, quæ ſpecia-
„ lem inter Reges Chriſtianos Prærogativam Regis Apoſto-
„ lici obtinemus) aſſeri, defendique condeceat, juſtum
„ videri, ut quos eadem vera Fides, & Charitas in ejus-
„ dem Sanctæ Eccleſiæ Catholicæ unitate conjunxit, ejus-
„ demque Matris obedientes Filios eodem in gremio fovet,
„ eodem denique ſub capite ejusdem Corporis commembra
„ vivificat, exindeque divini æque, ac humani favoris pa-
„ riter reddit capaces, jure ſuo non deſtituantur. Ex eo
„ nos benigne informati exiſtentes: Gentem Ruthenorum
„ quæ ante tercentos ferme Annos transmigratione facta
„ ex Ruſsia in vicinis Hungariæ partibus potiſsimum vero
„ in Diœceſi Agrienſi, ſeſe collocavit, ac in ipſo hujusmodi
„ in Regnum hocce adventu Græci Schismati labe labora-
„ bat, quæ Deo auxiliante, à triginta fere Annis proxime
„ evolutis, potiſsimum Aſsiſtentia, & Opera pientiſsimæ, ac
„ zeloſiſsimæ quondam Principiſſæ Sophiæ Bathory cæpiſſe
„ ad Unionem, & gremium S. Romanæ Eccleſiæ redire,
„ nunc vero Virorum Apoſtolicorum conatu, aperta veluti
„ patentiori janua copioſius ad eandem confluere, ſperari-

„ que,

„ que, ut non tantum prænominata tota Gens, ſed ejus „ exemplo Nationes aliæ ſub Corona Regni noſtri Hungariæ degentes eodem Schismate extra Ovile Chriſti palabunde ad ipſius obedientiam, & Unionem poſtliminio „ reducantur. Interea vero nobis humili cum Inſtantia pro „ remedio relatum eſſet & illud, quod à quibusdam Dominis Terreſtribus in quorum videlicet tenutis, & posſeſsionibus dicta Gens Ruthenica commoratur Perſonæ „ Græci Ritus, uti præfertur, Unitorum Eccleſiaſticæ, non „ habita Juris divini, pariter & humani eatenus ratione, „ non minus quam cum Schismate exiſtentes favoribus „ Eccleſiæ ſe indignos reddebant, adhuc ſerviliter tractari, „ æque ac ſi naturales eorum ſubditi, Jobagionesque forent, „ usque adeo ut præfati Domini eorumque Officiales, Viros „ Dei Sacerdotes legitime ordinatos, & conſecratos, non „ tantum ad quotidianos labores ſerviles inſtar aliorum „ Colonorum ſuorum compellere, verum etiam captivare, „ verberibus, & mulctis afficere; aliaque aperte, & directe „ Immunitati Eccleſiaſticæ prorſus injurioſiſsime repugnantia non tantum circa Perſonas Eccleſiaſticas, verum etiam „ circa Eccleſias, aliaque loca de Jure exempta, ac res „ ipſorum attentare, & perpetrare audeant; quod ſane „ non tantum in populi hujusmodi ad Gremium Eccleſiæ „ revertentis, verum etiam in totius Chriſtianitatis Scandalum graviſsimum vergit, juſtamque Dei Omnipotentis, „ ac Regiam vindictam merito provocat. Propter quod „ Nos cum iram Dei avertere, tum ſcandalum hujusmodi „ amoveri, & ex eodem natum palabundarum adhuc

 „ ovium

„ ovium redeundi obſtaculum tollere, inſuper Zelanti Regis
„ Apoſtolici eatenus muneri noſtro provida circumſpectione
„ reſpondere, ex Authoritatis noſtræ Regiæ plenitudine
„ per præſentes benigne declarare voluimus, quatenus
„ Græci Ritus S. Romanæ Eccleſiæ Unitorum tum Eccleſiæ
„ ipſæ, tum Eccleſiaſticæ Perſonæ, tum earum res in Apo-
„ ſtolico hocce Regno noſtro eadem prorſus immunitate
„ Eccleſiaſtica gaudere debeant, qua Eccleſiæ, perſonæque
„ Eccleſiaſticæ, & res Fidelium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ
„ Latini Ritus ex ſacrorum Canonum præſcripto, & Ter-
„ renorum Principum conſenſu, indultis, & privilegiis
„ effective perfrui; gaudereque dignoſcuntur. Cujus intuitu
„ Nos etiam ulterius ſub gravi indignatione noſtra Regia
„ ſevere, firmiterque mandamus, ut à præſentium infra
„ declaranda publicatione, nullus cujuscunque Status, Au-
„ thoritatis, Dignitatis, & prærogativæ, potentiæque fuerit,
„ prædeclaratæ huic Græci Ritus Unitorum Immunitati
„ Eccleſiaſticæ aperte, vel occulte, ultro ſub prætextu, vel
„ etiam prætenſi Uſus, & Conſuetudinis, antequam uni-
„ rentur, ſub velamine audeat contraire, iisdem prorſus
„ ſub pœnis tum ab Eccleſiaſtici, tum à Sæcularis fori Ju-
„ dicibus, tum etiam ſi opus fuerit à noſtra Majeſtate infli-
„ gendis, quas Fidelium Latini Ritus immunitatem Eccle-
„ ſiaſticam lædentes de jure, & conſuetudine Regni incur-
„ runt. Et hoc quidem Univerſis Fidelibus noſtris, Dominis
„ Magnatibus, Nobilibus, tum Eccleſiaſtici, tum Sæcularis
„ Fori Judicibus, & Juſtitiariis cunctis denique quatuor
„ Statibus, & Ordinibus, aliisque quibuscunque Subditis

„ no-

„ noſtris præſentium notitiam habituris, modernis, & futu-
„ ris, ut ſi toties nominati Græci Ritus Uniti in prædecla-
„ rata immunitate ſe læſos queſti coram eis fuerint, eorum-
„ que auxilium, & Aſsiſtentiam imploraverint, Judicium,
„ & Juſtitiam eisdem non minus, & pariter ac Latinis,
„ Sanctiſsimæ Matris Eccleſiæ Fidelibus eadem immunitate
„ gaudentibus adminiſtrare debeatis, & teneamini. Ne
„ vero Domini Terreſtres, in quorum tenutis ejusmodi
„ Græci Ritus Uniti commorantur, anſam habeant beni-
„ gniſsimæ hujusmodi noſtræ Diſpoſitioni contraveniendi,
„ ex ea ratione, quod exemptione Fundorum, in quibus
„ Eccleſiæ, Parochiæ reliquaque ad cultum Dei ſpectan-
„ tia conſiſtunt, onera ſervilia hactenus eis præſtari ſolita
„ diminuuntur, meminiſſe eos debere obligationis ſuæ
„ Chriſtianæ ad ea, quæ cultui Dei neceſſaria ſunt, ſub-
„ ditis ſuis providenda, ideoque ut habita Incolarum cujus-
„ vis loci multitudinis ratione ordinariorum loci Epiſcopo-
„ rum, vel ab his exmittendorum Vicariorum ſuorum
„ Generalium, aut Archidiaconorum conſcientioſo Arbitrio,
„ ubi & quantum hi neceſſarium, pro Eccleſiis, Parochiis,
„ cæmeteriis, ſcholis judicaverint, tandundem Fundorum
„ eximatur: in quo ſi Domini Terreſtres fors pietatis erga
„ Deum immemores conſentire noluerint, nihilominus Dei
„ cultui aſsignentur, & ipſo facto reddantur immunes.
„ Eo vero in caſu Domini Terreſtres locorum Jus Patro-
„ natus Eccleſiarum ſibi non valent vendicare, donec Uni-
„ verſa, quæ ad hoc obtinendum Sacrorum Canonum
„ inſtituta exigunt, præſtitiſſe comperiantur.

„ Quibus omnibus præmiſsis, illud etiam per expreſ„ ſum declarandum eſſe duximus, ut quoniam Græci Ritus „ Sacerdotes conjugati eſſent, ne Filii eorum, utpote li„ beris Parentibus nati, legitimoque ex Matrimonio geniti „ (niſi ſponte Colonicales Seſsiones aſſumere, ſeſeque in „ ruſticitatem, ſervitutemque ipſi vellent redigere) ad ſer„ vitutem, ſtatumque ejusmodi non adigantur, & ſi qui „ hactenus adacti eſſent, libertati integre reſtituantur, quo„ ad Perſonas. Nollemus tamen, ut hæc Declaratio im„ munitatis Eccleſiaſticæ Græci Ritus Unitorum ullo modo „ ſuffragetur iis, qui in Schismate, ac erga ſanctam Matrem „ Eccleſiam inobedientia perſiſterent. Imo clementiſsime „ exoptamus, ut tam Dominorum quam Subditorum illo„ rum in exigendis, horum in præſtandis ſolitis laborum „ oneribus moleſtia, & confuſio vitetur pro utrorumque „ commodo, ut ut Feſta tum Mobilia, tum Articularia, „ & Diœceſum varietate ab Ordinariis locorum inſtituta „ etiam Græci Ritus uniti iisdem diebus celebrent, quibus „ Latini celebrare conſueverunt. Hic illo etiam adſtipu„ lato, quod ſi Sanctorum aliquorum, quos Græca Eccle„ ſia ſingulariter venerari conſuevit, celebrare voluerint, „ id fiat conſenſu Ordinariorum, quo obtento eisdem „ etiam diebus Feſtis eorum proprii Domini Terreſtres „ nullatenus eos poſsint laboribus aggravare, ſine quorum „ Ordinariorum expreſſo itidem conſenſu novas ſui Ritus „ Parochias vel Eccleſias eis licitum non ſit erigere. Et „ hæc tandem præmiſſa omnia, ac juxta illa præſens etiam „ Cæſareo Regium Diploma, Mandatumque noſtrum be-

„ ni-

„ nignifsime volumus & jubemus, per Ordinarios locorum,
„ in Univerfis Comitatibus fuarum Diœcefium, in quibus
„ Græci Ritus Uniti degunt, tempore Congregationum
„ Generalium publicari, ut ad omnium, quorum oportet,
„ notitiam valeat pervenire. Si vero quispiam aufu te-
„ merario his omnibus reluctantes apparerent, Ordinarii
„ iidem Majeftati noftræ relationem fuperinde facere de-
„ beant, quatenus fi opus fuerit, tam evidenti malo, feve-
„ riori etiam manu medela tempeftive adhibeatur. Secus
„ itaque nullus Fidelium noftrorum facere præfumat. Hoc
„ autem benignum Diploma, & Mandatum noftrum poft-
„ quam perlectum fuerit, reddi femper, & reftitui volumus
„ exhibenti. Datum in Civitate noftra Vienna Auftriæ, die
„ vigefima tertia menfis Augufti, Anno Domini Millefimo,
„ fexcentefimo, nonagefimo fecundo. Regnorum noftrorum
„ Romani trigefimo quinto, Hungariæ & reliquorum trige-
„ fimo octavo, Bohemiæ vero Anno trigefimo fexto. Leo-
„ poldus. m. p. Blafius Jaklin, Epifcopus Nitrienfis m. p.
„ Joannes Maholany m. p.

„ Cum fuo Originali in Archivo Epifcopali Unghva-
„ rini affervato collatum per omnia conforme habetur.

Obfervandum: in præinferto Diplomate dici: Gentem Ruthenam ante trecentos ferme Annos transmigratione facta, ex Rufsia in vicinis Hungariæ partibus fefe collocaffe, ac in ipfo hujusmodi in Regnum hocce adventu Græci Schismatis labe laboraffe, atque à triginta fere Annis cœpiffe ad S. Unionem redire.

Intelligendum, non tunc primum Ruthenos veniffe in

Hun-

Hungariam, ſed ſolum ſuperveniſſe præexiſtentibus jam à Sæculis, per totamque Hungariam diffuſis Ruthenis; neque Gentem hanc à triginta Annis, ſeu à tempore Parthenii Epiſcopi primum Eccleſiæ Romanæ uniri cœpiſſe, ſed ſolummodo revolutionum tempore ſub Principibus potiſsimum Rakoczianis hanc Unionem turbatam, ac labefactatam ſub præfato Epiſcopo fuiſſe reſtabilitam, ac reaſumptam. Sub Conditionibus hiſce; ut ſcilicet Epiſcopum ſui Ritus à ſe electum, & per ſummum Pontificem Romanum confirmatum habere queant, Ritum Græcum illeſum ac integrum retinere, atque obſervare poſsint, ac valeant &c. ut ex alibi jam dictis liquido conſtat.

Prælaudatum iſthoc Diploma Leopoldinum poſtmodum Succeſſor ejusdem Carolus Cæſar confirmaverat Anno Domini 1720. ac dein in Comitiis Regni Anno 1721. Poſonii celebratis aſſumptum, & communi Statuum conſenſu roboratum eſt, ut infra videbitur.

CAPUT XIII.

§ I.

Privilegium ex Germanico in Latinum tranſumptum.

Ab Altefato quoque Auguſto Cæſare Leopoldo collatio *Salvæ Guardiæ* Monaſterio huic S. Nicolai ad interpoſitionem Præſulis Joſephi de Camellis facta erat Anno Domini 1693. Cujús tenor hic:

„ NOS LEOPOLDUS Dei Gratia electus Roma-
„ norum Imperator, ſemper Auguſtus, Germaniæ, Hunga-

riæ,

„ riæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ & Sclavoniæ Rex &c. „ Archi-Dux Auſtriæ; Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, „ Carnioliæ, Wirttenbergæ, ſuperioris & inferioris Sileſiæ; „ Marchio Moraviæ, ſuperioris & inferioris Luſatiæ; Co- „ mes Habspurgi, Tyrolis & Goritiæ &c. Omnibus & ſin- „ gulis noſtris ſupremis Campi-Ducibus, Campi-Mareſchal- „ chis Chilliarchis, Armamentariorum Præfectis, Genera- „ libus, Majoribus, Colonellis, Vice-Colonellis, Vigiliarum „ Præfectis, Capitaneis, Centurionibus, Pro-Centurioni- „ bus, Vexilliferis, Vigiliarum & Quarteriorum Magiſtris, „ Diverſoriorum Metatoribus, & univerſim omnibus Mili- „ tiæ noſtræ Individuis, tam Equeſtris, quam Pedeſtris Or- „ dinis cujuscunque Nationis, Dignitatis, Status, aut Con- „ ditionis: Inſuper etiam omnibus, & ſingulis Vecturarum, „ Provionum Inquartiriſationum Commiſſariis, tam modo „ exiſtentibus, quam in futurum conſtituendis, Gratiæ noſtræ „ Cæſareæ & Regiæ, ac Bonorum omnium denunciationem. „ Et damus vobis hiſce ad Notitiam gratioſiſsime.

„ Poſtquam Nos Clementiſsime reſolvimus, & manda- „ vimus, ut liberæ victationes, pernoctationes, & inho- „ ſpitationes, quæ in noſtro Regno Hungariæ cum magno „ pauperum, Subditorum gravamine, & detrimento hacte- „ nus practicabantur omnimode abrogarentur, & totaliter „ tollerentur, nunc vero Nobis, à dilecto Nobis devoto „ Joanne Joſepho de Camellis, Epiſcopo Munkacsienſi, ſub- „ miſsiſsime repræſentatum eſt, qualiter non procul à præ- „ fato Munkács, & in Bereghienſi Comitatu ſitum Mona- „ ſterium S. Nicolai, hujusmodi arbitrariis Inquartiriſatio-

„ nibus, & exactionibus Militiæ noſtræ nihilominus con-
„ tinuo gravetur: Quare nos dictum Monaſterium S. Nico-
„ lai una cum omnibus ibidem degentibus Perſonis, Spi-
„ ritualibus, nec non omnibus aliis incolis, & appertinen-
„ tiis, quocunque nomine gaudeant, nihil omnino excepto,
„ in Noſtram Cæſaream & Regiam Salvam Guardiam,
„ Præſidiumque & Tutelam clementiſsime ſuſcepimus, at-
„ que ab omni arbitraria Inquartiriſatione, & aliis inde
„ provenire ſolitis Militaribus gravaminibus totius noſtræ
„ Cæſareæ, & Regiæ Armadæ, ſub cujuscunque demum
„ Commando, ſeu Imperio, & Directione, ſive nunc exi-
„ ſtat, ſive in futurum exiſtere contigerit, totaliter & omni-
„ mode exemimus, & eliberavimus. Mandamus proinde
„ ſuper hoc vobis omnibus, & ſingulis, ſpecialiter autem
„ deſtinatis Quartiriorum Commiſſariis, & eorum Subal-
„ ternis, quatenus vos præattactum Monaſterium S. Nicolai,
„ cum omnibus ibidem degentibus Perſonis Spiritualibus,
„ una cum omnibus incolis, & appertinentiis ſub incurri-
„ bili, ac irremiſsibili ſæveriſsima pœna (excepta noſtra
„ expreſſa in Contrarium ordinatione, & mandato) omni-
„ mode imperturbatum, immoleſtatum, & ab omni Inquar-
„ tiriſatione liberum eſſe, & permanere ſinatis, Incolas
„ arbitrariis exactionibus pecuniariis, taxationibus, aut
„ aliis modis nequaquam gravetis, eorundem herbam, aut
„ fœnum, aut pecora minuta, equos item & currus, fru-
„ mentum, vinum, cereviſiam, victualia & omnia quæcun-
„ que alia nullatenus auferatis, nullam incommoditatem,
„ gravamen, aut detrimentum inferatis, nec ab aliis in-

„ ferri

„ ferri permittatis, fed ab his omnibus fub fuprafata irre„ mifsibili pœna omnino abftineatis: Contra hanc noftram „ expreffam Voluntatem, & Intimationem ac propterea de „ fuper Collatam Salvam Guardiam nihil attentare præ„ fumatis, imo huic prævio ipfo facto plenarie fatisfacere, „ & confequenter dictum Monafterium S. Nicolai, ficut & „ omnes ibidem degentes Perfonas Spirituales, & omnes „ alios Incolas in omnibus eventibus penes iftam dictam „ Salvam Guardiam manu tenere, & protegere debeatis. „ Hoc intendimus Nos, & ferio mandamus fub intermina„ tione amifsionis noftræ Gratiæ, & fub irremifsibili pœna, „ nec non facienda omnimoda recompenfatione omnis da„ mni caufati. Ita adimplebitur clementifsimum, ac ferium „ Mandatum noftrum, Voluntas, & Intentio. Datum in „ noftro Caftro Laxemburgæ, Anno falutis 1693. Regno„ rum noftrorum Romani 35. Hungarici 38. & Bohemiæ 37. „ Leopoldus (L. S.) Ad Mandatum Sacratifsimæ Cæfareo „ Regiæ Majeftatis proprium. *Johan Adam Wöber* m. p.

§ II. In ufu *Salvæ Guardiæ* feu Privilegii illius, Monafterium diu permanebat, & Incolæ Sub-Monafteriales ab omni onere publico exempti manebant exiftentes videlicet in Territorio Deo dicato fuccefsive nihilominus quæftiones obmovebantur in publico circa hasce eorundem Libertates, ut patet ex fequenti extractu Protocolli I. hujusce Comitatu Bereghienfi pagina 298. de Anno 1754.

„ Sunt circa Monafterium aliquot Domunculæ absque „ omnibus appertinentiis repertæ ab Incolis ex diverfis

„ locis confluxis inhabitatæ à potiori ſervitia Conventio-
„ nalia ad Monaſterium exercentes, ſed quia Terrenum
„ hocce ab antiquo Monaſterio conjunctum adeoque Deo
„ dicatum ejus Incolæ ab omnibus Datiis ſemper immunes
„ fuerunt, ex eo nunc quoque eosdem in Statu Immunitatis
„ relinquendos quidem cenſeri, ita tamen: ut ne impoſte-
„ rum profugi Contribuentes, oneraque publica declinare
„ volentes, eorſum recipiantur, & fundo Contributionali
„ hoc facto derogetur; Caſu enim in contrario tales onus
„ quoque impoſterum ſequi deberet.

§ III. De ſuper literas etiam Teſtimoniales Idem Comitatus Monaſterio elargitus eſt, quæ ſunt:

„ *Nos Univerſitas Prælatorum*, Baronum, Magnatum,
„ & Nobilium Comitatus Bereghienſis memoriæ commen-
„ damus tenore Præſentium ſignificantes, quibus expedit
„ Univerſis. Quod poſteaquam Nos ſub Concurſu noſtro
„ Generali die 17. menſis Julii, Anno decurrente in Oppi-
„ do Bereghſzaz celebrato ad Propoſitionem Dominorum
„ Officialium Dominiorum Munkács & Szent-Miklós, Co-
„ mitatui huic noſtro ingremiatorum, qua mediante nimi-
„ rum exponebant complures ſub Monaſterio Munkacsienſi
„ quaſi ſub Salva Guardia publicum onus ſubterfugientes
„ Subditos, & Colonos Dominales, aut ne fors aliorum
„ proprietariorum præexiſtere, conſequenter eorum velut
„ Lege non exemptorum, aſt potius publicæ Contributioni
„ ſubjiciendorum conſcriptionem efflagitabant. Nos ejus-
„ modi Propoſitione exaudita pro ejusmodi conſcriptione

„ or-

„ ordinavimus Egregios Ladislaum Bornemiſza, noſtrum „ Comitatenſem, & Joannem Spiner Dominalem Perceptores, qui taliter (ut præmiſſum eſt) pro Conſcriptione „ eorundem Incolarum Sub-Monaſterialium per nos ordinati ſub dato hodiernæ diei, nobis fideliter, & verbaliter „ retulerunt. Quod iidem juxta exmiſsionem & determinationem noſtram eatenus interventam, & ipſis commiſſam „ Conſcriptionem Sub-Monaſterialem adordiri nitentes per „ Reverendum Patrem Innocentium Gaſper, qua Venerabilis Monaſterii S Baſilii Magni de monte Csernek Superiorem ſolenni cum Proteſtatione præpediti, & neutiquam „ ſine Conſcriptionis Sub-Monaſterialium admiſsi exſtitiſſent, „ ea interpoſita per eundem Patrem Superiorem declaratione: Quod ſiquidem iidem Sub-Monaſteriales vigore „ Privilegiorum ſuorum coram Excelſa Regia Commiſsione „ occaſione Generalis Comitatus hujus, ac Dominiorum „ Munkacs & Szent-Miklós conſcriptionis in Anno adhuc „ 1749. peractæ productorum in ſua Immunitate relicti, „ & per eandem Excelſam Commiſsionem Regiam confirmati exſtitiſſent, & neque medio tempore ullus Contribuentium, aut Neoadvenarum eorſum ſemet recepiſſet, „ quin è converſo, ſi quis talis hactenus, aut expoſt etiam „ ſub idem Monaſterium ſemet recipiens repertus fuerit, „ talem citra omnem difficultatem ſemet extradatarum „ idem Pater Superior nomine totius Venerabilis Monaſterii „ declaraſſet; cujusmodi declaratione (taliter ut præmiſſum „ eſt) nobis facta penſata, & admiſſa juſtum, & æquum „ eſſe cenſuimus, quin imo id determinavimus ut omnino

 „ jun-

„ juncti Excelſæ Commiſsionis Regiæ hicce ut attactum „ eſt operantis: in ordine quoad eosdem Sub Monaſteria- „ les interventi Conditio obſervetur, qua mediante idem „ Sub-Monaſteriale ad ſuos antiquos Limites ſemet exten- „ dens Terrenum, ita regulatum deinceps habeatur, ut „ ſtante prioris Immunitationis commiſsionaliter, agnitæ „ ratione deinceps profugi contribuentes, ac alii eorſum „ non ſpectantes, aut onera publica, ac reſpective etiam „ privata declinare volentes ſub idem Monaſterium nulla- „ tenus recipiantur; quin imo recepti immediate proprie- „ tariis extradentur, Caſu in contrario (Salva repetitionis „ ſimilium cautela) onus non modo conſcriptionis, aſt pub- „ licæ etiam Contributionis eosdem ſubportare oportebit. „ Super cujusmodi taliter per nos interventa, inque Excel- „ ſæ Commiſsionis Regiæ puncto radicata Deciſione, & „ Determinatione Præſentes noſtras ſigillo noſtro Judiciali „ & Authentico corroboratas eidem Venerabili Monaſterio „ Jurium ſuorum futura pro cautela extradandas, & con- „ cedendas eſſe duximus literas Teſtimoniales communi ſua- „ dente Juſtitia, & æquitate. Datum ex Generali Congre- „ gatione, noſtra die decima tertia Septembris Milleſimo, „ ſeptingenteſimo, quinquageſimo quarto, in Oppido Be- „ reghſzaſz celebrata. (L.S.) Lecta, correcta, & extradata „ per me *Joannem Tarnoczy*, præfati Inclyti Comitatus de „ Beregh Ordinarium Juratum Notarium m. p.

§ IV. Turbabatur nihilominus in uſu Privilegii illius Monaſterium hocce ab Anno præſertim 1746. Dum enim

In-

Inclyta Dominia Munkács & Szent-Miklós (Sua Majeſtate ita clementer ordinante) Conſcriptioni Magiſtratuali ſubjicerentur, eotum primum homines quoque ſub Monaſterio degentes conſcribebantur oneri publico ſubjiciendi.

§ V. Egit quidem per Inſtantiam apud Suam Cæſareo Regiam Sacratiſsimam Majeſtatem pro ſtabilienda hac Salvæ Guardiæ uſu Illuſtriſsimus Dominus Epiſcopus condam Munkacsienſis *Manuel Olſavſzky*, ſed ſucceſſu haud favorabili. Inſtantiæ tenor:

„ Sacratiſsima &c. Ingenita Majeſtati Veſtræ Sacratis-
„ ſimæ, qua erga fideles, ac ſupplices Subditos ſuos fertur
„ Benignitas nervoſe ſuadet, maternaque in omnes aliorum
„ Protectione deſtitutos Clementia me animat, ut ſorte mea,
„ meorumque hujatum Patrum Baſilitarum coactus, ad
„ Auguſtiſsimum Majeſtatis Veſtræ Thronum profunda cum
„ veneratione acceſſum per hasce de genu præſumam ex-
„ poſiturus. Qualiter I. Cottus de Beregh miſeros aliquot
„ ſub Reſidentia, & Clauſtro meo paupere commorantes
„ homines conſcribere intentatus eſſet, imo jam occaſione
„ Generalis Congregationis, in Oppido Munkács recenter
„ celebrata improtocollatum, & ad meam in eo, ne Datiis
„ obnoxiarentur porrectam Inſtantiam minus obſtantibus
„ inferius declaratis Rationibus indorſatum foret, ut præ-
„ miſſa eorundem conſcriptione annuam penderent Taxam;
„ Quia vero miſeri illi aliquot homines in Fundo allodiali,
„ & Privilegiato ad quinquaginta circiter orgiarum ſpatium
„ in longum ſe extendente degentes, ab antiquo usque in

„ præ-

„ præſentiarum continuative ab omnibus publicis oneribus
„ exactionibusque pecuniariis ad benignum Salvæ Guardiæ
„ tenorem per pientiſsimæ Reminiſcentiæ Auguſtiſsimum
„ condam Romanorum Imperatorem & Hungariæ Regem
„ Leopoldum Majeſtatis Veſtræ deſideratiſsimum Avum,
„ quinto meo Anteceſſori clementer collatæ cum univerſis
„ ſuis appertinentiis immunes relicti fuiſſent; & vel ideo
„ in præfato Fundo allodiali, cum alioquin etiam, præter
„ exiguos illos, quibus inſident Fundos, aliud quidpiam
„ poſsident, prorſus nihil, nullæ ipſis eſſent Familiæ, nulla
„ Jugera, Territorium, aut aliud Beneficium nullum, imo
„ pro modica ſeminatura terram ſemper cogerentur eme-
„ re, hactenus perſeveraſſent, indignumque memoratorum
„ meorum Patrum ſtatum non nunquam in œconomicis,
„ manuariis laboribus ſublevaſſent, qui ſi aggravarentur,
„ certius nihil, quam quod omnes illico diſpergerentur.
„ Proſtratus proin ad Auguſtiſsimum Majeſtatis Veſtræ
„ Sacratiſsimæ Thronum de genu eatenus hnmillime ſup-
„ plico: Quatenus clementer conſiderato miſero meo,
„ meorumque ſæpe dictorum Patrum ſtatu mentionatam
„ Salvam Guardiam renovari, Idiomate Latino extradari
„ facere, ac benigniſsime confirmare, taliterque pientiſsime
„ conſolari dignaretur, ut prælibatus Comitatus de Beregh,
„ & Ducale Dominium Munkács deinceps, nullis publicis
„ oneribus, aut aliis quibusvis Pecuniariis exactionibus eos-
„ dem impeterent, verum ut antea, ita dein in Immunitate
„ illa pacifico uſu roborata conſervare, & imperturbatos
„ permittere velint. Clementia hæc Majeſtatis Veſtræ cedet

„ pro

„ pro majori DEI gloria , ſacræque Unionis Incremento. „ Ego vero una cum meis Patribus Religioſis pro Majeſta„ tis Veſtræ glorioſiſsimo, ac diuturno Regimine Altiſsimum „ jugiter exorare intermittam nunquam, tanquam Majeſta„ tis Veſtræ Sacratiſsimæ humillimus perpetuoque fidelis „ Subditus, & Capellanus *Michaël Manuel Olſavſzky*, *Epi„ ſcopus Munkacsienſis*, *& Vicarius Apoſtolicus*, in monte „ Csernek ad Munkacs 20. Junii 1757.

CAPUT XIV.

§ I.

Sua Cæſareo-Regia Majeſtas præattacta Inſtantia clementer accepta, eos mox benignos apud Excelſum Locumtenentiale Conſilium Regium Ordines eatenus facere dignata eſt, ut Idem Conſilium ab I. Comitatu de Beregh genuinam de ſuo hocce facto informationem exigeret, ac Suæ Majeſtati quo ocius & inomiſſe referret, ut patet ex his:

„ FRANCISCUS Dei Gratia Electus Romanorum „ Imperator Auguſtus ac Germaniæ, Hieroſolimitarum Rex, „ qua Corregens. Reverendi, Spectabiles, ac Magnifici, „ Magnifici item & Egregii, copialiter advolutæ Michaelis „ Manuelis Olſavſzky, Epiſcopi Munkacsienſis literæ re„ center huc perſcriptæ pluribus exhibent lamenta, & „ querelas ejusdem contra Bereghienſem Comitatum in eo „ poſitas, quod Is certos ſub Reſidentia, & Clauſtro dicti

„ Epiſcopi commorantes homines, qui ab antiquo (uti ex-
„ ponit) ad usque, ab omnibus Publicis oneribus vi etiam
„ certæ Salvæ Guardiæ per piæ Reminiſcentiæ Imperato-
„ rem Leopoldum uni Prædeceſſorum ſuorum collatæ im-
„ munes præexſtiterant, conſcribere, ſicque demum æque
„ ac alios præfati Comitatus Incolas, publicæ conſcriptioni
„ ſubjicere intentionetur, ſed & demiſſas ejusdem preces tam
„ intuitu prænotatæ Salvæ Guardiæ confirmationis, quam
„ & expediendorum ordinum, ne memorati homines ad
„ ulla publica onera præſtanda, per antelatum Bereghienſem
„ Comitatum impetantur, & quoquo modo adigantur.

„ Regium itaque hoc Locumtenentiale Conſilium no-
„ verit ſuper prædeductis, quidve etiam reſpectu allegatæ
„ Salvæ Guardiæ ſubſit, & unde factum ſit, quod antelati
„ ſub Reſidentia dicti Epiſcopi degentes homines, quive
„ ab antiquo ad usque nihil unquam contribuiſſe perhi-
„ bentur, jam de facto ad publica onera ferenda com-
„ pellantur, repetitum Bereghienſem Comitatum audire,
„ & hujus informatione ſuperinde accepta, quoad antelati
„ Epiſcopi petitum, ſenſum, ac mentem ſuam depromere,
„ & iſtud humillime perſcribere. Cui in reliquo Gratia
„ noſtra Cæſarea Regia benigne jugiterque propenſi ma-
„ nemus. Datum in Archi-Ducali Civitate Vienna Auſtriæ,
„ die decima tertia menſis Julii, Anno Domini Milleſimo,
„ ſeptingenteſimo, quadrageſimo ſeptimo. FRANCISCUS
„ (m. p.) Comes *Leopoldus de Nadasd* m. p. *Franciſcus*
„ *Koller* m. p.

§ II.

§ II. Fine proinde genuinæ Informationis in præmiſſo merito ad mentem Cæſareo - Regiæ Majeſtatis præſtandæ Excelſum Conſilium Locumtenentiale Regium prælibato Comitatui dum injunxiſſet, reſpondit idem Comitatus Bereghienſis ſequentibus:

„ *Excelsum Conſilium Locumtenentiale Regium, Domini* „ *Domini Gratioſiſsimi, Colendiſsimi!* Gratioſas ejusdem „ Excelſi Conſilii Locumtenentialis Regii die 18. menſis „ Julii Anno currenti, circa intentionatam per nos Sub- „ Monaſterio Patrum Baſilitarum, Reſidentia item Reveren- „ diſsimi Domini Michaëlis Manuelis Olſavſzky, Epiſcopi „ Munkacsienſis degentium hominum, conſcriptionem, & „ publico oneri ſubjectionem exaratas, una cum accluſa „ ejusdem Domini Epiſcopi pro certæ Salvæ Guardiæ, ad „ Terrenum (in quo dicti homines) extenſæ confirmatione, „ ac ex ratione allegati uſus ab omnium publicorum „ onerum exemptione ſupplicantis Inſtantia Suæ Cæſareo- „ Regiæ Majeſtati Dominæ noſtræ clementiſsimæ de genu „ exhibita, debito cultu percepimus literas, id præcipien- „ tis: quatenus genuinam, & circumſtantialem Excelſo „ Conſilio Locumtenentiali Regio eatenus ſubmittamus „ Informationem; quæ hæc eſt:

„ A compluribus retroactis Annis huic Comitatui ad- „ jacentia Munkács, & Szent - Miklós Dominia dimidium „ ſolum portarunt omnium (quæ huic Comitatui obtigerunt) „ onerum; & quoniam Fundationalia Univerſa prædicti „ Monaſterii Bona cum attacto Fundo ex Dominio Mun- „ kácsienſi fuiſſent excifa, quibus temporibus memoratorum

„ Dominiorum conſcriptio Comitatui huic admiſſa non ha-
„ bebatur, ſequaciter cum hoc pro tunc dictorum Domi-
„ niorum Officialibus perficere incubuiſſet, intermiſſum at-
„ tamen ſemper fuiſſet, ex parte Comitatus ad id contri-
„ bui, aut in quæſtionem ſummi nihil potuit; Jam autem
„ Anno ſuperiore per Suam Majeſtatem Sacratiſsimam Cæ-
„ ſareo-Regiam, cooperante præ potente ejusdem Excelſi
„ Conſilii Regii Patrocinio, clementer reſoluta univerſali
„ conſcriptione; ex quo quatuor Proceſſus hujus Comita-
„ tus, & recenſita Dominia conſcripta eſſent, judicavit
„ Comitatus juſtum fore, ut iidem Sub-Monaſterio degentes
„ homines etiam conſcribantur, & ſiquidem nec arabiles
„ terras, nec fœnilia propria, niſi à vicinis parato ære,
„ aut erga decimam comparentur haberent, ut moderatæ
„ taxentur æquum cenſeri; ex quo univerſa Bona Eccle-
„ ſiaſtica ſub Corona Regni exiſtentia ejusmodi oneribus
„ publicis obnoxia eſſent.

„ Salvam Guardiam quod attinet Germanico Idiomate
„ expeditam, ipſa Nomenclatura, quid Immunitatis eidem
„ ineſſe queat, ſatis exhibet; quæ cum Excelſo Conſilio
„ Aulæ Bellico expedita Militaribus Perſonis, & non Pro-
„ vincialibus ſonaret, tenorque ejusdem condeſcenſiones
„ Militarium, atque ſecum ferentes Incommoditates tantum
„ complecteretur, de Contributionis autem onere nihil at-
„ tingeret, & alioquin etiam exemptionem à Contributio-
„ nali onere inter præcipua Regiorum Privilegiorum ge-
„ nera relatum, ex Cancellaria Regia Hungarica Aulica,
„ & non alio Dicaſterio, neque ſtylo Salvæ Guardiæ de-

bere

„ bere emanari, quid proinde eadem hoc in paſſu ſuffra-
„ gari queat; alto ejusdem Excelſi Conſilii Regii ſubſter-
„ nitur Judicio. In reliquo nos ejusdem Excelſi Conſilii
„ Locumtenentialis Regii Patrocinio, & Gratiis commen-
„ dantes perſeveramus. Ex Generali Congregatione no-
„ ſtra die 14. menſis Auguſti Anno 1747. in Oppido Be-
„ reghſzaſz celebrata. Ejusdem Excelſi Conſilii Regii Lo-
„ cumtenentialis, Servi obligatiſsimi humillimi, *Univerſitas*
„ *Comitatus de Beregh.* m. p.

§ III. Accepta hac I. Comitatus Informatione, medio-que Excelſi Conſilii Loc. Regii præſentata, quidnam Sua SSma. Cæſ. Regia Majeſtas clementer reſolvere dignata ſit? non conſtat, Inſtrumento Literario ſ per hoc præ manibus haud exiſtente. Interea ſucceſſu temporis dicti Sub-Monaſteriales homines amiſsa immunitate priſtina, omnibus oneribus Publicis ſubjecti defacto manent.

CAPUT XV.

§ I.

Recenſitis jam iis, quæ Vir ille Apoſtolicus Joſephus de Camellis præclare geſſerat, in vita ſua; & quæ de eo, e Monumentis, ſcriptisque pervetuſtis, ac fide dignis, narratu digniora occurerunt, ſupereſt hæc pauca de ejusdem obitu referre.

Rexit hic Epiſcopatum Populumque Græco-Catholicum turbulentiſsimis temporibus & Rebellionibus ab Anno

 1618.

1618. usque ad Annum 1712. pene continuo durantibus, relicto ſuo Cathedrali, id eſt: Monaſterio Munkacsienſi (ubi habitare eotum periculoſum ipſi fuerat) pro ſecuriori ad I. Comitatum Saaroſienſem recedere debuit, monito Chriſti pariturus, dicentis: cum autem perſequentur vos in Civitate
Math. 10. v. 23. iſta, fugite in aliam. Fugit itaque Antiſtes hic Munkacsino Eperieſsinum, ubi etiam plenus meritorum, conſummato vitæ curſu Anno Domini 1704. ad æternitatem emigravit, à Principe Paſtorum Juſtitiæ Coronam indubie recepturus. Jacet corpus ejus apud P. P. Minoritas, hucdum (ut fertur) perdurans incoruptum.

§ II. Opere pretium duxi nonnulla adjicere de illo *Iſaia Monacho*, cujus in ſuis Manuſcriptis ſæpe meminit prælaudatus Antiſtes *Joſephus de Camellis*, & quem dicit montis ſancti Monachum, ſuum Compatriotam Monachum Græcum, Eccleſiæ Debreczinenſis Curatum, & Parochum à ſe Anno 1692. conſtitutum ſubjiciendo ipſi Sacerdotes, qui ſunt circa Varadinum, & Bihar, quem denique menſe Januario Anno 1694. conſtituit ſuum Vicarium in Partibus Hungariæ ſuper Valachos, & nominat ipſum Iſaiam Monachum de Karolyi (Archimandritam) ut ſuperius ex ejusdem Diario relatum eſt.

Iſaias Monachus hic è Græcia cum Epiſcopo *Joſepho de Camellis*, ſacram Unionem profitens Romam venit, & inde cum eodem ad Regnum Hungariæ, qua ejusdem Socius advenerat, erat hic ſtrenuus Cooperator Præſulis ſui, altera Columna, alterum Lumen Ruthenæ, & Valachicæ

Na-

Nationis, ſummo flagrans deſiderio propagandæ Religionis Catholicæ; Id enitebat quam maxime cum præficeretur Clero in partibus Valachicis, & Vicarius conſtitueretur, eotum contemptis omnibus propriis commodis & utilitatibus, verbo Dei & bono exemplo cunctos ad Ovile Chriſti adducere ſatagebat, ad omniaque pericula ſubeunda promptiſsimus, omnibus omnia factus, ut omnes lucraretur Chriſto: Hoſtibus Eccleſiæ terribilis: obtenta præſertim, ac clementer ſibi reſoluta aſsiſtentia, Brachioque Militari, circumſtantiis rerum ita poſcentibus, plenaria poteſtate, ac authoritate præditus, Eccleſias viſitat, Congregationes celebrat, populum ad frugem redire ſapientiæ Spiritu, pleno ſermone adhortatur, Imagines ſacras ex Eccleſiis per Proteſtantes ejectas, ad ſua loca reponi curat, pravas, & hæreticas conſuetudines eliminat; Eccleſias Calicibus, Apparamentis, aliisque neceſſariis ſuppelectilibus providet, Laicos per Miniſtros Proteſtantium intruſos, & poſitos dejicit, degradat, pœnis afficit, ac veros Sacerdotes, & legitime ordinatos ſubſtituit.

Liturgiam ſacram celebrare docet, Libros Rituales, Eccleſiaſticos procurat, Sacramenta omnia rite adminiſtrare Sacerdotes docet, & jubet. Matrimonia legitima, rata, & conſummata divortiari ſimpliciter denegat, inhibetque minis terret, imo contumaces etiam verberibus affici curat. Anno 1700. pervenit ad Diſtrictum Avas, Inclyti Comitatui Szathmar adjacentem, ibidem in monte ad Poſſeſsionem Bixad ſedem fixerat, magno cum gaudio & applauſu à Clero ejate, & Populo exceptus, & mox Reſidentia ſeu

Mo-

Monaſterio, & Templo providetur ſumptibus, & induſtria Avaſsienſis Cleri, & Populi.

§ III. Avas eotum erat totum Sylvis denſiſsimis, & imperviis refertum, & malevolorum hominum undique confluentium receptaculum; juſſu proinde Regio, erga Informationem Archimandritæ illius, Sylvæ excinduntur, Poſſeſsiones eriguntur, limitibus circumſcribuntur, doctrina per ipſum magnis incrementis propagatur, Populus rudis Dogmatibus Catholicis illuſtratur, imbuitur, in moribus perpolitur: erat idcirco hic in ſummo honore apud omnes probos, ac ſalutem ſuam curantes, verum in odio apud mundi amatores, nec mirum: Etenim mundus hic, (ut ait S. Hilarion) eſt ad ſimilitudinem domus ſtultorum, in qua alter ridet, alter ſaltat, alter flet, alter ululat, lamentatur: Non abſimiliter bonus hic Archimandrita, à bonis probisque in honore habitus, ab improbis autem ad necem quæſitus, & inventus ſacrilege occiditur.

Seminator enim Zizaniorum, atque ſalutis humanæ infenſiſsimus hoſtis, quod per ſe non poterat exequi, & à bono propoſito eum impedire, id egit per ſuos Miſsionarios Sathanas, Latronem quemdam *Joannem Suhaj* Valachum concitat, odio aliunde adverſus eundem æſtuantem, atque per alios ſibi ſimiles ſubornatum, qui aſſumptis ſecum quatuor ſociis, ex Poſſeſsione Sikálló nocturno tempore Bixadinum veniens, Monaſterium violenter invadit, & Archimandritam illum in fruſta crudeliter conecat, die 15. Maji Anno 1703.

CA-

CAPUT XVI.

JOSEPHUS HODERMARSZKY,
Epifcopus Munkacsienfis XV.

§ I.

Anno Domini 1704. Jofepho de Camellis feu fui Epifcopatus 15. ad æternitatem migrante (ita Tumbæ illius Infcriptione teftante) *Jofephus Hodermarfzky* per *Jofephum* Cæfarem Anno 1707. die 22. Septembris denominatus eft in Epifcopum Munkacsienfem.

Verum is, quia copiofæ Genti Ruthenæ contra Rebelles armiductorem cum cæde multorum femet præbuerat, à facra Sede Romana, ut Irregularis rejectus, confirmationem obtinere haud potuit. Erga quem Epifcopum quo clementiæ fuæ affectu idem Imperator propenfus fuerit, ob ejusdem fummam fidelitatem, egregia ftudia, ac infignem zelum (quem Populus quoque Ruthenorum fidelifsime fequebatur) ex Decreto Excelfi Confilii Bellici nomine SSmæ. Cæf. Regiæ Majeftatis emanato clare elucet, quod eft:

„ Sacræ Cæfareæ Regiæque Hungariæ & Bohemiæ „ Majeftatis Domini noftri Clementifsimi nomine, Domino „ Joanni Hodermarfzky, Epifcopo Munkacsienfi Græci „ Uniti Ritus, hisce benigne fignificandum, fumme memoratam fuam Sacr. Cæf. Regiamque Majeftatem, egregia „ ftudia, & infignem zelum, quæ illibata hucusque fide, „ Is, tum per fe, tum per Inclytum Ruthenorum Populum,

„ in ſuperioribus Hungariæ Partibus diverſis in Comitati-
„ bus ſitum, aut Poloniæ confinia accolentem, præſentes,
„ quibus inter totum Hungariæ Regnum Rebellium perfidia
„ miſere premitur, & affligitur, ærumnas conſpicuo ſuæ
„ devotionis exemplo, & opera quam plurimum in Officio
„ retentum in promovendis Cæſareis Regiisque ſervitiis,
„ & commodis eximie præſtitit, ac exhibuit, nec non pro
„ fideli conſtantis ſui animi obſequio, & nota prudentiæ,
„ probatisque dexteritate etiam in poſterum præſtare, ac
„ pro publico bono conferre poterit, peculiari Cæſareæ
„ Regiæque Majeſtatis ſuæ Clementiæ affectu ſibi cognita,
„ ac perſpecta ſemper habuiſſe, ac ſummopere exiſtimaſſe,
„ proindeque eidem Cæſaream ſuam, ac Regiam Gratiam
„ omnimodo, & benigne hisce confirmatam velle, Illum-
„ que ea præcipue amplecti propenſione, ac protectione,
„ quam & dictæ Inclytæ Ruthenorum Genti Clementiſsi-
„ mis Protectionalibus, luculentisque ac ampliſsimis im-
„ pertita, ac in omnes, uti & ſingulis, cum nihil magis,
„ quam ejusdem Gentis incolumitatem, ac ſecuritatem ſibi
„ cordi habeat, pro cujusque promptitudine, & ſervitio-
„ rum merito, haud deſituris clementiæ ſuæ documentis
„ elargitura, præſertim vero Illis, locupletiori Cæſareæ
„ Regiæque Magnanimitatis beneficentia abunde collatura
„ eſt, quos major honoris ſtimulus, & fidelitatis gloria ad
„ ſingularia quædam fortitudinis, & devotionis edenda ſpe-
„ cimina impulerit.

„ Quod porro Ipſi Domino Epiſcopo pro Cæſarea
„ Regiaque Reſolutione, & pleniſsimæ Gratiæ aſſecuratione,

„ quæ

„ quæ eidem Sua Sacratiſsima Cæſarea Regiaque Majeſtas „ jugiter propenſa manet, benigne inſinuandum erat. Sa- „ cratiſsimæ Cæſ. Regiæque Hungariæ & Bohemiæ Maje- „ ſtatis Domini noſtri Clementiſsimi nomine Domino Joan- „ ni Hodermarſzky, Epiſcopo Munkacsienſi, Græci Uniti „ Ritus benigne conſignandum (L. S.) Ex Conſilio-Bellico „ Viennæ 23. Septembris 1707. *Joannes à Tiell* m. p.

§ II. Præhabita Collatione Regia peractaque Inſtallatione, & Titulo Munkacsienſis Epiſcopi Inſignitum *Joannem Joſephum Hodermarſzky Joſephus* Cæſar pro conſequenda confirmatione ſummo Pontifici Romano præſentaverat, ſed absque ſubſecuto effectu, Sua ſiquidem Sanctitas quemdam *Polycarpum Filipovits*, Monachum Baſilianum ad Vicariatum Apoſtolicum in Diſtrictu Munkacsienſi obeundum, ſub Titulo Epiſcopi Bodonenſis deſtinaverat, quem tamen Cæſar ex rationibus mox declarandis acceptare renuit, ut ex literis Romam ad Agentem ſcriptis, quæ hic ſubjunguntur conſtat.

„ JOSEPHUS &c. Illuſtris Fidelis nobis ſincere dilecte. „ Poſteaquam in Partibus Regni noſtri Hungariæ Superio- „ ribus, in quibus deteſtanda moderna Rebellio ſuam ſum- „ pſit originem, eaque vigente Græci Ritus Ruthenorum „ cum S. Romana Eccleſia Unitorum Epiſcopus Joſephus de „ Camillis alias ad Titulum Sebaſtæ perprius conſecratus, „ ſed à loco Reſidentiæ utpote Munkacsienſis, ac etiam „ ab ejusdem Reſidentiæ & Bonorum eo pertinentium Col- „ latione Regia, per beatæ memoriæ Dominum Genitorem,

„ & Prædeceſſorem noſtrum eidem facta, ſubſecutaque ſolita
„ Introductione & Inſtallatione, Epiſcopus Munkacsienſis
„ nec aliter cognominatus, ante triennium circiter è vivis
„ ſublatus fuiſſet. Nos eidem Populo in Unione conſervando
„ proſpicere cupientes, ut primum fieri potuit, alium Joan-
„ nem utpote Hodermarſzky Patriæ Filium, ac apud
„ dictam Nationem acceptum, & demortui Epiſcopi Vica-
„ rium, ejusdem Græci Ritus Presbyterum, tum à Doctrina,
„ & cæteris animi dotibus, præcipue vero debita erga
„ Majeſtatem Noſtram fidelitate nobis commendatum, ad
„ eundem Epiſcopatum Titulo Munkacsienſi inſignitum,
„ Exemplo prælibati condam Domini Genitoris noſtri no-
„ minavimus, & promovimus, & prævia Collatione noſtra
„ Regia, peractaque Inſtallatione Suæ Sanctitati pro con-
„ ſequenda confirmatione, more ſolito præſentavimus,
„ nulli dubitantes, quin ſua Sanctitas ejusmodi præſenta-
„ tionem noſtram acceptura, & præfatum Joannem Hoder-
„ marſzky ad eundem Titulum, prout ſupponebamus omni-
„ no Canonizatum ſit confirmatura, & conſecrationem
„ ejusdem admiſſura. Interim præter omnem ſpem intel-
„ leximus Requiſitioni noſtræ, id quod Epiſcopatus Mun-
„ kacsienſis nec fundatus, nec canonizatus eſſe reperiatur,
„ pro obſtaculo opponi, ac ex eo alium quempiam Miſsio-
„ narium Epiſcopum eo deſtinatum propediem deſtinatum
„ eſſe. Eum autem Nos in præjudicium Regii Patronatus
„ ullum Miſsionarium, maxime talem, velut procul dubio
„ ignotum, tanto magis fors extra Hæreditaria Regna, &
„ Provincias noſtras oriundum Græci Ritus hominem præ-

„ ſer-

„ ſertim ob modernas in Hungaria circumſtantias, ad eundem Epiſcopatum admittere, & tam copioſum Populum cujuspiam à Nobis non nominati, ignoti, & alienigenæ Doctrinæ concredere nequeamus. Hinc quænam ſint eatenus aliæ etiam Rationem, & è contra benigna mens, & Intentio noſtra, ex incluſa Informatione, uberius perceptura eſt Fidelitas veſtra.

„ Quapropter, eidem benigne committimus, quatenus prænotatas rationes, Clementiſsimamque Intentionem noſtram ſuæ Sanctitati efficaciter repræſentare, ac in eo ne ad præfatum Epiſcopatum, quispiam alius (quem abſolute acceptare non poſſumus) ad evitandum etiam in Populo ſcandalum, cum proſtitutione Authoritatis, & Collationis noſtræ Regiæ exmittatur, nec etiam cum evidenti multarum centenarum animarum periculo, Idem Epiſcopatus ſuo legitimo Paſtore diutius deſtituatur, adeoque ut idem Epiſcopatus Munkacsienſis ſufficienti menſa proviſus, pro Græco Ritu ſemel pro ſemper acceptari, & in Eximium Orthodoxæ Fidei, & unionis Incrementum exemplo Epiſcopatus Szvidniczenſis cum dependentia ab Epiſcopo Agrienſi, canoniſari, ac per Nos præſentatus Joannes Hodermarſzky ad eundem Titulum confirmari, & conſecrari poſsit, omnimode adlaborare, & pro comperta dexteritate ſua id ipſum efficere velit, nec intermittat eadem Fidelitas veſtra. Quam Nos gratia noſtra Cæſareo Regia benigne jugiterque complectimur. Datum in Civitate noſtra Vienna Auſtriæ, die 5. menſis Januarii, Anno Domini 1711.

§ III.

§ III. Pro eodem Epiſcopo *Joanne Hodermarſzky* confirmando, ad eundem Agentem ſeu Protectorem ſcripſit Romam Regina Eleonora Magdalena Thereſia, Genitrix Imperatoris Joſephi, & Caroli. Tenor eſt hic:

„ *Eleonora Magdalena Thereſia.* Illuſtris Fidelis nobis
„ ſincere dilecte. Recenti adhuc vos tenere memoria non
„ ambigimus, quidnam Sereniſsimus condam Princeps Jo-
„ ſephus Imperator & Germaniæ, & Hungariæ &c Rex,
„ Filius noſter Glorioſæ Memoriæ deſideratiſsimus, tenore
„ benignarum literarum ſuarum ſub dato Viennæ Auſtriæ
„ die 5. menſis Januarii, Anni modo currentis infraſcripti,
„ ratione Epiſcopatus Munkacsienſis vobis benigne com-
„ miſerit, quatenus nimirum apud ſuam Sanctitatem omni-
„ mode adlaborare, & id ipſum efficere non intermittatis,
„ ut ſua Sanctitas ex adductis eotum gravibus rationibus,
„ & motivis Titulum hunc Epiſcopatus Munkacsienſis ſuffi-
„ cienti menſa proviſum, pro Græco Ritu ſemel pro ſemper
„ acceptare, & in amplius Orthodoxa fidei, ac unionis
„ Incrementum exemplo Epiſcopatus Schvidniczenſis, ac
„ aliorum ſimilium, cum dependentia tamen ab Epiſcopo
„ Agrienſi canoniſare, & Jure Patronatus nominatum,
„ præſentatumque Joannem Hodermarſzky ad eundem
„ Titulum confirmare, conſecrarique facere velit. Quod
„ equidem Suam Sanctitatem tanto libentius admiſſuram
„ firmiter credebamus, quo eximium exinde S. Matris
„ Eccleſiæ in grege ſuo ſubſecuturum Incrementum, con-
„ trario vero in caſu, diſpendium, & plurimarum anima-
„ rum ſuo Paſtore deſtituendarum metuenda jactura lucu-

len-

„ lenter demonſtrata fuerat. Et dum à tanto tempore
„ nullam vos, quidnam eatenus egeritis, aut effeceritis,
„ aut quid petitæ Canoniſationi, & Confirmationi obſtare
„ poſsit, Informationem nobis ſubmiſeritis, non ſolum pe-
„ titæ Canoniſationi, & Confirmationi ſuam Sanctitatem
„ non annuiſſe animadvertimus, imo eandem medio tem-
„ pore alium utpote Policarpum Filipovits, ex ordine Divi
„ Baſilii Ritus Græci ad Vicariatum Apoſtolicum in Regno
„ Hungariæ, & præfato Diſtrictu Munkacsienſi obeundum,
„ pro Natione Ruthena cum Titulo Epiſcopi Bodonenſis
„ deſtinaſſe, & exmiſiſſe, non ſine admiratione comperi-
„ mus, qui jam etiam apud Majeſtatem noſtram pro Bene-
„ ficio illo Eccleſiaſtico, quod communiter Epiſcopatus
„ Munkacsienſis appellatur, in ſubſidium ſuſtentationis ſuæ
„ ex ea ratione ſibi conferendo ſupplicuit, quia ſine hoc
„ nec media vitæ ſuſtentandæ, nec decori ſtatus ſui ſuſti-
„ nendo, ullus modus adeſſe, nec cum debito honore ſub-
„ jectis ſibi Populis præeſſe poſsit, cum autem alte titulata
„ condam Cæſareo Regia Majeſtas in prænotatis benignis
„ literis ſuis ſe cathegorice declaraverit, id ipſumque Suæ
„ Sanctitati repræſentandum vobis commiſerit, quod vide-
„ licet ad præfatum Epiſcopatum quempiam alium cum
„ derogamine Authoritatis, & Collationis Regiæ abſolute
„ acceptare nequeat, adeoque nec Nos Beneficium illud Ec-
„ cleſiaſticum, velut antehac nominato Joanni Hodermar-
„ ſzky legitime collatum propter omne ipſius demeritum, &
„ absque ſufficienti ratione ab eodem adimere, & præfato
„ ſupplicanti Policorpo Filipovits conferre potuerimus, ſed

„ nec

„ nec hunc veluti extraneum ex Rationibus antehac vobis „ perſcriptis ad præmentionatum Diſtrictum Munkacsienſem pro Vicariatu Apoſtolico ibidem obeundo, præſertim „ abſente adhuc Sereniſsimo, ac Potentiſsimo Principe „ Domino Carolo Tertio, Hyſpaniarum & Indiarum, ac „ Hungariæ Rege, Filio noſtro dilectiſsimo in Manifeſtum „ ejusdem Juris Patronatus in Hungaria Regii præjudicium „ ullatenus admittere valeamus. Interim vero extant diuturna quadriennali nimirum hujusmodi conſecrati Epiſcopi vacantia, tum in conferendis Ordinibus, tum etiam „ mille, & ultra Porochiarum exactæ adminiſtrationis vigilantia quotidianos defectus, & plurimorum ab Unione „ Sanctæ Matris Eccleſiæ receſſum, ac in populo etiam „ non levem confuſionem dolenter ſane intelligimuus.

„ Hinc Reginali & Rectricia Authoritate noſtra vobis „ benigne committimus & mandamus, quatenus negotium „ hoc apud ſuam Sanctitatem cum efficacia ponderoſarum „ Rationum, jam antehac etiam vobis perſcriptarum „ repræſentatione ſerio, & majori cum fervore aggredi, „ expreſſamque de non acceptato præfato Policarpo Filipovits, nec ullo Miſsionario Apoſtolico, cum præjudicio „ Juris Patronatus poſthac etiam admittendo Mentem & „ Reſolutionem noſtram ſuæ Sanctitati aperte exponere, „ adeoque ad Regiam, & legitimi Juris Patronatus Authoritatem illibate conſervandum, avertendum autem in „ Populo ſcandalum, & facile variabilis plebis Græcum „ Ritum profitentis confuſionem, verendumque multarum „ centenarum animarum, dum ex diuturna legitimi Epi-

„ ſcopi

„ ſcopi vacantis , & ejusdem muneris defectu ab Unione „ deſciverint, periculum in eo, ut dictus Epiſcopatus ſuo „ legitimo Paſtore non ulterius deſtinatur ; verum idem „ Titulus Epiſcopatus Munkacsienſis, ut præattactum eſt, „ ſufficienti menſa proviſus pro Græco Ritu ſemel pro ſem„ per acceptetur, & cum dependentia ab Epiſcopo Agrien„ ſi canoniſetur, ac jam antecedenter præſentatus Joannes „ Hodermarſzky, Patriæ videlicet Filius, ac apud dictam „ Nationem acceptus , & ſufficienti doctrina , ac animi „ dotibus præditus ad eundem Titulum confirmetur, & „ conſecretur , diligentius adlaborare , id ipſum efficere „ velitis, nec intermittatis. Gratia in reliquo noſtro Cæ„ ſareo Reginali vobis benigne jugiterque propendentes. „ Dabantur in Archiducali Civitate Vienna Auſtriæ , die „ 25. menſis Septembris Anno 1711.

§ IV. Pro eodem Joanne Hodermarſzky eadem Vidua Imperatrix ad Protectorem, ſeu Agentem adurſorias ſequentes ſcribit:

„ ELEONORA &c. Cum reddita nuper favente Deo, „ Regno Hungariæ interna quiete, nunc una noſtra cura „ ſit, quatenus fractis hinc inde tempore Rebellionis, per„ turbatisque rebus in Eccleſiaſticis æque, ac in Civilibus „ mox ſalubriter proſpiciamus; idcirco à vobis quampri„ mum edoceri volumus, an? & quem tandem exitum „ ſortitum fuerit illud negotium, quod de procuranda pro „ Joanne Hodermarſzky nominato à pientiſsime defuncto „ Imperatore , Filio quondam noſtro perdilectiſsimo, ceu

„ Rege Hungariæ, in Munkacsienſem Græci quidem Ritus „ Virum, Eccleſiæ Romanæ Unitum Epiſcopum, jam ad „ initium hujus Anni vobis per Cancellariam Hungaricam „ Auſtriacamque commiſſum fuit, cui ſi forte contra ſpem „ delationes illæ, quæ uti fertur, in odium prænominati „ Joannis Hodermarſzky ab æmulis ejusdem Romæ concio„ natæ ſunt, moram injecerunt, hoc caſu inſperato, ex ad„ jecto utroque folio Innocentia hujus viri à vita, moribus, „ ac doctrina, probati in Aula Pontificia ſummopere defen„ denda, ibique Officia veſtra verbis noſtris præſertim in„ terponenda forent, ut Sua Sanctitas rerum veritate, viri„ que integritate perſpecta de conſtituendo in Munkacsienſi „ Diſtrictu Apoſtolico Vicario immutet ſententiam, ac „ Regia Patronatus Jura, pro ſumma ſua æquitate, ab „ omni novitatis onere immunia conſervet, cui Voto noſtro, „ quin & ipſa Sua Sanctitas accedente, veſtra in promo„ vendo hocce negotio indefeſſa Induſtria aſſenſum ſuum „ ultro præbitura ſit, non ambigimus, quod ſupereſt &c. „ Datum Viennæ 3. Octobris 1711.

Joſephi quoque Cæſaris Succeſſor immediatus Carolus Imperator indilate egit apud Summum Pontificem *Clementem XI.* pro prælibato Epiſcopo *Joanne Joſepho Hodermarſzky* confirmando, conſecrandoque. Tenor literarum:

„ *Beatiſsime in Chriſto Pater, Domine Reverendiſsime!* „ Poſt officioſam noſtri commendationem, & filialis obſer„ vantiæ continuum Incrementum, Sanctitatem Veſtram „ Paterne meminiſſe non ambigimus, quod in Anno adhuc „ 1707. Sereniſsimus quondam Princeps Joſephus Romano-

„ rum

„ rum electus Imperator & Rex Hungariæ immediatus „ Prædeceſſor, & Dominus Frater noſter glorioſæ Reminiſcentiæ deſideratiſsimus, per mortem, & ex hac vita „ deceſſum Reverendi olim Joſephi à Camellis Græci Ritus „ cum Sancta Romana Eccleſia Catholica Unitorum Epiſcopi Munkacsienſis, & Sebaſtæ, ad vacantem hunc „ Epiſcopatum Munkacsienſem, prævio totius Cleri huic „ Epiſcopatui ſubjecti unanimi conſenſu & electione, Honorabilem Joannem Joſephum Hodermarſzky authoritate „ Juris Patronatus Regii benigne nominaverit, ac Bona „ ad menſam ejusdem Epiſcopatus applicata eidem contulerit, & Sanctitati veſtræ pro Apoſtolica ejusdem Benedictione & Confirmatione præſentaverit.

„ Et quia in præſens usque à pluribus jam Annis „ Populus ille, & ad Ovile Chriſti reductus Grex, legitimo „ Paſtore orbatus, cum ſummo Religionis Catholicæ, & „ Fidelium animarum diſpendio propter dilatam hactenus „ præfati electi, & nominati Epiſcopi confirmationem, ſe „ diſconſolatum lamentetur: — Cum tamen tempore Unionis ſuæ cum Sancta Romana Eccleſia in Anno 1649. & „ ſubſequenter factæ, Clerus ille Electionem ſui Epiſcopi „ Munkacsienſis ſibi per expreſſum reſervaſſet, ac à Beatiſsimo Innocentio X. piiſsimæ memoriæ ſummo Pontifice „ pro Petro Parthenio per eosdem electo Epiſcopo Munkacsienſi in Anno 1652. Apoſtolica confirmatione obtenta, „ eundem Petrum Parthenium Titulum, & Munia Epiſcopatus Munkacsienſis geſsiſſe, & exercuiſſe, variis Epiſcopalium Functionum & Ordinationum noviſsime reinven-

„ tis authenticis Inſtrumentis coram nobis remonſtraſſet, &
„ ubivis comprobare poſſet. Ac proinde Nos quoque ad
„ demiſſam etiam memorati Cleri Græci Ritus Unitorum
„ Inſtantiam, pro præfato Joanne Joſepho Hodermarſzky
„ eorundem electo & nominato Epiſcopo Munkacsienſi fa-
„ ctam, eundem præclaris ipſius virtutibus, & qualitatibus
„ ſufficientique Doctrina & Eruditione, cæterisque animi
„ dotibus, quibus Divinitus inſignitum eſſe nonnullorum fide
„ dignorum teſtimonio cognovimus, id ſuadentibus penes
„ morem Collationem Regiam in eodem Epiſcopatu Munka-
„ csienſi jam dudum prædicti Petri Parthenii Apoſtolicam
„ Confirmationem canoniſato conſervando cupiamus. Hinc
„ Sanctitati veſtræ pro impertienda eidem Apoſtolica Be-
„ nedictione de veteri Divorum majorum noſtrorum con-
„ ſuetudine Nos pariter præſentandum eſſe duximus, Filiali
„ cum obſervantia ab eadem Sanctitate veſtra petentes
„ quatenus pro exigentia Juris Patronatus Regii, & ad
„ confirmandam præfati Populi Unionem allegati exempli,
„ ac etiam ob eximius Sanctæ Matris Eccleſiæ, & in Ovile
„ Chriſti reducto Gregi ſubſecuturum incrementum, con-
„ trario vero in caſu ſummum diſpendium, & metuendum
„ receſſum prædeclarato piiſsimæ memoriæ Innocentii X.
„ ſummi Pontificis Sanctitatis veſtræ Prædeceſſoris ſalutari
„ Exemplo hujusmodi Præſentationem noſtram admittere,
„ ac ſæpefatum Joannem Joſephum Hodermarſzky Apo-
„ ſtolica ſua Benedictione confirmare, ipſam vero Confir-
„ mationem absque annatæ alicujus ſolutione Sanctitas
„ veſtra eidem extradare dignetur, faciet in hoc Sanctitas

„ ve-

„ veſtra rem Catholicæ Eccleſiæ proficuam, & Nobis gra-
„ tiſsimam. Quam Nos de Sanctitate veſtra Filiali obſer-
„ vantia, & officiis promerebimur. Cui Nos reverenter
„ offerimus, & obſequenter commendamus. Datum in Ci-
„ vitate noſtra Vienna Auſtriæ, die menſis Martii 11. 1712.
„ Regnorum noſtrorum. Ejusdem Sanctitatis veſtræ obſe-
„ quens Filius *Carolus* m. p.

§ V. Idem Cæſar *Carolus* de eodem merito ſcribit Romam ad Agentem:

„ CAROLUS &c. Illuſtris Fidelis nobis ſincere dile-
„ cte! Ex demiſſa Fidelis itidem noſtri honorabilis Joannis
„ Joſephi Hodermarſzky ad Epiſcopatum Munkacsienſem
„ Græci Ritus cum S. Romana Catholica Eccleſia Unito-
„ rum, jam à ſexennio, & quod excurrit per mortem Re-
„ verendi quondam Joſephi à Camellis vacantem, & ante
„ quinquennium adhuc à toto partium illarum Unito in
„ ſuum Epiſcopum electi, ac per Sereniſsimum quondam
„ Principem Joſephum Romanorum Imperatorem, ac Ger-
„ maniæ, Hungariæ &c. Regem, Dominum Fratrem no-
„ ſtrum glorioſæ memoriæ deſideratiſsimum, Authoritate
„ Juris Patronatus Regii ad eundem Epiſcopatum nomi-
„ nati, & Suæ Sanctitati pro Apoſtolica conſequenda Be-
„ nedictione, & Confirmatione præſentati, non ſecus totius
„ Cleri Uniti, alias eidem Epiſcopatui ſubjecti lamentatio-
„ ne dolenter intelleximus, Populum illum cum ſummo
„ Religionis Catholicæ, & Fidelium animarum diſpendio,
„ propter dilatam hactenus præfati electi, & nominati

 „ Epi-

„ Epiſcopi Confirmationem, legitimo Paſtore orbatum eſſe.
„ Probe vero memineritis, quidnam hoc in paſſu primum
„ quidem prælibatus olim Dominus Frater, & Prædeceſſor
„ noſter, demum vero Auguſta Imperatrix & Regina, Do-
„ mina Genitrix noſtra Honoratiſsima ſub dato Viennæ Au-
„ ſtriæ die 25. menſis Septembris, & Anni recenter elapſi
„ 1711. vobis commiſerint: quatenus nimirum ex Rationibus
„ in ejusmodi benignis literis uberius contentis, in eo, ut
„ jam antehac præſentatus Joannes Joſephus Hodermarſz-
„ ky ad Titulum Epiſcopatus Munkacsienſis confirmetur
„ & conſecretur, adlaborare, & id ipſum omnimode effi-
„ cere velitis. Sed quia in præſens usque petita dicti Epi-
„ ſcopi Confirmatio protelaretur, interim vero ex tam
„ diuturna præfati Epiſcopatus vacantia, tum in conferen-
„ dis ordinibus, tum etiam copioſiſsimarum Parochiarum
„ Adminiſtrationis vigilantia plurimi defectus, ac in Clero,
„ & Populo etiam (præſertim ob id, quod Curia Romana
„ Epiſcopatum Munkacsienſem pro Canoniſato recogno-
„ ſcere nolit) confuſiones invaleſcant, cum tamen tempore
„ Unionis ſuæ cum S. Romana Eccleſia in Anno 1649. &
„ ſubſequenter facta, Clerus ille Electionem Epiſcopi ſui
„ Munkacsienſis ſibi per expreſſum reſervaſſet, ac ab Inno-
„ centio X. ſummo Pontifice pro Petro Parthenio per eos-
„ dem penes conditionem tempore Unionis reſervatam è
„ medio ſui Electo Apoſtolica confirmatione obtenta, eun-
„ dem Petrum Parthenium qua Epiſcopum Munkacsienſem
„ titulo, & muniis Epiſcopalibus functum fuiſſe, authenti-
„ cis Inſtrumentis coram nobis remonſtraſſent. Hinc beni-

„ gne

„ gne visum est Majestati nostræ per novas nomine etiam
„ nostro in favore S. Matris Ecclesiæ, & præfati Cleri, ac
„ Populi legitimo Pastore orbati ad Suam Sanctitatem datas
„ literas, hisce acclusas, ac Suæ Sanctitati præsentandas,
„ eandem requirere, ut dilatam hactenus pro dicto Episcopo
„ nominato Munkacsiensi Apostolicam Benedictionem, &
„ Confirmationem extradare dignetur. Quo in passu, quid-
„ nam Suæ Sanctitati perscripserimus genuinam earundem
„ literarum nostrarum copiam cum aliis mentionati Græci
„ Ritus Cleri literis, pariter Suæ Sanctitati exaratis, &
„ exhibendis earundemque itidem copia, nec non allega-
„ torum prædeclaratæ cum S. Romana Ecclesia Unionis, ac
„ de Episcopalibus Petri olim Parthenii, qua confirmati,
„ & consecrati Episcopi Munkacsiensis functionibus, & or-
„ dinationum reproductorum Instrumentorum Paribus, pro
„ uberiori Informatione, & hujus Negotii terminatione vobis
„ transmittimus, ex quorum tenore uberius percipietis Epi-
„ scopatum hunc Munkacsiensem tempore etiam Schisma-
„ ticorum pro tali habitum, subsecuta vero Unione per
„ præfati Petri Parthenii confirmationem ab Innocentio X.
„ Summo Pontifice factam ipso facto Canonisatum fuisse,
„ adeoque exemplo hoc quoad modernum nominatum Epi-
„ scopum æque confirmandum Suæ Sanctitati nullam diffi-
„ cultatem subesse posse. Quapropter vobis hisce benigne
„ committimus & mandamus, quatenus repræsentatis Suæ
„ Sanctitati præfatis literis nostris, ac tum prioribus ante-
„ hac vobis communicatis, tum etiam accedentibus moder-
„ nis rationibus, Jure Patronatus nostri Regii, ac susceptæ

„ me-

„ memorati Cleri Unioni defervientibus, luculenter remon-
„ ftratis, Negotium hoc apud Suam Sanctitatem efficaciter
„ exoperari, ac ut jam antecedenter, ac modo per Nos
„ etiam præfentatus Joannes Hodermarfzky ad præfatum
„ Titulum Epifcopatus Munkacsienfis (ad quem dictus
„ olim Petrus Parthenius ab Innocentio X. Summo Pon-
„ tifice, ut præmiffum eft, confirmatus, adeoque Titulus
„ ille (pro Græco Ritu canonice acceptus fuerat) pariter
„ confirmetur, fedulo adlaborare, id ipfumque omnimode
„ efficere velitis, ac debeatis. Gratia in reliquo noftra
„ Cæfareo-Regia vobis benigne, jugiterque propenfi ma-
„ nentes. Datum in Civitate noftra Vienna Auftriæ, die
„ menfis Martii 1712.

§ VI. Idem Imperator pro Joanne Jofepho Hoder-
marfzky Romam fcribit:

„ CAROLUS &c. Quæ fuperioribus tum pientifsime
„ defunctus Dominus Frater nofter Imperator Jofephus
„ gloriofifsimæ memoriæ, tum etiam Augufta Domina Ge-
„ nitrix noftra, de promovenda pro Joanne Hodermarfzky
„ electo ante quinquennium in Munkacsienfem Græci Ritus
„ quidem, verum Ecclefiæ Romanæ Unitum Epifcopum,
„ Confirmatione Pontificia vobis peragenda commifit, ea
„ nunc & Nos, ne Ovile illud Chrifti pofthac diutius, fuo
„ fe Paftore deftitutum Jure doleat, ea lege repetimus, ut
„ adminiculationibus iis, quæ nuper per Cancellariam no-
„ ftram Regio-Hungaricam ad perficiendum quantocitius
„ hocce à diverfis præfati Joannis Hodermarfzky æmulis

„ per

„ per tot Annos retardatum Confirmationis Negotium trans-
„ mifimus illa, quæ forte adhuc dum per finiftras dictorum
„ æmulorum artes ingeri poffent, amoveatis obftacula,
„ fimulque pro illæfe confervando Regio noftro, ad eundem
„ Epifcopatum Munkacsienfem Patronatus Jure, in Aula
„ Romana jugiter infiftatis, & dum fuper Negotii iftius fuc-
„ ceffu, quamprimum edoceri cupimus; vobis porro gra-
„ tiam noftram Cæfareo-Regiam benignifsime confirmamus.
„ Datum Viennæ 16. Aprilis 1712.

CAPUT XVII.

§ I.

Poft tot tantasque adurfiones Regum, electus tamen ac nominatus Epifcopus Jofephus Hodermarfzky à Summo Pontifice Romano, Confirmationem confequi haud potuit, Curia Romana pro Obftaculo Irregularitatem fuperius attactam allegante: Quapropter Titulum & Honorem octo Annis geftum Epifcopi Munkacsienfis, tandem die 14. menfis Novembris Anno Domini 1715. Pofonii in manus Regias medio Eminentifsimi Cardinalis, Archi-Epifcopi Strigonienfis *Chriftiani Augufti* plene, ac legitima in forma fcripto effective refignaverat; affumpto fibi Titulo *Abbatis*, feu Archimandritæ Ordinis *Sancti Bafilii Magni de monte Cszernek*, Collatione Bonorum Monafterii ejusdem montis pro fe fuisque Religiofis retenta.

§ II. *Joanne Josepho Hodermarſzky* Titulo, & Honore Epiſcopi Munkacsienſis per Cæſareo-Regiam Majeſtatem benigne ſibi collato renunciante; erga recommendationem prælaudatæ Suæ Eminentiæ Cardinalis Chriſtiani Auguſti, à Clemente XI. Romano Pontifice, per Breve Apoſtolicum Roma ad S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 15. menſis Februarii, Anno Domini 1716. emanatum, conſtitutus eſt Vicarius Apoſtolicus Græci Ritus Unitorum in Diſtrictu Munkacsienſi *Georgius Bizantzy*, & per Cæſarem *Carolum* nominatus Epiſcopus Munkacsienſis; ac demum per Breve alterum, de dato diei tertiæ menſis Aprilis ejusdem Anni 1716. ab eodem Pontifice, Titulo, & Honore Epiſcopi Sebaſtopolitani condecoratus obtinuit facultatem, gratiamque Conſecrationis ſuſcipiendæ per Epiſcopum Græco-Catholicum ſibi conferendæ.

CAPUT XVIII.

GEORGIUS GENADIUS BIZANCZY,
Epiſcopus Munkacsienſis XVI.

Poſt Reſignationem Honoris, & Tituli Epiſcopalis Hodermarſzkianam juxta formam præexpoſitam, Georg. Genadius Bizanczy antehac Parochus Nagy-Kalloienſis, Græci Ritus Catholicorum Diſtrictus Transtibiſcani Archidiaconus, ac Epiſcopatus Munkacsienſis Sede vacante, Vicarius Generalis, per Clerum in Epiſcopum electus, per Cæſareo-Regiam Majeſtatem nominatus, & per Summum Pontifi-

cem

cem Vicarius Apoſtolicus renunciatus. Regimen ſuum à ſtudio concordiæ pacis, ac bonæ cum præattacto Archimandrita Harmoniæ auſpicatur, & idcirco certam cum eodem init Conventionem, vigore cujus ipſum conſtituit ſuum Generalem Vicarium; reſpectu Bonorum etiam Monaſterii in quorum poſſeſſorio, qua Abbas per Collationem Regiam ſtabilitus dictus *Hodermarſzky*, omni deinceps prætenſioni formandæ renunciat nominatus Epiſcopus, præterea ex Cathedratico aliisque tam fixis, quam etiam accidentalibus Proventibus Epiſcopalibus, tertiam eorundem partem Eidem Abbati reſolvit, aliaque complura ſibi ad invicem compromittunt, quæ continentur in ſequenti Inſtrumento literario Authentico:

„ NOS GEORGIUS GENNADIUS BIZANCZY,
„ Epiſcopus Sebaſtopolitanus, uti & Græci Ritus cum S.
„ Fide Catholica Unitorum per Diſtrictum Munkacsienſem Vicarius Apoſtolicus, eorundem per Suam Sacra-
„ tiſsimam Cæſaream, Regiamque Majeſtatem nominatus
„ Epiſcopus, ab una, parte vero ab altera Joannes Joſe-
„ phus Hodermarſzky Abbatiæ, & Monaſterii S. Nicolai
„ ad Munkacs Ordinis Sancti Baſilii Magni, Græci pariter
„ Ritus Unitorum Abbas, damus pro memoria præſentium
„ per Tenorem ſignificantes, quibus convenit Univerſis.
„ Quod quandoquidem ego Gennadius Bizanczy, poſtea-
„ quam præattactus Reverendiſsimus Dominus Joſephus
„ Hodermarſzky, Abbas dicti Monaſterii, Titulum, &
„ Honorem Epiſcopi Munkacsienſis, medio Eminentiſsimi
„ ac Sereniſsimi Principis, ac Domini Domini Chriſtiani

„ Augusti, Sacræ Regiæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis
„ Archi - Episcopi Strigoniensis in manus Regias Posonii
„ die 14. mensis Novembris, Anno Domini 1715. plene,
„ ac legitima in forma scripto, effective resignasset, ad be-
„ nignam Commendationem Altefatæ Suæ Eminentiæ, &
„ Serenitatis à Sacratissimo Domino nostro divina provi-
„ dentia Clemente XI. per Breve Apostolicum Roma ad
„ S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 5. men-
„ sis Februarii, Anno Domini 1716. clementissime emana-
„ tum, Græci Ritus Unitorum in Districtu Munkacsiensi
„ commorantium constitutus fuissem Vicarius Apostolicus,
„ & per Sacram Cæsaream Regiamque Majestatem Domi-
„ num Dominum nostrum clementissimum nominatus eorun-
„ dem Episcopus, cum præfato Domino Abbate Josepho
„ Hodermarszky, ad contestandam meam erga ipsum ani-
„ mi sinceritatem, sed vel maxime pro plurium (uti spe-
„ rare licet) animarum emolumento, ac majori pacis
„ mutuæ, amicitiæque nostræ firmitate, à qua plurimum
„ populi in Unionem cum S. Fide Catholica consensio de-
„ penderet, subinsertam motu proprio, & voluntate libera
„ iniverimus conventionem, ad quam inviolabiliter obser-
„ vandam, Partibus ab utrinque in Fide & Conscientia no-
„ stra Sacerdotali, Nosmet per præsentium vigorem irrevo-
„ cabiliter obstringimus atque obligamus. Et quidem:

„ I. Eligitur, & constituitur per me Georgium Bizan-
„ czy, sæpefatus Reverendissimus Dominus Abbas Jose-
„ phus Hodermarszky pro vero, ac legitimo meo in Spi-
„ ritualibus per Districtum meum Munkacsiensem Græci

„ Ri-

„ Ritus Unitorum Vicario Generali, quod officii fatigium, „ ut Is eo cum majori animi ſolatio & alacritate gerat, „ libere, & motu proprio inter Nos concluſimus, videli- „ cet; ut

„ II. Idem Reverendiſsimus Dominus Abbas, & Vi- „ carius meus duorum Pagorum Bubuliska & Lauka pro- „ ventus omnes, Decimas & obventiones, quin & decimas „ ex Pago & Promontorio Csernek & Poſſeſsione Oroſz- „ végh, pertinentias videlicet dictæ Abbatiæ, pro ſe, & „ ſuis Monachis Baſilitis libere, ac licite colligere, & „ integre percipere poſsit ac valeat; obventiones vero „ occaſione adminiſtrationis Sacrorum Ordinum, juxta Ri- „ tum Græcum præſtari ſolitas mihi duntaxat, & pro me „ integraliter reſervo. Ex reliquis porro univerſis, certis, „ & incertis proventibus Epiſcopalibus, ut ſunt, Cathedra- „ tica, Birſagia, Proceſſus Juridici, & id genus occurentia, „ quoquo modo nominata ratis duabus partibus pro me „ reſervatis, tertiam eorundem partem ſæpe nominato Re- „ verendiſsimo Domino Abbati, qua meo in Spiritualibus „ Generali Vicario, me pariter innegabiliter daturum & „ relicturum fide bona, ac Chriſtiana appromitto. Hoc „ tamen per expreſſum partibus ab utrisque declarantes, „ ut quemcunque noſtrum, ſeu me videlicet nominatum „ Epiſcopum, ſeu me ejusdem Reverendiſsimi Domini „ Epiſcopi Vicarium, omnes, vel aliquos dictorum pro- „ ventuum, ac obventionum alterius fors in abſentia per- „ cipere, vel incaſſare contigerit, uterque noſtrum ratas „ ſecundum hoc conventionis noſtræ punctum, partes juſte,

„ ſincere, & fideliter alter alteri tradere & extradare in
„ Conſcientia ſit obſtrictus. Ad hæc porro

„ III. Ego Joſephus Joannes Hodermarſzky, Abbas
„ Monaſterii S. Nicolai ad Munkacs, Reverendiſsimi Do-
„ mini Georgii Bizanczy Diſtrictus Munkacsienſis Græci
„ Ritus Unitorum Epiſcopi, & Vicarii Apoſtolici, noviter
„ per eundem conſtitutus Vicarius Generalis, ad conte-
„ ſtandam pariter meam erga ipſum Dominum Epiſcopum
„ benevolentiam, & grati animi ſubjectionem, non tantum
„ ad prædicta omnia ex parte mea illibate, & fideliter ſer-
„ vanda fide Sacerdotali me obligo, ſed etiam Reſiden-
„ tiam in præmemorato Monaſterio meo Sancti Nicolai
„ ad Munkacs, prælibato Reverendiſsimo Domino, Domino
„ Epiſcopo ultronee, ac ſponte libere cedo, admittoque
„ cum ea declaratione, quod dum idem Dominus Epi-
„ ſcopus domum ligneam per me in Area empta transferri,
„ exſtrui, ac ſuis perfici ſumptibus curaverit, eotum optio-
„ nem habeat, vel in ſic exſtruenda domo lignea, vel vero
„ in lapidea, in qua ego nunc habito reſidendi. In quo-
„ rum omnium nobis invicem ſtipulatis manibus bona fide
„ chriſtiana, & irrevocabiliter promiſſorum, & per nos
„ ſacroſancte obſervandorum majus robur, & Teſtimo-
„ nium, hasce manus noſtræ propriæ ſubſcriptione, &
„ ſigillorum noſtrorum appreſsione in quatuor firmatas pa-
„ ribus, unum videlicet apud Eminentiſsimum & Sere-
„ niſsimum Principem, ac Dominum, Dominum Chriſtia-
„ num Auguſtum, Sacræ Romanæ Eccleſiæ Presbyterum
„ Cardinalem Archi-Epiſcopum Strigonienſem, Dominum,

„ &

„ & Metropolitanum noſtrum benigniſsimum, aliud apud „ Illuſtriſsimum, ac Reverendiſsimum Dominum, Domi- „ num Gabrielem Antonium Comitem Erdödi, Epiſcopum „ Agrienſem, cætera duo præ manibus cujuslibet noſtrum „ pro futura memoria dedimus aſſervandas. Agriæ die 10. „ menſis Aprilis, Anno Domini Milleſimo, ſeptingenteſimo, „ decimo ſexto. Georgius Bizanczy, Græci Ritus cum S. „ Fide catholica Unitorum per Diſtrictum Munkacsienſem „ Vicarius Apoſtolicus, eorundemque per Suam Majeſtatem „ Cæſaream Regiam nominatus Epiſcopus m. p. (L. S.) „ Joſephus Joannes Hodermarſzky, Abbatiæ, & Monaſterii „ S. Nicolai ad Munkács, Ordinis S. Baſilii Magni pariter „ Ritus Unitorum Abbas m. p. (L. S.) Coram me Gabriele „ Antonio Comite Erdödi, Epiſcopo Agrienſi m. p. (L. S.) „ Coram me Joanne Kiſs, electo Epiſcopo Anſar. Abbate „ de Monyorod, Præpoſito Majore & Canonico Agrienſi, „ & per eandem Diœceſim Illuſtriſsimi, ac Reverendiſsimi „ Domini præfati Vicario Generali, Sac. Cæſareæ Regiæ- „ que Majeſtatis Conſiliar. m. p. (L. S.) Coram me Georgio „ Ignatio Handler, in præmiſsis Notario m. p. (L. S.)

CAPUT XIX.

§ I.

Georgius Genadius Bizanczy, qua jam conſtitutus prævie per Romanum Pontificem Vicarius Apoſtolicus, & per Suam Cæſareo-Regiam Majeſtatem nominatus Epiſcopus

pus Munkacsienſis à Clemente XI. obtinet facultatem, ſub titulo Epiſcopi Sebaſtopolitani Sacrum Epiſcopatus Ordinem ſuſcipiendi, per Epiſcopos Græci Ritus Catholicos ſibi conferendum, prævie depoſito Juramento, pro Græcis Catholicis præſcripto ad ſenſum Brevis Apoſtolici ſubinſerti:

CLEMENS P.P. XI.

„ Dilecte Fili, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. „ Apoſtolatus Officium meritis licet imparibus Nobis ex „ alto commiſſum, quo Eccleſiarum omnium regimini di- „ vina diſpoſitione præſidemus, utiliter exequi coadjuvante „ Domino cupientes, ſoliciti corde reddimur, & ſolertes, „ ut cum de Eccleſiarum ipſarum Regiminibus agitur com- „ mitendis, tales eis in Paſtores præficere ſtudeamus, qui „ populum ſuæ curæ creditum, ſciant non ſolum Doctrina „ Verbi, ſed etiam Exemplo boni operis informare, com- „ miſſasque ſibi Eccleſias in ſtatu pacifico, & tranquillo „ velint, & valeant Authore Domino ſalubriter regere, & „ feliciter gubernare: Cum itaque Eccleſia Sebaſtopolitana „ in Capadocia, quæ in partibus Infidelium conſiſtit, certo, „ quem etiamſi exinde quæcunque generalis reſervatio, „ etiam in Corpore Juris clauſa reſultet, præſentibus pro „ expreſſo haberi volumus, modo Paſtoris ſolatio deſtituta „ remanſerit, Nos ad felicem ejusdem Eccleſiæ proviſio- „ nem Paternis, & ſolicitis ſtudiis intendentes; poſt deli- „ berationem, quam de præficiendo ipſi Eccleſiæ Perſonam „ utilem, atque fructuoſam cum Venerabilibus Fratribus „ noſtris S. R. E. Cardinalibus, negotiis propagandæ Fidei

„ pro-

„ propofitis habuimus diligentem. Demum ad te Presby-
„ terum Catholicum Ritus Græci, ex legitimo Matrimonio
„ procreatum, & in ætate legitima conftitutum, quique
„ Vicarii Apoftolici Munkacsienfis in Hungaria munere
„ laudabiliter & fructuofe fungeris, & cui apud Nos de
„ vitæ munditia, honeftate morum, Chriftianæ Religionis,
„ & Catholicæ Fidei zelo, ac fpiritualium providentia, &
„ temporalium circumfpectione fidelia teftimonia perhiben-
„ tur, direximus oculos Noftræ mentis, quibus omnibus
„ debita meditatione penfatis, te à quibusvis Excommuni-
„ cationis, fufpenfionis, & interdicti, aliisque Ecclefiafticis
„ fententiis, cenfuris, & pœnis à jure, vel ab homine,
„ quavis occafione, vel caufa latis, fi quibus quomodolibet
„ innodatus exiftis, ad effectum præfentium duntaxat con-
„ fequendum; harum ferie abfolventes, & abfolutum fore
„ cenfentes, eidem Ecclefiæ Sebaftopolitanæ de perfona
„ tua Nobis, & memoratis Cardinalibus ob tuorum exigen-
„ tiam meritorum accepta de Fratrum Eorundem Confilio
„ Auctoritate Apoftolica providemus, Te illi in Epifcopum
„ præficimus, & Paftorem, Curam, Regimen, & Admi-
„ niftrationem ipfius Ecclefiæ Sebaftopolitanæ Tibi in fpi-
„ ritualibus, & temporalibus plenarie committendo: In
„ illo, qui dat gratias, & largitur præmia confidentes,
„ quod dirigente Domino actus præfata Ecclefia Sebafto-
„ politana per tuæ circumfpectionis induftriam, & ftudium
„ fructuofum regetur utiliter, & profpere dirigetur, & gra-
„ ta in eisdem fpiritualibus, & temporalibus fufcipiet in-
„ crementa, Jugum igitur Domini tuis impofitum humeris

T „ prom-

„ prompta devotione ſuſcipiens, curam & adminiſtrationem
„ præattactas ſic exercere ſtudeas ſollicite, fideliter, &
„ prudenter, ut ipſa Eccleſia Sebaſtopolitana gubernatori
„ provido, & fructuoſo Adminiſtratori gaudeat ſe commiſ-
„ ſam, Tuque præter æternæ retributionis præmium, No-
„ ſtram, & dictæ Sedis benedictionem, & gratiam exinde
„ uberius conſequi merearis. Præterea Tibi, ut ad Eccle-
„ ſiam Sebaſtopolitanam præattactam, quamdiu illa ab
„ Infidelibus detinebitur, accedere, & apud eam perſona-
„ liter reſidere minime tenearis, data Auctoritate de ſpe-
„ cialis dono gratiæ indulgemus. Cæterum ad ea, quæ
„ in Tuæ commoditatis augmentum cedere poſſunt, favo-
„ rabiliter intendentes; Tibi ut ab aliquo, quem malueris,
„ Catholico Antiſtite Ritus Græci, gratiam, & communio-
„ nem dictæ Sedis Apoſtolicæ habente, accitis, & in hoc
„ ſibi aſsiſtentibus duobus, vel tribus aliis Catholicis Anti-
„ ſtitibus ejusdem Ritus, ſimiles gratias, & communionem
„ habentibus, munus conſecrationis Ritu Græco præat-
„ tacto accipere libere poſsis, ac eidem Antiſtiti, ut
„ receptis prius à Te Fidei Catholicæ profeſsione; juxta
„ Articulos pridem à Sede Apoſtolica præattacta pro Græ-
„ cis propoſitos, ac Noſtro, & Romanæ Eccleſiæ nomine
„ fidelitatis debitæ ſolito Juramento, munus præattactum
„ Ritu Græco ejusmodi, Tibi Auctoritate noſtra impendere
„ licite valeat, plenam, & liberam harum ſerie auctoritate
„ præattacta tribuimus facultatem; Volumus autem, &
„ eadem Auctoritate ſtatuimus atque decernimus, quod ſi
„ non receptis à te per dictum Antiſtitem juramento, &

„ fidei

„ fidei profefsione ejusmodi ipfi Antiftites munus præatta-
„ ctum tibi impendere, & Tu illud fufcipere præfumpfe-
„ ritis, iidem Antiftites à Pontificalis Officii exercitio, &
„ tam ipfi, quam Tu à regimine, & adminiftratione tam
„ fpiritualium, quam temporalium Ecclefiarum Veftrarum
„ fufpenfi fitis eo ipfo. Datum Romæ apud Sanctam Ma-
„ riam Majorem, fub Annulo Pifcatoris, die tertia Apri-
„ lis M. DCC. XVI. Pontificatus Noftri Anno decimo fexto.
„ J. Card. Olincvius.

„ Dilecto Flio Georgio Bizanczy, Presbytero, Ritus
„ Græci Vicario Apoftolico Munkacsienfi electo, Sebafto-
„ politano.

§ II. Accepto hocce Brevi Apoftolico, fine confecrationis fuæ Epifcopus hic in Poloniam paulopoft profectus, ibidem per Epifcopum Græci Ritus Catholicum confecratus eft: Interea inde ad fuam reverfus Diœcefim novas iterum de diverfis objectis interventas controverfias, ac difficultates ab utrinque obmotas & vigentes, fcilicet Jofephum Hodermarfzky ut Abbatem inter, & fe ut Epifcopum præprimis componendas, ac complanandas habuerat. Iterum nova transactione opus erat: Quam etiam Agriæ Una conftituti cum bono fucceffu terminarunt, ac alterum Inftrumentum conventionis mutuæ confectum eft — fub dato Agriæ diei 13. menfis Maji, Anno Domini 1717. vigore cujus omnia confirmantnr, ac ratificantur contenta in priori Inftrumento Transactionis Anno priori 1716. die 10. menfis Aprilis initæ, quæ jam fuperius relata habetur. Præ-

terea in eo coallitum eſt, quatenus præexiſtens Muratum ædificium modernæ Domini Abbatis Reſidentiæ (donec domus lignea, ſumptibus, & impenſis Domini Epiſcopi vigore accordæ prius jam factæ & concluſæ, exſtrui, perficique curabitur) per medium dividatur, ejusque medietas meridiem reſpiciens ipſi Domino Epiſcopo obtingat, altera parte verſus Septentrionem Abbati reſervata, ad quam Idem Dominus Epiſcopus ſuis expenſis intra ſpatium duorum menſium, à dato præſentium computando, adaptandam, & perficiendam teneatur. Ubi autem antelatam domum ligneam Dominus Epiſcopus noviter exſtrui curaverit, liberum erit eidem, vel totam domum lapideam, vel vero ligneam pro ſe reſervare, alterutra eo tum pro Abbate relicta.

Ad hæc hortenſes fructus æqualiter dividendos eſſe, prout & hortulanum ab unoquoque in medietate ſuæ Conventionis exolvendum, ad invicem convenere. Demum Domino Abbati tribuitur facultas canonice benedicendi, & Infula utendi. His aliisque compluribus concluſis, ac deciſis, deinceps concordia, pax & harmonia Illuſtriſsimum Dominum Epiſcopum inter, & Dominum Abbatem, ejusdem Generalem Vicarium, conſtabilita manſit inalterabilis.

§ II. Curam, Regimen, Adminiſtrationemque Cleri & Populi ſibi commiſsi ſuſcipiens Genadius Epiſcopus, mox omne ſtudium, atque induſtriam in eo locare cœperat, ut ad ſtatum feliciorem præattactum Clerum ſuum promovere poſsit, urget tam apud Suam Majeſtatem, quam & apud

apud Inclytos Status Regni & Ordines diætaliter congregatos, ſolicitatque Leopoldini Diplomatis Confirmationem; Res ipſi ubique ceſsit ad Votum. *Carolus* Cæſar Diploma Genitoris, ac Prædeceſſoris ſui in favorem Cleri prælibati emanatum clementer confirmat, ac proinde Clerum hunc unius ſortis & æqualitatis cum Clero Latino eſſe decernit, à conſcriptione Fundos Parochiales clementer eximit. Filios Parochorum liberos eſſe ſtatuit, cæteraque Privilegia in prælaudato Diplomate contenta clementiſsime ratificat. Quod pariter Inclyti Status & Ordines Regni, ſub dato Poſonii diei 7. menſis Januarii, Anno Domini 1721. diætaliter congregati favorabiliter ſubſcribunt, atque benignam hanc Reſolutionem Regiam ſecundant: Hiſce adnexis teſtantibus capite ſequenti.

CAPUT XX.

§ I.

Nos Comes Nicolaus Palffy ab Erdöd, perpetuus in Ve-
„ rekö, Regni Hungariæ Palatinus, Judex Cumanorum,
„ Aurei Velleris Eques, Comitatuum Poſonienſis perpe-
„ tuus, Peſt, Pilis, Soldt vero ſupremus Comes, Arcis
„ Regiæ Poſonienſis ſupremus æque, ac hæreditarius Ca-
„ pitaneus, Sacratiſsimi Principis ac Domini, Domini
„ CAROLI SEXTI Dei gratia electi Romani Imperatoris,
„ ſemper Auguſti, ac Germaniæ, Hiſpaniæ, Hungariæ,
„ Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæque &c. Re-

 „ gis,

„ gis, Archiducis Auſtriæ, Ducis Burgundiæ, Brabantiæ, „ Styriæ, Carinthiæ, Carnioliæ, Marchionis Moraviæ, „ Comitis Habspurgi, Tyrolis, & Goritiæ &c. Actualis „ Intimus Conſiliarius, Camerarius, Generalis Campi- „ Mareſchalus, unius Regiminis Pedeſtris Ordinis Militiæ „ Germanicæ Collonellus, & per dictum Regnum Hun- „ gariæ Locumtenens damus pro memoria: Quod cum „ occaſione moderni Dominorum Prælatorum, Baronum, „ Magnatum, & Nobilium, nec non Inclytorum Comita- „ tuum, Liberarum, Regiarum ac Montanarum Civitatum, „ Dominorum Ablegatorum penes Benignum Sacratiſsimæ „ Cæſareæ Regiæque Majeſtatis Mandatum, adhuc pro „ prima præteriti menſis Septembris Anno 1720. in hanc „ Liberam, & Regiam Civitatem Poſonienſem in finem „ reportationis, & inveſtigationis Conſcriptionum Regni, „ Anno præterito 1720. æque ad Benignum Altefatæ Suæ „ Majeſtatis Sacratiſsimæ Mandatum, & Legis præſcri- „ ptum peractarum, ac pro eruendis exinde Portis publi- „ cati, ac ad præſens usque protracti concurſus Regni „ Publici: in inveſtigatione, & emendando exinde labore „ perduraſſemus. Eotum Reverendiſsimus Dominus Geor- „ gius Genadius Bizanczy, Ordinis Sancti Baſilii Magni, „ Epiſcopus Sebaſtopolitanus Munkacsienſis, & in parti- „ bus Regni Hungariæ Græci Ritus Vicarius Apoſtolicus, „ coram Statibus, & Ordinibus prævio modo Congregatis „ ſupplicuiſſet eo modo: Inclyti Status & Ordines Regni, „ Domini Domini, & Patroni benigniſsimi, gratioſiſsimi, „ colendiſsimi! Quamvis quidem humillimam afflicti

„ Græci

„ Græci Ritus Uniti Cleri in diverſis I. Regni Comitati-
„ bus degentis Inſtantiam, ex Benigno Suæ Majeſtatis Sa-
„ cratiſsimæ Domini, Domini noſtri clementiſsimi ad non-
„ nullos Comitatus adhuc in menſe Auguſto emanato, &
„ hisce pro uberiori Notitia in genuinis paribus accluſo
„ Mandato, I. Status, & Ordines Regni, ſat abunde in-
„ tellexiſſe nullus dubitem; nihilominus tamen pro Uberiori
„ Orthodoxæ Fidei Zelo promovendo, & Unionis cum
„ S. Romana Eccleſia optabili ſtabilimento, I. Statibus &
„ Ordinibus uberius quoque pro applacidandis gravamini-
„ bus humillime, una cum prænominato alias à Sanctiſsimo
„ Domino, Domino Pontifice noſtro Clemente undecimo,
„ Paſtorali Curæ meæ benigniſsime concredito Clero ſup-
„ plico, quatenus ſtatum antelati miſeri, & afflicti Græci
„ Ritus Uniti Cleri, charitate Chriſtiana, ac pietate Catho-
„ lica in conſiderationem cordi ſumendo, dignentur ex ſua
„ innata Pietate, & Clementia omnibus prodeſſe, & nemi-
„ ni obeſſe: ac modo dum tempus eſt acceptabile, gratio-
„ ſis Patrociniis eidem Clero vel maxime in Saaroſienſi,
„ Zempliníenſi, Ugocsienſi, Bereghienſi, Maramoroſienſi,
„ Szatmarienſi, Szabolcsienſi, Biharienſi, & aliis nonnullis
„ Comitatibus reſidenti, & munia ſpiritualia obeunti opitu-
„ lari, & ad mentem præſcripti Altefatæ Suæ Majeſtatis
„ Sacratiſsimæ benigni Mandati, eundem Clerum in ſuis
„ Immunitatibus, Privilegiis, & Indultis gratioſiſsime con-
„ ſervare, protegere, & manutenere, ne Nos Uniti com-
„ pluribus aliis circumjacentibus vicinis Schismaticis, &
„ prædicantibus (qui in ſuis immunitatibus ſacroſancte con-

„ ſer-

„ ſervantur) deteriores, viliores, & infeliciores ſimus:
„ Quæ omnia altiſsimo, & ſapientiſsimo I. Statuum, &
„ Ordinum Regni erga me, & præattactum afflictum, &
„ miſerum mihi ſubordinatum Clerum gratiam, & Patro-
„ cinium humillimis, & devotis precibus, ac demiſsis
„ ſervitiis, una cum modo dicto Clero promereri ſtudebo.
„ Perſeverando Inclytorum Statuum & Ordinum Regni
„ humillimus Servus, & Capellanus obſequentiſsimus Geor-
„ gius Gennadius Bizanczy, Ordinis S. Baſilii Magni Epi-
„ ſcopus Sebaſtopolitanus, & Munkacsienſis in Hungaria,
„ & partibus Vicarius Apoſtolicus. m. p.

Benigni vero Sacratiſsimæ Cæſareæ, & Regiæ Maje-
ſtatis accluſi Decreti tenor ita ſonabat:

„ CAROLUS SEXTUS Dei Gratia electus Ro-
„ manorum Imperator, ſemper Auguſtus, ac Germaniæ,
„ Hiſpaniæ, Hungariæ, Bohemiæ &c. Rex &c. &c. Re-
„ verendi, Honorabiles, Spectabiles, ac Magnifici, item
„ Egregii, & Nobiles, nec non Prudentes, & Circumſpe-
„ cti Fideles Nobis dilecti. Demiſſe, ſimulque quæruloſe
„ repræſentatum exſtitit Majeſtati Noſtræ Nomine, & in
„ perſona Fidelis Noſtri Honorabilis Georgii Genadii Bi-
„ zanczy, Græci Ritus Unitorum Epiſcopi Sebaſtopolitani
„ & Munkacsienſis, nec non per Regnum noſtrum Hun-
„ gariæ ejusdem Græci Ritus Vicarii Apoſtolici, qualiter
„ nimirum Vos pro parte, & ad Inſtantiam nonnullorum
„ Dominorum Terreſtrium, in quorum nimirum Dominiis,
„ & Tenutis Natio Ruthenica degeret, Sacerdotibusque
„ ſuis cum Sancta Romana Eccleſia unitis proviſa eſſet,

„ ejus-

„ ejusmodi Sacerdotum ad æqualitatem Ritus Latini Pres-
„ byterorum vi Benigni Diplomatis per Sacratiſsimum
„ olim Imperatorem & Regem Leopoldum, Progenitorem
„ & Prædeceſſorem noſtrum pientiſsimæ Recordationis de-
„ ſideratiſsimum, adhuc in Anno 1692. clementiſsime con-
„ ceſsi reductorum Parochiales Fundos occaſione moder-
„ næ Generalis Regni Conſcriptionis ad numerum porta-
„ rum conſcribi curare, pactoque tali, eo non obſtante,
„ quod ad mentem præfati ejusdem Privilegii Jus Patro-
„ natus eo usque, donec nimirum univerſa ad hoc obti-
„ nendum Sacrorum Canonum inſtituta exigunt, præſtitiſſe
„ non comperiantur, ſibimet vindicare non valeant, eos-
„ dem minus recte tractare, Filiosque demum eorundem
„ legitimos, contra ibidem memorati Diplomatis continen-
„ tias veluti liberis parentibus natos, non ſaltem ad ruſti-
„ citatem, & ſervitutem redigere, verum etiam in nonnul-
„ lorum Comitatuum locis, tanquam mancipia venumdare
„ nihil penſi ducerent, non ſine damno præjudicio item
„ prærogativæ eorundem Eccleſiæ, vel vilipendio Benigni
„ Diplomatis Cæſarei Regii admodum gravibus, & mani-
„ feſtis: Hinc ſupplicatum extitit Majeſtati noſtræ nomi-
„ ne, & in perſona antelati Epiſcopi debita cum Inſtan-
„ tia humillime, quatenus eidem de condigno Juris con-
„ ſervationis, utpote Ritus ſui Presbyterorum penes me-
„ moratum Privilegium remedio Benigne providere, & ne
„ Fundi ipſorum, in quibus Parochias ſuas erectas habe-
„ rent, conſcribantur, verum in Statu Immunitatis relin-
„ quantur, Vobis Benigne committere, & mandare di-

„ gnaremur. Cujus Nos humillima ſupplicatione, Regia „ Benignitate noſtra clementer exaudita, & admiſſa, ſi- „ quidem aliunde etiam quemlibet Fidelium noſtrorum „ penes Privilegia ſibi à Divis Prædeceſſoribus noſtris, „ utpote Hungariæ Regibus clementer conceſſa manutene- „ re, & contra quosvis Potentiores defendere noſtræ Re- „ giæ incumberet authoritati: ſed & Benignum Diploma „ Leopoldinum, quod memorati Græci Ritus Presbyte- „ ros cum Latini Ritus Sacerdotibus unius, & æqualitatis „ eſſe indicaret, per Majeſtatem Noſtram, qua ejusdem „ Divi olim Genitoris Noſtri Hæreditariorum Regnorum, „ & Provinciarum Succeſſorem clementer manutenentem „ veniret: Idcirco Vobis harum ſerie Benigne, ſimulque „ firmiter committimus & mandamus, quatenus acceptis „ præſentibus, intellectaque circa præmiſſa clementiſsima „ Diſpoſitione Noſtra & Voluntate, primum & ante omnia „ ab ejusmodi Fundorum Parochialium conſcriptione; niſi „ iidem Domini Terreſtres Jus Patronatus eatenus habi- „ tum, amittere velint, ſtatim, & illico deſiſtere, Filiosque „ demum ejusmodi Presbyterorum partim ad ſervitutem, „ & colonicalem conditionem (præterquam id, ſi nimirum „ abdicata libertate, ejusmodi colonicalem ſtatum in ſe „ aſſumpſiſſent) redactos, partim vero ſtupendo ſane modo „ venumdatos, priſtinæ libertati reſtitui facere, pactoque „ tali huic clementiſsimæ Commiſsioni noſtræ obſequen- „ tiſsimum morem gerere debeatis, & teneamini. Gratia „ in reliquo noſtra Cæſareo-Regia vobis Benigne propenſi „ manemus: Datum in Civitate noſtra Vienna Auſtriæ,

„ die

„ die decima tertia menſis Auguſti, Anno Domini 1720.
„ CAROLUS m. p. (L. S.) Ladislaus Adamus Comes Er-
„ dödi, Epiſcopus Nitrienſis m. p. Elias Vanyeczy m. p.

„ Quæ ejusdem demiſſa Inſtantia in Deputatione per-
„ lecta, & coram DD. etiam Convocatorum univerſali con-
„ ſeſſu relata exiſtente, hinc penſitata ex homagiali Fide-
„ litate Noſtra Sacratiſsimæ, Cæſareæ & Regiæ Majeſtatis
„ clementiſsima Voluntate, attactum Græci Ritus Clerum
„ ad inſtar Venerabilis Cleri Regni Hungariæ tractandum,
„ & una cum Filiis eorundem in Presbyteratu natis, velut
„ liberis, in Immunitatibus, Prærogativis, & Libertatibus,
„ in Patriis Legibus expreſſatis eidem competentibus, con-
„ ſervandum, & manutenendum, conſervandosque & ma-
„ nutenendos, Fundos etiam, ſeu jam ab antiquo pro Ple-
„ baniis per Dominos Terreſtres, & Eccleſiarum Patronos
„ exciſſos, & hactenus uſuatos, ſeu ſucceſsive per amiſsio-
„ nem ſub Divo condam Imperatore & Rege Leopoldo eum
„ in finem Benigne ordinatam, à Portarum connumeratione
„ exmittendos eſſe cenſuimus, ſicuti etiam exmiſimus. Ha-
„ rum noſtrarum Vigore, & Teſtimonio literarum mediante.
„ Datum in Libera, Regiaque Civitate Poſonienſi, die ſepti-
„ ma menſis Januarii, Anno Domini Milleſimo, ſeptingente-
„ ſimo, vigeſimo primo. Comes Nicolaus Palffy m. p. (L. S.)
„ Stephanus Dragſchics m. p.

„ Quod præſens Copia cum ſuo vero Originali concor-
„ det præſentibus atteſtor. Munkács, die 21. Martii 1721.
„ J. Joannes Hodermarſzky, Vicarius Generalis m. p.

CAPUT XXI.

Reverendifsimo Domino *Joanne Jofepho Hodermarfzky*, Ordinis Sancti Bafilii Magni Abbate, ac Monafterii ejusdem Ordinis in monte Csernek ad Munkács fundati Prælato, feu Superiore Regulari, fpatio Annorum tredecim munus hocce gerente tandem menfe Februario die decima fexta, Anno Domini 1729. pie in Domino requiefcente: Religiofa dicti Monafterii Communitas Unanimi Voto elegit fibi pro Regulari Prælato, & legitimo fuo Superiore ipfum Dominum Epifcopum *Gennadium Bizanczy*, fequentibus fub Conditionibus per prælibatam Communitatem propofitis, & per prælaudatum Dominum Epifcopum peramanter acceptatis & fubfcriptis, videlicet:

I. Ut Neo-Electus Prælatus Regularis omnia Bona Monafterii, tam mobilia, quam immobilia, cunctas res quoquomodo ad ipfum fpectantia, quocunque Vocabulo nominata, directe & immediate nomine Monafterii S. Nicolai Epifcopi & Confefforis, Titulo & Nomine Regularis Prælati & Superioris Ordinis S. Bafilii Magni, non autem Titulo Epifcopatus pofsideat, ufuet, regat, gubernet, ac fecundum literas Fundationales Theodori Keriatovics Ducis de Munkács; quæ pro folis duntaxat Religiofis, & Monachis Ruthenis fonant, eadem Bona adminiftraret. &c.

II. Ut Bona dicti Monafterii, five mobilia, five immobilia, fi alicubi audirentur, vel reperirentur, Beneficio pii Legati, vel quocunque alio recto modo obventa, aut ob-

„ lata,

lata, vel fi aliqua forent oppignorata, vel quocunque alio injufto Titulo, & modo alienata, eidem Monafterio rehabere, & reluere conetur.

III. Ut ad Religionem nemo fufcipiatur, aut eidem incorporetur, inconfultis & infciis Veteranis ejusdem loci Religiofis &c. nec aliquo mutetur aut translocetur quispiam, amoveaturque inconfulta tota Communitate Religiofa Loci.

IV. Ut Inventarium rerum, tam mobilium, quam immobilium in, & fuprafato Monafterio reperibilium quantocius conficeretur, illudque penes eosdem Religiofos, & ipfum folum prætitulatum Prælatum & Superiorem noftrum Regularem in Monafterio hocce maneret, ficut & literalia Inftrumenta penes eosdem Religiofos, & ipfum folum Prælatum retinerentur confervarenturque &c. &c.

Denique poft pia moderni Neo-Electi gratiofifsimi Prælati & Superioris noftri Regularis fata, prouti antehoc, nunc quoque & in pofterum, de eligendo Prælato & Superiore fuo Regulari, omnimode Liberam fibi Electionis facultatem dicti Religiofi per continuam temporum feriem Jure, tam communi, quam etiam fpeciali retinent, & refervant. His itaque inviolabiliter & imperturbate, ac ex integro ubique, & quoad omnia fervatis fervandis — — tum in internis, tum in externis Directioni Illuftrifsimæ, ac Rdifsimæ. Dominationis veftræ, tanquam Neo-Electi Prælati & Superioris fui — fuprafata Monafterii S. Nicolai Epifcopi & Confefforis, Ord. S. Bafilii Magni honorabilis Communitas, humillime fefe fubjicit, ac ejusdem prætitulatæ Domi-

 natio-

nationis veſtræ Paternis amoribus, ac gratiis ſe recommendat, atque etiam ad Conditiones iſtas in quatuor præmiſsis Punctis comprehenſas, & propoſitas Benignum Annutum, manusque propriæ ſubſcriptionem, ac pro vi, Firmitate, omniumque in præſenti Canonico Regulari Electione præſpecificatorum Robore, uſualisque ſigilli Munimentum, ac præſentis Electionalis, & inter utramque partem Conventionalis accordæ extradationem cum profunda, eaque humili ſubmiſsione exorat, ſupplicatque. Actum in Monaſterio S. Nicolai Epiſcopi & Confeſſoris, Ord. S. Baſilii Magni in monte Csernek ad Munkács. Die 22. menſis Februarii, Anno Domini 1729. Illuſtriſsimæ ac Rdiſsimæ. Dominationis veſtræ in Chriſto obſequentiſsimi Filii, & humillimi Religioſi Ord. S. Baſilii Magni Profeſsi.

Indorſata Reſolutio.

Præfatorum Religioſorum Ordinis S. Baſilii Magni, in Monaſterio S. Nicolai Epiſcopi & Confeſſoris, in monte Csernek ad Munkács Fundato degentium, ea qua par eſt, humillima Religioſa ſubmiſsione porrectæ Inſtantiæ Conditiones omnes obſervandas accepto, & ſubſcribo. In ſolita Reſidentia Epiſcopali ad Munkács, die 28. Februarii, Anno Domini 1729. *G. Gennadius Bizanczy*, Epiſcopus Sebaſtopolitanus, Munkacsienſis & Maramoroſienſis. m. p. (L. S.)

Præmiſſa hæc, quoad ſubſtantiam excerpta, & deſumpta ſunt ex ipſo Originali Inſtrumento fideliſsime per horum ſcriptorem.

Munere hoc Prælaturæ Religioſæ aſſumpto, Epiſcopus Genadius Diſciplinam quoque Monaſticam rigores obſer-

van-

vandam amplexus eſt, in communitate vixerat cum cæteris ſibi ſubordinatis Fratribus, victu eorundem frugali contentus, nihil proprii, ſed omnia communia habere voluit, memor ſemper Profeſsionis ſuæ Religioſæ, genuino ejusdem ſcripto luculenter atteſtante. Cujus tenor eſt:

„ GEORGIUS GENADIUS BIZANCZY, Dei, &
„ Apoſtolicæ Sedis Gratia Epiſcopus Sebaſtenus, & Mun-
„ kacsienſis, per Hungariam, & partes aquiſitas Vicarius
„ Apoſtolicus, & Abbas Monaſterii S. Nicolai Epiſcopi &
„ Confeſſoris, Ordinis S. Baſilii Magni de monte Csernek
„ &c. &c. Pro futura memoria, & cautela notum facio
„ tenore præſentium Univerſis. Quod cum de laudabili
„ Univerſalis Eccleſiæ Catholicæ præſcripto, & Sacrorum
„ Conſiliorum ſanctionibus non alias in Epiſcopum Græci
„ Ritus Unitorum Sebaſtenum & Munkacsienſem &c. Ordi-
„ nari voluerim, quam Religioſum in Monaſterio S. Nicolai
„ Epiſcopi & Confeſſoris, de monte Csernek prope Mun-
„ kács, Comitatu de Beregh exiſtente habitum aſſumendo,
„ & Religionem Ord. S. Baſilii Magni ſolemniter profiten-
„ do. Ideo vi ejusmodi Religioſæ Profeſsionis, præſertim
„ poſt factam ſpontaneam, & benevolam cum Fratribus
„ Conventualibus Ord. S. Baſilii Magni, in præfato Mona-
„ ſterio S. Nicolai Epiſcopi degentibus reincorporationem,
„ Prælaturæ eorundem aſſumptionem, & ſolitorum Pro-
„ ventuum, & fructuum mihi obtingentium, & parſimoniam
„ meam habitorum cum fructibus, & proventibus ejusdem
„ Monaſterii commixtionem, & confuſionem, non minus
„ me, quam quemcunque alium ejusdem Ordinis Profes-

ſum

„ ſum voto paupertatis ita obſtrictum, ut nihil proprii, „ ſed omnia cum prædictis, Reverendis Patribus Conventualibus communia me habere, recognoſcere debeam, „ adeo : ut nulla uberiore diſpoſitione mea, quam Sacris „ Canonibus declarata ſint, eſſet neceſſum. Quia tamen „ mortalitati, cujus diem, & horam ſcire non poſſum, ſubjectus forem, poſtquam non exiguæ eæque præjudicioſæ „ ſæpefatis R. Patribus Conventualibus Ordinis Divi Baſilii Magni, intuitu rerum, bonorumque per me etiam „ ante obtentam Epiſcopalem Dignitatem aquiſitorum, per „ aliquos cauſari poſſent Confuſiones, ideo ad easdem tollendas & præcavendas, ſequentem neceſſario duxifaciendam declarativam Diſpoſitionem. Et quidem

„ *Primo:* Quandoquidem ex Collatione Regia, nullum „ actuale (nec quidem Reſidentiæ locum, quo Caput reclinare valuiſſem) proviſum Beneficium, præter Epiſcopi „ Munkacsienſis cum ſolita Jurisdictione Titulum habeam, „ vi cujus Fiſcus Regius in per me aquiſitis bonis, ex proventibus Beneficiatis prætendere, tanto minus apprehendere poſsit; ſed omnia Bona mobilia, & immobilia à „ potiori ex proventibus Parochialibus, & aliis mihi ante „ Epiſcopatum competentibus obventionibus aquiſita, imo „ & alia quocunque Juris Titulo etiam in Epiſcopatu de „ more & inſtituto Orientalis Eccleſiæ, ex debitis mihi „ Obventionibus parta, ipſo Jure, & facto in ſæpefatos „ R. Fratres Conventuales Ordinis Divi Baſilii Magni devolvenda veniant, imo devoluta cum omnibus Juribus „ meis dici debeant; ideo piam meam circa ſtructuram

„ Ec-

„ Ecclesiæ lachrimantis B. Virginis Mariæ Pócsiensis, in „ Inclyto Comitatu Szabolcsiensi habitæ, intentionem post „ decessum meum (si interea me vivente ad perfectionem „ pervenire non posset) Eisdem recommendo, ita:

„ *Secundo:* Ut ex fructibus Portionum Pócsiensium &c. „ &c. dictam Ecclesiam pro posse suo ad perfectionem ædi- „ ficare continuent. Quæ ubi

„ *Tertio:* in suum statum deducta fuerit, ut perpetuo „ pro Græci Ritus, Ecclesiæ Romanæ Catholicæ Unita „ Ecclesia manere possit; ejusdem Inspectionem, & Divi- „ norum eadem administrationem dicti Religiosi Ordinis, „ Reverendi Patres Conventuales, & futurus regularis „ Monasterii S. Nicolai Episcopi & Confessoris, Fratribus „ Conventualibus incorporandus Episcopus Græci Ritus „ in se assument. &c. &c. &c.

„ Signatum in ipsa Religiosa domo habitationis meæ, „ in qua mori volo. Die 16. mensis Decembris, Anno „ Domini 1732. *G. Genadius Bizanczy*, Episcopus Sebast. „ Munkacsiensis, & Maramorosiensis m. p. (L. S.)

CAPUT XXII.

Eodem *G. Bizanczio* Kalloviæ qua Plebano, & Archidiacono ejusdem Districtus existente, & Sede vacante, Generali pro tunc Vicario constituto, Sacra Icon B. Mariæ Virginis Anno 1715. diebus 1-ma, 2-da & 5-ta mensis Augusti in Pócs lachrimari visa est. Quo (mediante Authen-

tica Inquiſitione) Miraculo comperto, Illuſtriſsimus Comes *Erdödy Gabriel Antonius* Epiſcopus Agrienſis, duos è Venerabili ſuo Capitulo Reverendiſsimos Dominos Canonicos, tanquam ſuos Plenipotentiarios Pócsinum exmiſerat eum in finem, quatenus dictam Deiparæ Imaginem, pro Publico Fidelium cultu, ac Veneratione exponerent. Quod etiam effective præſtiterunt dicti Canonici videlicet Joannes Kiſs, & Joannes Demeter conſignatis literis *Georgio Bizanczy* à prætitulato Domino Epiſcopo miſsis, quæ ſunt:

Admodum Reverende Domine!

„ Ex quo nupernus Imaginis Pócsenſis fletus juxta
„ ſeriem peractæ Inquiſitionis verus omnino ita ſe habens,
„ ac ſupernaturalis inventus, ac per me, qua Ordinarium
„ confirmatus eſſet, eapropter in legitima mei abſentia duos
„ hodie è gremio V. Capituli mei, videlicet Reverendiſsi-
„ mum Dominum Joannem Kiſs, Lectorem, & Reveren-
„ diſsimum Dominum Joannem Demeter, Cantorem Cathe-
„ dralis Eccleſiæ meæ Agrienſis, tanquam Plenipotentia-
„ rios meos Pócsinum, eum in finem exmitto: ut illi di-
„ ctam DEIparæ Imaginem pro publico Fidelium cultu ac
„ Veneratione libere in Domino exponere poſsint, ac va-
„ leant. — — — — — — — — —
„ Cæteroquin ſubalternis ſuis, ac ſpecialiter Eccleſiæ Ima-
„ ginisque Pócsienſis Janitoribus, ac Servitoribus omnem
„ erga dictam Iconem pietatem, vigilantiam, cuſtodiam-
„ que ſerio committi, inculcarique velim, qui ſum, &
„ maneo, ejusdem Dominationis Veſtræ Admodum Reve-
„ rendæ, Parens Addictiſsimus Comes Gabriel Antonius

„ Er-

„ Erdödy, Episcopus Agriensis. Agriæ, die 19. Septembris
„ 1715. Admodum Reverendo Domino Georgio Bizanczy,
„ Plebano Kalloviensi, nec non meo in spiritualibus inter
„ Græci Ritus Unitorum Clerum, & Populos Generali Vi-
„ cario. Kalloviæ.

Demum Vicarius hic Georgius (qui etiam qua Religiosus nominatus Gennadius) Bizanczy ad Episcopatum, ut alias dictum Munkacsiensem promotus, ædem Sacram in Pócs in locum præhabitæ ligneæ, è materialibus solidis cœpit construere propriis sumptibus, pietate erga Deiparæ Thaumaturgam Imaginem ductus, in eo semper omni conamine erat pientissimus Præsul, ut hoc Opus cœptum perficere, atque in vivis ad statum perfectum perducere posset: verum morte præventus voti compos factus non est, quidem elevaverat tamen ædificium hoc ad altitudinem notabilem, facta insuper, pro eo continuando, provisione possibili.

CAPUT XXIII.

Habebat *Gennadius* Episcopus ex parte Ordinis Religiosos, Communitatem Monasterii S. Nicolai constituentes præ cæteris memoria digniores, P. P. *Gregorium Bulko*, *Leontium Staroszta*, *Sabbam Geralszky*, *Procopium Kovejcsak*, & *Gedeonem Pazin:* Plenipotentialibus id Anno 1732. die 12. Augusti, pro parte Patris *Gregorii Bulko* datis literis testantibus; utpote per præattactos Patres subscri-

 ptis

ptis hoc ordine: *G. Gennadius Bizanczy*, Epiſcopus Sebaſtopolitanus, Munkacsienſis, & Maramoroſienſis, ac Prælatus Monaſterii S. Nicolai de monte Csernek m. p. (L. S.)
P. Leontius Sztaroſzta, Ord. S. Baſilii M. Profeſſus m. p.
P. Sabbas Geralſzky, Ord. S. Baſilii Magni Profeſſus m. p.
P. Procopius Kovejcsak, Ord. S. Baſilii M. Profeſſus m. p.
P. Gedeon Pazin, Ord. S. Baſilii M. Profeſſus m. p.

§. II. Religioſum *Gregorium Bulko* fuiſſe Virum non vacuum, præclaris donis, ac qualitatibus ornatum complura, quæ ad manus ſunt loquuntur literalia Documenta. Juvenem adhuc Scholas Anno 1721. Ungvarini frequentantem, *P. Daniel Dubravius* Jeſuita, hunc *Bulkonem* à vitæ probitate, à maturitate morum, à pietate ſpeciali laudis celebrabat Encomio literis Teſtimonialibus id perhibentibus.

In ſtatu poſtmodum Religioſo conſtitutum, prælibatus Epiſcopus *Bizanczius* dignum Idoneumque cenſuit, quem è Venerabili Clero ſuo delectum ad Antiſtitem Svidnicienſem Gregorium Vucsenics, defectu Individuorum eotum laborantem. Triennium ibidem exegerat Bulko inter Croatas Proto-Syncelli Officio functus, & iterum Anno 1732. necesſitate ita poſtulante inde revocatus eſt duplicibus Pasſualibus literis proviſus, quarum aliæ ſunt dicti Epiſcopi Raſcianico Idiomate confectæ; aliæ vero certi Collonelli Comitis Caroli Galler, Præſidii Criſienſis Commendantis, de dato diei 10. Martii Anno 1732. Tenor harum eſt:

„ Harum præſentium Teſtimonialium Exhibitor Reverendus Dominus Gregorius Bulko, Ordinis Divi Baſilii

„ Ma-

„ Magni Presbyter, & Hieromonachus, hucusque & vix „ non per triennium in Monasterio Græci Ritus Unitorum „ Ord. D. Basilii Magni ad S. Michaelem Archangelum, „ sub sacra obedientia Reverendissimi Domini Gregorii „ Vucsenics Svidniciensium, & Platearum Græci Ritus „ Episcopi, ejusdem Monasterii Marcsensis Abbatis, Pro- „ to-Syncelli officio functus: Ad Evocatorias Reveren- „ dissimi Domini Georgii Genadii Bizanczy, Vicarii Apo- „ stolici, Nationum Græci Ritus Unitarum, & Monasterii „ ad S. Nicolaum in monte Csernek penes Munkacs, in „ Comitatu Bereghiensi Inclyti Regni Hungariæ, ex hisce „ partibus eo reverti jam obligatur. In cujus rei fidem, „ & quod hic loci sanitate bona (Deo sint laudes) per- „ fruamur, hasce mea subscriptas, & sigillo majori robo- „ ratas extradare volui. Datum in Præsidio Crisiensi, die „ 10. Martii Anno 1732.

„ Carolus Comes Galler m. p. Sacratissimæ Cæsareæ „ Regiæque Majestatis Colonellus, Capitaneus supremus, „ & Commendans Confinii Præsidiique Crisiensis, nec non „ Vice-Generalis Generalatus Varadinensis. (L. S.)

Literæ Episcopi ex Rascianico versæ.

„ GREGORIUS VUCSINICS, Dei, & Apostolicæ Se- „ dis Gratia Episcopus Svidnicensis & Platensis, SS. Arch- „ angelorum Michaelis, & Gabrielis ad fluvium Glogov- „ nicze Archimandrita, Suæ Sacratissimæ Cæsareæ Regiæ- „ que Maj. Consiliarius &c. &c. Notum facimus, quibus „ oportet omnibus, Præsentes visuris, & lecturis; Quod „ Reverendus in Christo Frater Gregorius Bulko, Proto-

„ Syncellus noſter, quandoquidem in virtute ſacræ obe-
„ dientiæ à Reverendiſsimo Domino Sebaſtopolitano Anti-
„ ſtite, & Vicario Apoſtolico Georgio Gennadio Bizanczy,
„ de Monaſterio SS. Michaëlis, & Gabrielis Archangeli
„ partium Ivanicskenſium, mandatum accepit transeundi
„ ad Monaſterium S. Nicolai Epiſcopi, in partibus Hun-
„ gariæ fundatum; Idcirco, ut iter, & obedientiam ſuam
„ valeat debite perficere, hunc prænominatum Deum ti-
„ mentem Hieromonachum, omnibus Chriſti Fidelibus ſine
„ elargiendæ Eleemoſynæ & adjutorii eidem præſtandi, &
„ hoſpitii dandi recommendamus, teſtamurque eundem
„ de loco per Dei gratiam ſano, & pacifico iter, & obe-
„ dientiam ſuam ſuſcepiſſe. In cujus majorem fide dignita-
„ tem, propria noſtra Epiſcopali manu ſubſcribimus, &
„ conſueto ſigillo roboramus. In Monaſterio noſtro Abba-
„ tiali, partium Ivanicskenſium, menſe Martio die 25. An-
„ no 1732. Gregorius Vucsinics, Epiſcopus Svidniczenſis &
„ Platenſis m. p. (L. S.)

Ubi rediit domum ex Croatia *Bulko*, mox conſtituitur Plenipotentiarius, accipitque omnimodam poteſtatis facultatem Jura Monaſterii tuendi, eaque omnia, & ſingula, quæ pro bono, commodo, & emolumento Sacræ Religioſæ Communitatis utilia, & proficua videbuntur futura, agendi, tractandi, tranſigendi, concludendi &c. ut patet ex his:

„ NOS G. GENADIUS BIZANCZY, Dei, & Apo-
„ ſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Sebaſtopolitanus & Mun-
„ kacsienſis &c. Damus pro memoria ſignificando, quibus
„ expedit Univerſis. Quod Nos multum fidei, ac fideli

„ curæ,

„ curæ, induſtriæ, nec non ſincero affectui, Reverendi, ac
„ Religioſi in Chriſto Fratris, ac Patris Gregorii Bulko,
„ Ordinis Divi Baſilii Magni Profeſsi — — — confiden-
„ tes: Eundem prænominatum Reverendum Patrem, ac
„ Fratrem noſtrum in verum, ac legitimum elegerimus,
„ conſtituerimus, ordinaverimus Plenipotentiarium, dando,
„ & attribuendo plenariam, atque omnimodam poteſtatis
„ facultatem, quatenus — — — omnia, & ſingula, quæ
„ pro bono, commodo, & emolumento noſtro, adeoque
„ hujus Venerabilis Conventus S. Nicolai Epiſcopi & Con-
„ feſſoris, de monte Csernek, utilia, & proficua fore vi-
„ debuntur, agere, tractare, tranſigere, concludere, tam
„ intra, quam extra Judicium, Procuratores conſtituere,
„ revocare, quoties neceſſum fuerit, alios ſubſtituere poſsit,
„ ac valeat. Ratum, gratum, atque firmum nosmet pro-
„ mittimus habituros, quidquid per antelatum Fratrem
„ noſtrum, ac per eundem conſtitutos Procuratores actum,
„ factum, tractatumque fuerit, atque concluſum in Ne-
„ gotio noſtro ſupra ſpecificato. Harum noſtrarum Vigore
„ & Teſtimonio literarum mediante. Datum in Conventu
„ S. Nicolai Epiſcopi & Confeſſoris, in monte Csernek ad
„ Munkács, menſe Auguſti die 12. Anno 1732. G. Genna-
„ dius Bizanczy, Epiſcopus Sebaſtopol. Munkacsienſis, &
„ Maramor. ac Prælatus Monaſterii S. Nicolai de monte
„ Csernek m. p. (L. S.) P. Leontius Sztaroſzta, P. Sabbas
„ Geralſzky, P. Procopius Kovejcsak, P. Gedeon Pazin,
„ Ordinis S. Baſilii Magni Profeſsi m. p.

C A-

CAPUT XXIV.

Idem *Gregorius Bulko* electus, & conſtitutus eſt V. Monaſterii Hegumenus Anno 1733. atque poſt deceſſum Epiſcopi *Gennadii Bizanczy* per integros Annos ſeptem ad Annum usque 1740. munere hoc Hegumenali in monte Csernek fungebatur.

Tandem expleto hoc in Hegumenatu ſeptennio (conſtat id ex Abſolutionalibus hic ſubnectendis) per Epiſcopum *Gabrielem Blaſovſzky* pro Vicario mittitur ad Marmatiam. Utramque aſſertum dilucidabunt ſequentia duo Documenta. Primum ita ſonat:

„ Infraſcriptus tenore præſentium ſignifico, quibus ex-
„ pedit Univerſis: Quod Admodum Reverendus Dominus
„ *Gregorius Bulko*, Ordinis S. Baſilii Magni Profeſſus, San-
„ cti Nicolai Epiſcopi & Confeſſoris, ad Munkács fundati
„ Cathedralis mei Monaſterii, & ejusdem V. Conventus
„ per completum ſeptennium emeritus in Maramoroſienſem
„ Vicarium promoveretur, ac eo etiam pro regendo ſpiri-
„ tualiter V. Clero & populo, ſub ſacra obedientia exmit-
„ teretur, eo tunc olim ante ſeptennium immediate poſt
„ piæ memoriæ Illuſtriſsimi, & Reverendiſsimi Domini con-
„ dam Munkacsienſis Epiſcopi, Georgii Gennadii Bizanczy
„ mortem, cum Reverendiſsimo Domino Simeone Olſavſz-
„ ky, jam etiam pro nunc pie in Domino quieſcente, &
„ olim vita comine prætitulati pie defuncti Epiſcopi actuali
„ in ſpiritualibus Vicario, pro funeralibus, aliisque occur-

„ ren-

„ rentibus legitimis, & Canonicis necefsitatibus levatæ, at-
„ que per Venerabilis Capituli Agrienfis Deputatos quippe
„ Adm. Reverendum Dominum Joannem Strabo, Latini
„ Sacri Ritus Plebanum Munkacsienfem, ac I. Comitatus
„ Bereghienfis Vice-Archi-Diaconum, & Admodum Re-
„ verendum Dominum Michaëlem Olfavfzky, Sacri Ritus
„ Græci Ecclefiæ Munkacsienfis Parochum, & Cathedra-
„ lem Archi-Diaconum in fuis rite prædeductis Perceptio-
„ nibus, & Erogationibus adinventæ, & confcriptæ fummæ,
„ in Epifcopali Præfentia mea, coram iisdem præmemoratis
„ Dominis Deputatis de prædicta Bizancziana fumma, de
„ Monafteriali autem, & Conventuali fumma, deinde fuc-
„ cefsive per fpecialem, & induftriofam œconomiam ap-
„ profperata, ficut de omnibus Conventualibus rebus, &
„ fuppellectilibus præ manibus ejusdem habitis, coram omni-
„ bus hujatibus RR. Patribus, & Fratribus Profefsis Con-
„ ventualibus, fiquidem fcriptis, & vivis fufficientibus Te-
„ ftimoniis legitimis, non tantum ratiocinandorum Ratioci-
„ nationem, & reproducendorum Reproductionem fricto, &
„ Canonico modo ab eodem exactam rite, & legitime per-
„ egiffet; Verum etiam tam intrinfecus, quam forinfecus
„ boni Hegumeni, & œconomi partes cum approfperatione,
„ atque utili fupererogatione notabili adimpleviffe palam
„ remonftraffet: ideo eundem qua modernus hujas Ordi-
„ narius Venerabilis Cleri Regularis & Sæcularis, ei in
„ præmemorata Rationum ftricta exactione, qua Præfes
„ fine omni adinventa difficultate, undiquaque liberum, ac
„ pro omni tempore, & foro, ab ulteriori ratiocinatione

 „ im-

„ immunem per Præſentes Teſtimoniales literas manu mea „ Epiſcopali propria ſubſcriptas, atque uſuali ſigillo roboratas, pro futura ejusdem Perſonæ & Jurium cautela „ abſolutum quietumque pro ſemper reddo, pronuncio, & „ legitimo. Datum ſignatumque in mea ordinaria Epiſco- „ pali Reſidentia, die 28. Auguſti Anno 1740. Georgius „ Gabriel Blaſovſzky, Epiſcopus Agnenſis, Munkacs. Ma- „ ramoroſienſis, per Incl. Regnum Hungariæ, & partes ei- „ dem annexas Vicarius Apoſtolicus, Exactionis Rationum „ præſtitarum Præſes m. p. (L. S.)

„ Præſentes abſolutionales ob rei majus robur, nos „ per Excellentiſsimum, Illuſtriſsimum ac Reverendiſsimum „ Dominum Comitem, D. Antonium Gabrielem Erdödy, „ Epiſcopum Agrienſem gratioſiſsimum Diœceſanum (Titl.) „ Deputati, quoad ſummam Illuſtriſsimi ac Rdiſsimi con- „ dam Domini Georgii Bizanczy, Epiſcopi Munkacsien. „ (Titl.) ſubſcribimus, noſtrisque ſigillis munire non dubi- „ tavimus — Joannes Strabo, Parochus Munkacsienſis, „ I. Cottus Bereghienſis V. Archi-Diaconus, Excellentiſsimi „ Illuſtriſsimi Rdiſsimi Gabr. Antonii Erdödy, Epiſcopi „ Agrienſis Deputatus m. p. (L. S.)

„ Michaël Olſavſzky, G. R. Unitorum Munkacsien. „ Curatus Archi-Diaconus Cathedralis, Excellent. Illuſtr. „ Rdiſsimi D. Com. D. Gabriel. Antonii Erdödy, Epiſcopi „ Agrienſis Deputatus m. p. (L S.)

Alterum Documentum pro Gregorio Bulko ad Marmatiam, pro Vicario diſpoſito:

„ GE-

„ GEORGIUS GABRIEL BLASOVSZKY, Dei, &
„ Sacræ Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Agnenſis, Mun-
„ kacsienſis, Maramoroſienſis &c.

„ Præſentium per vigorem notum teſtatumque facimus,
„ quibus expedit Univerſis, ſignificantes tam Eccleſiaſtici,
„ quam Sæcularis ſtatus hominibus, ſignanter Nationis
„ Rutheno-Valachicæ, Jurisdictioni noſtræ Epiſcopali ſub-
„ jectis. Clero & Populo, Regulari & Sæculari I. Cottus
„ Maramoroſienſis, qualiter nam à vita, moribus, ac do-
„ ctrina Adm. Rdum Dominum Gregorium Bulko, Ord.
„ S. Baſilii M. Profeſſum, actu, & de præſenti Venera-
„ bilis Conventus noſtri Cathedralis S. Nicolai Epiſcopi &
„ Confeſſoris de monte Csernek Hegumenum; retro vero
„ actis Annis de indultu, & Benedictione Illuſtriſsimi, ac
„ Reverendiſsimi condam Domini Georgii Gennadii Bi-
„ zanczy, Anteceſſoris noſtri Epiſcopi Munkacsienſis, ac
„ Illuſtriſsimi & Rdiſsimi Wuchinics, Szvidniczenſis &
„ Plattarum condam Epiſcopi in Regno Croatiæ, Græci
„ Ritus Unitorum Officio Vicarii fungentem, noſtrumque
„ Sede vacante Epiſcopali Munkacsienſi Plenipotentiarium
„ Vicarialem in ſpiritualibus optime perſpectum, proba-
„ tumque habentes, ſeduloque perpendentes, quod muneri
„ noſtro Paſtorali nihil ita magis incumberet, quam in Dei
„ Eccleſia, Gregeque Dominico, à Sacra Sede Apoſtolica
„ nobis concredito, per Viros Idoneos, rectum, beneque
„ proviſum ordinem habere, conſervareque. Eapropter
„ eundem prælibatum Dominum Gregorium Bulko, qua
„ Subjectum Idoneum judicantes, in ejusdemque fidelitate,

„ morum integritate, ac vita Exemplari, rerumque tractan-
„ darum dexteritate, in futurum quoque in Domino con-
„ fisi, in Inclyto Cottu Maramorosiensi, super Græci Ritus
„ Orthodoxæ Ecclesiæ Clerum tam Regularem, quam Sæ-
„ cularem, Populumque Rutheno-Valachum Unitorum,
„ à sola nostra duntaxat Episcopali authoritate dependen-
„ tem, non vero Vicario nostro, quocunque tandem tractu
„ temporis constituendo Generali dependentem, obedien-
„ tiamque debentem in Vicarium Maramorosiensem decer-
„ nimus, eligimus, ac constituimus. Imo decreverimus,
„ elegerimus, constituerimusque: attribuendo eidem cum
„ requisita Jurisdictione, de præcepto Sacrorum Canonum
„ Vicariis conveniente facultatis potestatem, & potestatis
„ facultatem, causas Universas inter Clerum & Populum
„ emergibiles, ac interventuras revidendi, dijudicandi, in
„ iisdem de dictamine Sacrorum Canonum, secundum
„ æquum, & justum, vi officii Vicarialis procedendi, ac
„ finaliter dirimendi, terminandique, in salvo nihilominus
„ ad nos directe appellatione in omnibus permanente:
„ Universis proinde & singulis, Clero & Populo præatta-
„ ctis, signanter Proto-Popis Districtualibus, antelati In-
„ clyti Cottus Maramorosiensis authoritate nostra Episco-
„ pali in solidum, & in virtute sacrosanctæ, ac salutaris
„ obedientiæ nobis debitæ districte præcipientes commit-
„ timus, & mandamus sub pœnis, & censuris ferendæ sen-
„ tentiæ in contumaces, & refractarios in sacris Canoni-
„ bus constitutis; quatenus præfatum Dominum Adm. Re-
„ verendum Gregorium Bulko, authoritate nostra, & ad

„ no-

„ noſtrum Beneplacitum conſtitutum Vicarium pro vero „ ſuo, legitimoque Vicario Maramoroſienſi agnoſcere, debitumque eidem honorem, obedientiamque in omnibus „ ad Vicariale illius Officium pertinentibus præſtare nôrint, debeantque. Quamobrem: tam Bellicos ſupremos, & eorum Vicesgerentes, quam etiam, & ſignanter „ Illuſtriſsimum Dominum, ejusdem præattacti I. Cottus „ Supremum, & Spectabilem Dominum Ordinarium Vice- „ Comitem, Univerſaque Commembra Inclytæ Univerſitatis, Dominos item Officiales I. Fiſcalis Dominii Botsko, „ nec non Terreſtres Dominos, etiam Hæreditarios, quam „ Uſiles, & reliquos Civitatum, ac Oppidorum Magiſtratus, „ Titulis ſuis dignifsimos, & in particulari, & in genere; „ hiſce per officioſe requirendos, & reſpective etiam rogandos (quorum omnium favoribus eundem recommendamus) eſſe duximus, ut eatenus in juſtis & licitis occaſione, & necefsitate ſic ſecum ferentibus, eidem Vicario „ noſtro conſtituto non modo Patrocinari, ſed etiam Aſsiſtentiam præbere, perque ſuos Subalternos præberi facere velint, neque graventur: Gratiam & favorem eidem „ præſtandos nobis præſtitos exiſtimaturi, cum obligamine „ reciproca reddendi benevolentiarum pignora. In quorum „ omnium majus robur, & firmitatem has eidem Præſentes „ noſtras manupropria ſubſcriptas, ſigillique noſtri appreſſione roboratas extradandas cenſuimus, prouti etiam extradari fecimus. Signat. in Epiſcopali Reſidentia noſtra „ S. Nicolai Epiſcopi & Confeſſoris ad Munkács, Anno reparatæ ſalutis 1740. die ſexta menſis Septembris. Georgius

„ gius Gabriel Blaſovſzky, Epiſcopus Agnenſis, Munkacs.
„ Maramor. Vicarius Apoſtolicus m. p. (L. S.)

Et hæc ſunt, quæ de Religioſo Gregorio Bulko ex fide dignis, & indubitatis literalibus Documentis referenda occurrunt. Porro relata etiam ſunt nonnulla de eo non ſervata temporis ſerie ex eo, ne ſcilicet diverſis in locis, & quidem contra ſcopum propoſitum, narratio repetenda veniret circa eundem, resque per ipſum geſtas. Hinc id quoque hic loci adnectendum è re eſſe cenſui, quod Athanaſius Rednik, Sylveſter Kallyiani, & Gregorius Majer, è Tranſylvania ad Monaſterium iſthoc S. Nicolai in monte Csernek ſitum, per Epiſcopum Tranſylvanienſem *Joannem Innocentium Klein*, ſuo ſubeundo, & abſolvendo Novitiatu ſubmiſsi, Anno 1738. per hunc Gregorium Bulko qua Hegumenum in Aſceſi inſtituebantur: teſtantibus literis ad ipſum Vienna à prælaudato Epiſcopo J. Innocentio Klein exaratis. Tenor harum:

„ Admodum Reverende Pater, in Chriſto, Pater mihi
„ plurimum colende! Literas Admodum Reverendi Patris
„ jam dudum exaratas ob iter Viennenſe tarde percepi,
„ ad quas ex eo etiam tardius reſpondeo, quod cum apud
„ ipſam Auguſtam Aulam tum eorum, quorum ratione
„ ſcribit Adm. Rdus Pater, tum vero aliorum mei Cleri
„ negotiorum intuitu egerim, plenarie Adm. Rdum Patrem
„ certum reddere volebam; aſt ob ſiniſtras moderni tem-
„ poris circumſtantias, longius ac ſperabam iisdem dilatis
„ ſignifico, ut ratione chariſsimorum Novitiorum (nempe
„ Athanaſi Rednik, Sylveſtri Kallyiani & Gregorii Major)

„ fa-

„ faciat Adm. Rdus Pater ſicut in Domino judicaverit. Pro- „ feſsionem autem Religioſam peragant, juxta conſuetudi- „ nem receptum, & modum ab Adm. Rdo Patre in ſuis „ literis præſcriptum, addito omnimodæ Ven Monaſterio „ Balasfalvenſi, ejusdemque Prælatis ad mentem Funda- „ torum, obedientiæ, & perſeverantiæ voto — — — „ Ratione autem expenſarum in eosdem factarum, recur- „ rendum eſt ad Excelſam Cameram, quæ ut ſpero ſuis „ non deerit partibus, cum hoc Patrocinium in ſe aſſum- „ pſerit, brevi ut reor plura. Intuitu autem conſecrationis „ Illuſtr. ac Rdiſsimi Domini Epiſcopi, jam eidem ſcripſi, „ quam ſolennitatem vereor, ne Bullarum retardatio in „ longiorem protrahat moram: In reliquo dum piis preci- „ bus Adm. Reverendi Patris, ſuique V. Conventus, meos „ vero ejusdem Paternæ curæ, & favori commendarem „ perſevero. Adm. Rdi Patris Veteranus in Chriſto ſervus „ J. I. Klein, Epiſcopus Fogaraſienſis m. p. Viennæ 1. „ Octobris 1738. Adm. Rdo Patri in Chriſto, Patri Gregorio „ Bulko, Ord. D. Baſilii M. Religioſo Profeſſo, S. Nicolai „ Monaſterii & ejusdem Conventus ad Munkács fundati „ Proto-Hegumeno &c. Patri in Chriſto mihi plurimum „ colendo. In Hungaria Munkács.

Præattactum quoque *Joannem Innocentium Klein*, qua jam Fogaraſienſem nominatum Epiſcopum in hoc eodem Monaſterio S. Nicolai ad Munkács Ordinarium, rigoroſumque abſolviſſe Novitiatum ſub Epiſcopo adhuc *Gennadio*, qua dicti Monaſterii Prælato. Regulari Anno 1729. Judicat Extractus Proventuum Monaſterii per eundem Gennadium

dium qua Superiorem ab Anno 1729. à die 30. Februarii usque ad Annum 1733. diem 20. Junii inclusive perceptorum; In quo positio hæc continetur:

„ Item pro Intertentione Illustrissimi, ac Rdissimi „ Joannis Innocentii Klein, Episcopi Fogarasiensis, dum „ hic Munkacsiensi in nostro Monasterio Novitiatum peregisset, percepit idem prætitulatus Prælatus (Gennadius) „ pie defunctus Rflor. 240.

Id autem contigisse hoc modo fertur: Prænominatus *Joannes Klein*, adhuc qua Clericus quarti Anni Theologus, Tyrnaviæ Alumnus per Venerabilem Clerum Transylvaniæ in suum Episcopum electus, & per Cæsaream Regiam Majestatem resolutus, ac nominatus exstitit, & Tyrnavia qua jam nominatus Episcopus Fogarasiensis directe venerat Munkacsinum, hic assumpsit habitum Monasticum, hic transacto Novitiatus tempore, Professionem suscepit, & per consequens ad sacros Presbyteratus, & Episcopatus Ordines, per Episcopum Gennadium Bizanczy promotus censetur.

Hic *Klein* Episcopus ab Adversariis hominibus invidis, suæque fortunæ æmulis, in certo quodam Puncto delatus ad Suam Majestatem Regiam, & idcirco Viennam erat evocatus, & inde suasu, & Consilio cujusdam larvati simulatique sui amici, non expectata suæ causæ revisione, & censura Romam petiit, neque inde reversus amplius ad suam Cathedram, interea Innocens inventus, è proventibus Diæceseos suæ quot annis ad dies vitæ suæ percipiebat 1200. Rflor.

CA-

CAPUT XXV.

Verum redeamus unde digreſsi ſumus, narrationem de Præſule *Gennadio Bizanczy* continuaturi. Præſul hic Monaſterium Kraſznobrodenſe, à longo tempore ob injuriam, & viciſsitudines varias temporum deſolatum, Monachisque deſtitutum, atque per Sacerdotes, ac alios Curatores ſæculares diu adminiſtratum, Anno 1729. reſtabilivit, Monachisque inhabitandum effective tradidit, atque reſtitui juſsit.

Locus ille in I. Cottu Zemplinienſi ultra Homonam, in diſtantia trium milliarium prope limites Galitiæ, inter binas, Kraſznobrod & Csabin dictas Poſſeſsiones ſitus, à frequentia concurrentis (devotionis cauſa) populi, idque Dominica Pentecoſtes, & immediate præcedentibus diebus admodum celebris, jam ab aliquot Sæculis; de quo *Joſephus Juventius Hiſtoriæ Societatis Jeſu*, Parte V. Tomo poſteriori pagina 399. ad Annum 1612. hæc refert: „ Sa-
„ cram inquit ædem Deiparæ Virgini dedicatam, tertio ab
„ Homona lapide, impiorum furor everterat; eadem poſt
„ modum reſtituta, miraculis, & populi concurſu celebra-
„ batur: ipſis Sacræ Pentecoſtes diebus affluxerat pie
„ ſupplicantium ingens agmen. Catholicus Uladica (ſic
„ Antiſtites ſuos Ruſsi vocant) videlicet Athanaſius Kru-
„ peczky, Primislienſis Epiſcopus, ut Sacram ornaret
„ ædem, ejus fores tantisper occludi juſſerat, conclamant
„ Schismatici excludi ſe Templo, non ferendam injuriam,
„ ſimul corripiunt vectes, & valvas parant dejicere. Pro-

„ dit Antiſtes , ac furioſos lenire verbis tentat , ſed cum
„ nihil proficeret, recepit ſe in Sacrarium, ubi ab impia
„ multitudine, per feneſtram telis impetitus crudeliter, vix
„ à ſuperveniente Drugethio Comite, cruentus & ſemiani-
„ mis ereptus eſt, ejus illa prima vox audita fuit, qua roga-
„ bat Comitem, ut improbis ignoſceretur. Scelerata factio
„ refugerat in montes, conſcientia criminis, & immiſſo-
„ rum à Drugethio militum metu ; Uladicæ lenitas mirifice
„ illi populum conciliavit, & Catholicam illuſtravit Reli-
„ gionem, quæ tales expetit à Vexatoribus ſuis pœnas, ne-
„ que aliter injurias ulciſcitur, quam parcendo, & ferendo.
Hactenus *Juventius* Jeſuita.

Traditur præterea hac æde ſacra per impios everſa, atque exuſta, ſolam Iconem Deiparæ, quæ actu ibidem colitur, ab igne illæſam perſtitiſſe, in medio flammarum exiſtentem.

Status autem prælibati Monaſterii, tempore Introductionis Religioſorum quisnam fuerit, conſtat ex Documento Ruthenico Idiomate confecto, verſo in latinum, quod ſonat hoc modo:

Pro Futura, & æterna memoria.

„ Ad id tempus ſacrum Domicilium ſeu Monaſterium
„ Kraſznobrodenſe, ſancto Spiritui dedicatum eſſendo, ſub
„ cura ſæcularium Sacerdotum, non usque quaque divino
„ cultu, & ceremoniis conſuetis Eccleſiaſticis, prouti neque
„ decore debito proviſum exſtitit. Præterea Monaſterium
„ oportet eſſe non ſolum modo nomine tenus, ſed re ipſa,
„ quandoquidem, & ipſum nomen, & locus ſacer id exi-
„ geret, ut à Religioſis potius inhabitaretur, in majorem
„ glo-

„ gloriam DEI, & Religionis (id eſt Fidei Catholicæ) id
„ circo de gratioſo Juſſu, & Benedictione Epiſcopi Seba-
„ ſtopolitani & Munkacsienſis Georgii Gennadii Bizanczy,
„ Anno 1729. die 17. menſis Junii, iſthoc ſupra nominatum
„ Monaſterium inhabitare cæperunt, exmiſsi Munkacsino
„ à prætitulato Epiſcopo, utpote Pater Jeromonachus Leon-
„ tius Sztaroſzta Hegumenus, cum Fratribus ſuis Patre
„ Pachomio Koczibal, & Patre Benedicto Manyavſzky;
„ quibus tunc Patribus per Michaëlem Jareczy, Archi-Dia-
„ conum, & per Patrem Archi-Presbyterum Stephanum
„ Rokitovſzky in præſentia multorum Presbyterorum, &
„ ſæcularium Hominum, Fraternitate cum primis, id eſt
„ Curatoribus Monaſterii præſentibus Monaſterium præno-
„ minatum ipſis ad manus traditum eſt. Res in illo eotum
„ adinventæ ſunt ſequentes:

„ Eccleſia lignea, firma, Imaginibus debitis Localibus,
„ id eſt: Salvatoris, Deiparæ, aliisque de Ritu in Icono-
„ ſtaſio haberi ſolitis exornata, & bene tecta, Cruces ſuper
„ illa duæ ſunt ex lamina alba, Fundatione, aut aliis Pro-
„ ventibus nullis proviſa, excepto Indulgentiarum tempore,
„ cæmeterium dirutum, Ara una parva, in qua Ciborium
„ cum exiguo Tabernaculo absque ſera, crucula lignea,
„ tres mappæ, & antipendia, antimenſia quatuor, cande-
„ labra duo cuprea, altera arula Deiparæ Imaginis, in hac
„ una eſt mappula, & unum ſtrophiolum ſericeum aduſtum
„ flavum in finibus, ſeu in circumferentia, auro textum, &
„ unum candelabrum lamineum. In Protheſi reperiuntur
„ tres mappæ, calix ſtanneus antiquus cum patenula,

 „ ſtella,

„ ſtella, & cochleari fracto, Patena pro Amphora, & or-
„ biculus ſtanneus.

„ Apparamenta ſunt hæc: Albæ tres, Humeralia duo, „ Cingulus unus, Caſula una ex Materia texta auro, alia „ rubra ordinaria, Stolæ duæ ordinariæ &c. ad Calicem „ requiſita.

„ Libri ſunt hi: Evangelium, Miſſale, Triphologion, „ Triodion utrumque, Octoich, Apoſtolus, Campanæ duæ, „ Tintinabula duo, ex his unum perforatum.

„ Mappulæ in menſulis duæ, & aliquot Strophia, & „ Mantilia aduſta, & attrita. Feneſtræ, & portæ bonæ, & „ ſera in illa, Turibulum unum cupreum, Thus ſufficiens, „ & candelæ. Præter Eccleſiam eſt in Cæmeterio ædifi- „ cata Capella ex muro, in qua una turris rubra, altera „ minor viridis, Ara in ea una eſt, in qua eſt Imago mi- „ raculoſa DEiparæ, appenſum habens dentem argenteum, „ à Domina Comitiſſa Petõ Sigismundiana oblatum, in nigra „ catenula cum monilibus fœmineis unius ordinis, unum „ mantilæ, mappæ duæ attritæ, tertia tenuis elegans, An- „ tipendium duplex. Actum Anno 1729. die 17. menſis „ Junii.

„ In fidem horum omnium ſubſcribimus: Michaël Ja- „ reczy, Archi-Diaconus m. p. (L. S.) Mathias Presby- „ ter Rokitoienſis m. p. Petrus Presbyter Szukoenſis m. p. „ Joannes Puskár Incola Pichonenſis, Lucas Krajnik Szu- „ koenſis, Nicolaus, alias Mikula Incola Nyagoenſis, „ Okaly Csabinenſis, & omnes Fratres (ſeu Curatores) „ Monaſterii Kroſznobrodenſi.

Mo-

Monaſterium hoc ſucceſsive Divina Providentia, Munificentia Dominorum Terreſtrium, ſignanter Illuſtriſsimæ Familiæ *Wandernath*, & *Csaky* Comitum, item liberalitate Chriſti Fidelium, & Induſtria Religioſorum, & cum primis Antiſtitum Munkacsienſium, Paterna cura & ſolicitudine, ad hodiernam usque Diem magna accepit Incrementa, pro Decore & Gloria Almæ Diœceſis Munkacsienſis deſervientia, ut cuilibet perpendenti clarum eſt. Etenim Intravilanum Monaſterii illius ex gratia prætitulatorum Dominorum Terreſtrium de præſenti ita auctum habetur, ut pro omnibus neceſſariis commoditatibus, quibus opus habent pauperes Religioſi, omnino ſufficiat, hortum Seminarium circa Monaſterium eique contiguum ſatis amplum; locus Allodialis capacitatis ſufficientis, ubi ſita Domus pro familia, ſtabula, item horreum, & currule.

In locum ligneæ Eccleſiæ erecta lapidea ſatis ampla Anno adhuc 1752. terminata, ſubſcriptione in lapide ſupra portam Templi facti atteſtante, per Epiſcopum quondam Manuelem Olſavſzky conſecrata, omni nunc neceſſaria ſupellectili inſtructa, & Imaginibus, Iconoſtaſio pulcherrimis exornata, Turri præalta recenter adaucta. Adhæc Capella pro præattacta Icone DEIparæ Thaumaturga aſſervanda nova conſtructa habetur, Domus quoque Religioſa, ſeu Monaſterium Cellis ſufficientibus proviſum, omnia hæc è materialibus ſolidis poſita ſunt Anno adhuc 1759. die 20. menſis Maji. Fundamentis per Patrem condam *Macarium Suhajdam*, Ord. S. Baſilii Magni Proto-Hegumenum jactis, ut patet ex Documento. Quod ita ſonat: „ In Nomine

 „ Pa-

„ Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen. Anno à con-
„ dito Orbe ſeptem milleſimo, ducenteſimo, ſexageſimo
„ ſeptimo, & à Nativitate Chriſti Milleſimo, ſeptingenteſimo,
„ quinquageſimo nono, Regnante Auguſtiſsima Domina no-
„ ſtra MARIA THERESIA, Regina Apoſtolica, Clerum
„ Græci Ritus Unitorum Regente Illuſtriſsimo, ac Rdiſsimo
„ Domino Michaële Manuele Olſavſzky, Epiſcopo Ros-
„ ſenſi, Maramoroſienſi, Munkacsienſi, Vicario Apoſtoli-
„ co, die vigeſima menſis Maji, jacta ſunt Fundamenta
„ lapidea, pro Monaſterio ſimul ac Capella Thaumaturgæ
„ DEIparæ Virginis Mariæ miraculis claræ, ad Eccleſiam
„ Deſcenſionis Spiritui Sancto dedicatam Religioſorum Or-
„ dinis S. Baſilii Magni Profeſſorum, Ritus Græci Unitorum,
„ per eosdem Religioſos neo erectam, pure ex ſacra
„ Eleemoſyna viventium, multis jam abhinc ante actis
„ Annis hocce in loco jugiter DEO Famulantium, inter
„ Villas Csebin, & Kraſznobrod, in Territorio attamen
„ Kraſznobrodenſi, Inclyto huicce Comitatui Zemplinienſi
„ adjacente, ac ad Inclytum Dominium Homonenſe ab
„ antiquo ſpectante, cum confirmatoriis Illuſtriſsimæ Do-
„ minæ Comitiſſæ, natæ Mariæ Thereſiæ Zichy, relictæ
„ Viduæ Illuſtriſsimi quondam Comitis Franciſci Vander-
„ nath, Dominæ hæreditariæ, ac Sororis ejusdem Annæ
„ Comitiſſæ, natæ Zichy, relictæ pariformiter Viduæ Illu-
„ ſtriſsimi Domini Comitis Franciſci Csáky; per R. Pa-
„ trem Macarium Suhajda, Ordinis S. Baſilii Magni Re-
„ ligioſum Profeſſum, Ven. Monaſterii S. Nicolai Epiſco-
„ pi & Confeſſoris, in monte Csernek ad Munkacs fun-

„ dati

„ dati Hegumenum, ejusdemque Ordinis Sacri Proto-He-
„ gumenum. Sequuntur nomina Patrum Profefforum ejus-
„ dem Ordinis :

„ Joannicius Szkripka, Superior V. Monafterii Maria
„ Pócsenfi. Gennadius Blicha, Superior V. Monafterii Bi-
„ xadienfis. Gabriel Bacsinfzky, Superior loci. Innocen-
„ tius Kafper, Vicarius loci, nec non Novitiorum Magi-
„ fter. Martirius Kafper, Vicarius montis Bukocz. Jofe-
„ phus Adamovics, Confeffarius loci. Athanafius Torifz-
„ ky, p. t. Procurator ejusdem loci. Venerandus Frater
„ Dofitheus Pram, Profeffus.

„ Novitiorum nomina in eodem V. Monafterio degen-
„ tium. Neftor Makranczay, Juftinus Labancz, Jeremias
„ Rutkay, Vitalius Varjanka, Halaction Popik, Martinus
„ Popovnjak.

CAPUT XXVI.

SIMEON OLSAVSZKY,

Epifcopus Munkacsienfis XVII.

Georgio Gennadio Bizanczy ab Anno 1726, usque ad Annum 1733. adeoque per octo Annos Clerum & Populum Græci Ritus Catholicorum feliciter Regente, & pie in Domino requiefcente, atque in Monafterio hocce Sancti Nicolai in monte Csernek fepulto, menfe Julio Anno 1733. Voto Cleri electus *Simeon Olfavfzky*, denati Epifcopi Gen-

Gennadii, Generalis Vicarius, eodemque Anno 1733. die 26. menſis Auguſti per Imperatorem Carolum VI. nominatus, & per ſummum Pontificem in Vicarium Apoſtolicum reſolutus exſtitit.

Acta prænominati Epiſcopi *Simeonis Stephani Olſavſzky* ad poſteritatem transmittenda, ad manus nulla occurrunt, præter unum Documentum oculatæ Reviſionis ſuper ſtatu Eccleſiæ, Domus Reſidentialis Epiſcopalis, Cellarum item, & habitationum Patrum Religioſorum, erga requiſitionem antelati Epiſcopi per Dominos Magiſtratuales, Anno 1734. die 26. menſis Februarii factæ, quod ita ſonat:

„ Nos infraſcripti Inclyti Comitatus de Beregh, Ordi-
„ narius Proceſſualis Judlium, & ſurrogatus Juraſſor, præ-
„ ſentium per vigorem recognoſcimus, teſtatumque facimus
„ omnibus, quibus expedit Univerſis. Quod penes gratio-
„ ſam I. Cottus Bereghienſis Exmiſsionem, ad legitimam
„ Requiſitionem Reverendiſsimi Domini Simeonis Olſavſz-
„ ky, nominati Epiſcopi, & actualis Vicarii Generalis
„ Munkacsienſis, ad Monaſterium Sancti Nicolai de monte
„ Csernek ad Munkács, Reverendorum Ordinis Sancti
„ Baſilii M. Profeſſorum, pro oculata reviſione Eccleſiæ,
„ Domus Reſidentialis Epiſcopalis, Cellarum item, & ha-
„ bitationum præmentionatorum Patrum Religioſorum exe-
„ untes ſpectaverimus, perſpexerimus, oculaverimusque
„ diligenter ſtatum, in quo actu eſſent, haberenturque,
„ cognovimus, & adinvenimus, in primis quidem, quod
„ attinet Eccleſiam, ea lapidea eſt, in ſuo vero interno
„ ornatu, & apparatu pauper, atque anguſta. Reſidentia

„ Epi-

„ Episcopalis constat Primo: Ex cubiculo uno exiguo, quod
„ Episcopus inhabitat, & una à latere Camerula, deinde
„ mediante Atrio, altero cubicello, ad cujus latus situata
„ est culina, pariete cubiculi eandem culinam dividente.
„ Quæ Residentia quoad tectum nova reparatione vel ma-
„ xime indiget, ipsa etiam cubicula fortificationem, &
„ reparationem non absimiliter expostulant, & nisi repara-
„ tio tecti quantocius instituatur eadem Residentia ruinæ
„ proxima est. Quod item Præmentionatorum Reverendo-
„ rum Patrum Religiosorum cellas, & habitationes concer-
„ nit, easdem quoque pariformiter oculantes, & perspicien-
„ tes, reperimus unum cubiculum cum camera, quod
„ superior solet inhabitare, pro uno Religioso commodum,
„ aliæ vero cellæ in contiguitate ejusdem ædificatæ nimium
„ breves, & angustæ sex, quarum duæ cellæ sunt nimium
„ tenebricosæ, quas Religiosi inhabitant, longitudinis qua-
„ tuor latitudinis trium passuum, Refectorio uno parvo
„ tenebricoso, & culina exigua, quas cellas intermediat
„ ambitus tam angustus, ut unica duntaxat persona posit
„ pertransire, cujusquoque ædificii tectum restauratione
„ indiget. In cujus rei majorem fidem & firmitatem, præ-
„ sentes literas nostras Testimoniales propria manuum no-
„ strarum subscriptione, & sigillis nostris roboratas, præti-
„ tulato Reverendissimo Domino nominato Episcopo, &
„ Vicario Generali extradandas esse duximus, & conce-
„ dendas, prout etiam extradedimus, & concedimus. Si-
„ gnatum in Oppido Munkács, die 26. Februarii Anni
„ 1734.

Petrus Dismas Benyiczky de eadem, I. Cottus de Beregh Ordin. Procefs. Judlium (L. S.) Samuel Patay, ejusdem I. Cottus de Beregh furrogatus Juraffor (L. S.)

CAPUT XXVII.

GEORGIUS GABRIEL BLASOVSZKY,
Epifcopus Munkacsienfis XVIII.

Simeoni Stephano Olfavfzky, Cathedram Epifcopalem per femiquintum circiter Annum tenenti, Anno 1738. 26. menfis Aprilis fuccefsit Georgius Gabriel Blafovfzky, Vir adhuc Juvenis ætate quidem, fed ingenio, doctrina, praxi, experientia, & in rebus gerendis omnino maturus, de quo in vetuftis fragmentis hæc laudum adinveni præconia. „ Vir Ecclefiafticus eft (*Georgius Blafovfzky*) qui jam à fe- „ ptennio, à quo abfolutis Caffoviæ quidem Philofophicis; „ Tyrnaviæ autem — — fpeculativis Theologicis ftudiis „ in publica Thefium propugnatione laudabiliter defenfis, „ ad curam animarum exmiffus exivit, illico à pie defun- „ cto Munkacsienfi Epifcopo Georgio Gennadio Bizanczy, „ eo tum adhuc in vivis exiftente, pro Epifcopalis Capellæ „ Curatore adhibitus, occafione cujus muneris fibi collati, „ non modo à latere Epifcopali Capellanum, non modo „ Secretarium, fpiritualium caufarum Auditorem, verum „ etiam quorumlibet utriusque fori negotiorum, five publi- „ corum, five privatorum expeditorem egerat; uno verbo:

„ pro-

„ prouti totum fac erat per triennium fere, cum ad præti-
„ tulati fui pie defuncti Prælati, tum totius quoque Græci
„ Ritus Unitorum V. Cleri, & Populi fæcularis fummum
„ contentum, & applaufum laudabiliter, & dextere in tan-
„ tum fefe gefferit, & in gerendo, feu tali munere obeundo
„ dignum, atque idoneum fe comprobaverit, demonftra-
„ veritque, ut etiam prætitulati Domini Epifcopi Bizanczy
„ piam poft mortem, ab immediato ejusdem Succeffore Epi-
„ fcopo Simeone Stephano Olfavfzky, non ita pridem
„ Anno proxime elapfo in menfe Decembri, cum omnium
„ noftrum dolore præmatura morte è vivis erepto, per quin-
„ quennium, quo tempore fubinde, qua Vicarius Generalis;
„ fubinde vero, qua electus & nominatus, ac tandem ulti-
„ matim, etiam à duobus Annis, qua confecratus Epifco-
„ pus vixerat, in fpiritualium occurribilium laborum, ne-
„ gotiorumque arduorum fuorum, in confortium & auxilium
„ immediate ad latus affumptus fuerit.

Confecratus eft Præful prætitulatus in Polonia ad titulum Epifcopi Agnenfis, fungebaturque munere Vicarii Apoftolici, ut Prædeceffor ejusdem. Pro fua commodiori fubfiftentia habuerat è Generali Caffa Parochorum, per Cæfaream Regiam Majeftatem clementer refolutos Rflorenos 1000. id eft Rhfl. Mille. Studebat fummopere V. Clerum Populumque fibi fubordinatum ad ftatum feliciorem ponere, resque eorundem promovere, atque eo ex fine Regni etiam Comitiis interfuiffe dicitur, ac inde reverfus, in via adhuc in certum morbum incidens, directe ad Monafterium Kifs Breznenfe fe contulit, fuam ibidem Curaturus valetudinem,

verum populo poſt magis magisque ingraveſcente morbo, videns ſibi jamjam imminere vitæ terminum, cœpit indilate Domui ſuæ diſponere, & quidem animam ſuam commendavit Deo, Sacramentis Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, Extremæ Unctionis, aliisque præſcriptis ſalutaribus mediis adhibitis, de rebus autem ſuis induſtria comparatis ultimam fecit diſpoſitionem, patet id ex ejusdem Teſtamento die 20. Decembris Stilo novo. Anno 1742. in Monaſterio prænominato Kiſs Bereznenſi confecto, ubi etiam, omnibus bene diſpoſitis poſt paucos dies ad beatam translatus eſt æternitatem, & ſepultus in Eccleſia dicti Monaſterii exacto Epiſcopatus ſui quadriennio, & octo circiter menſium ſpatio. Interea in promovendo Venerabilis Cleri ſui bono publico ſingulare reliquit Zeli ſui monumentum, utpote Diploma Thereſianum Diplomatum Caroli, & Leopoldi Cæſarum, Regumque Hungariæ pro præattacto Clero Græci Ritus Unitorum clementer conceſſorum emanatorumque confirmatorium, quod exoperatus eſt Epiſcopus ille ſub die 21. menſis Octobris Anno 1741. emanatum, Tenorem ejus ſequens Caput exhibet.

CAPUT XXVIII.

DIPLOMA.

NOS MARIA THERESIA Dei Gratia Regina Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, „ Ramæ, Serviæ, Gallitiæ, Lodomeriæ, Cumaniæ, Bul-

„ ga-

„ gariæ, Archi-Dux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, ſuperioris, & inferioris Sileſiæ, Mediolani, Styriæ, „ Carinthiæ, Carnioliæ, Mantuæ, Parmæ, Placentiæ, „ Limburgiæ, Lucemburgiæ, Geldriæ, & Wierthembergæ, „ Princeps Sueviæ; Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, Moraviæ, ſuperioris & inferioris Luſatiæ, Comes Habspurgi, Flandriæ, Tyrolis, Terretis, Kiburgi, „ Gorritiæ, Gradiſciæ & Artheſiæ, Landgravia Alſatiæ, „ Comes Namurci, Domina Marchiæ Sclavonicæ, Portus „ Naonis, Salinarum, & Mechliniæ; nupta Dux Lotharingiæ, & Barri, Magna Dux Hetruriæ &c. Memoriæ „ commendamus tenore præſentium ſignificantes, quibus „ expedit Univerſis, quod Fidelis noſter Reverendus Georgius Gabriel Blaſovſzky, Epiſcopus Agnenſis, & Munkacsienſis in præfato noſtro Hungariæ Regno Græci Ritus „ Unitorum, Vicarius Apoſtolicus proprio, & totius ejusdem Græci Ritus Cleri in antelato noſtro Hungariæ „ Regno commorantis, & cum Eccleſia Romano Catholica „ Uniti nominibus exhibuit Majeſtati Noſtræ certas, benignas Sacratiſsimi quondam Principis Domini Caroli Sexti, „ Genitoris noſtri glorioſæ memoriæ deſideratiſsimi literas „ Privilegiales, Confirmationales, in Regia Arce noſtra „ Poſonienſi, die vigeſima prima menſis Junii, Anno Domini Milleſimo, ſeptingenteſimo duodecimo expeditas, „ ac Secreto ejusdem ſigillo, quo ut Rex Hungariæ utebatur, „ impendenti communitas, propriæque manus ſubſcriptione „ roboratas, quibus mediantibus, idem olim Dominus „ Genitor noſter alias literas divi olim Romanorum Impe-

„ ratoris & Hungariæ Regis Leopoldi Primi, Avi noſtri
„ deſideratiſsimi Privilegiales, queis videlicet memoratus
„ Avus noſter Univerſum, ejusdem Græci Ritus Clerum, In-
„ ſpiratione Divi Paracleti jam unitum, & ad verum Ovile
„ Chriſti reductum, Eccleſiasque ejus, & res in Apoſtolico
„ hocce Regno noſtro eadem Prærogativa & Immunitate
„ Eccleſiaſtica, qua Eccleſiæ, Perſonæque Eccleſtaſticæ, &
„ Res Fidelium ſacra Romanæ Eccleſiæ, Ritus Latini ex
„ Sacrorum Canonum præſcripto, & Principum conſenſu
„ gaudent, uti, frui, & gaudere clementiſsime indulſit, &
„ hac ratione tum contra Univerſos Impetitores, & Tur-
„ batores, in Benignam Protectionem ſuam Regiam re-
„ cepit, tum & Unionem cæptam, & feliciter propagatam,
„ ulterius quoque operoſe, ac diligenter continuandam, &
„ promovendam clementer ſtatuit, & decrevit, benigne
„ confirmaſſe dignoſcebatur: Supplicatum itaque exſtitit
„ Majeſtati Noſtræ Nominibus, & in Perſonis antelati Græci
„ Ritus Unitorum Epiſcopi, totiusque ejusdem Cleri debita
„ cum Inſtantia humillime, quatenus Nos, & præfatas be-
„ nignas literas Privilegiales confirmationales, omniaque
„ & ſingula in iisdem contenta ratas, gratas & accepta
„ habentes, literisque noſtris inſeri, & inſcribi facientes,
„ acceptare, approbare, ratificareque, & inſuper fine pro-
„ movendæ, ulterius quoque Græci Ritus Unitorum cum
„ Orthodoxa Fide Romano Catholica Religionis, & Com-
„ morantium Partibus in illis Accolarum, à Schismate ad
„ Unionem reductionis, etiam ad Clerum, & Populum
„ in Marmatia, ſive Comitatu Maramoroſienſi degentem,

„ &

„ & præfato Epifcopatui jam fubordinatum, præmemora-
„ tum Diploma pientifsimæ reminifcentiæ Avi noftri Leo-
„ poldi primi clementifsime extendere dignaremur. Qua-
„ rum quidem literarum confirmationalium Tenor fequitur
„ in hunc modum:

„ NOS CAROLUS SEXTUS DEI Gra-
„ tia electus Romanorum Imperator, femper Auguftus,
„ ac Rex Germaniæ, Hifpaniarum, Caftellæ Arragonum
„ Legionis utriusque Siciliæ, Hierufalem, Hungariæ,
„ Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, Ramæ,
„ Serviæ, Gallitiæ, Lodomeriæ, Cumaniæ, Bulgariæ,
„ Navarræ, Grannatæ, Toleti, Majoricarum, Hifpalis,
„ Sardiniæ, Cordubæ, Corficæ, Murciæ, Fiennis, Algar-
„ bii, Algeciræ, Gibraltaris, Infularum Canariæ, nec
„ non Indiarum Orientalium, & Occidentalium Infularum,
„ ac Terræ Firmæ: Maris Oceani &c. Archi-Dux Au-
„ ftriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Mediolani, Styriæ;
„ Carinthiæ, Carnioliæ, Luxemburgi, Wierthembergæ,
„ fuperioris, & inferioris Silefiæ, Athenarum, & neo Pa-
„ triæ; Princeps Sueviæ; Marchio S. R. I. Burgoviæ,
„ Moraviæ, fuperioris, & inferioris Lufatiæ; Comes Hab-
„ fpurgi, Flandriæ, Tyrolis, Barcinonæ, Ferretis, Ky-
„ burgi, Goritiæ, Rofsilionis, & Celitamæ; Landgravius
„ Alfatiæ, Marchio Oriftaniæ, Comes Gorceani, Dominus
„ Marchiæ, Sclavoniæ, Portus Naonis, Biskajæ, Molini,
„ Saninarum, Tripolis, & Mechliniæ. &c. Memoriæ
„ commendamus Tenore Præfentium fignificantes, quibus
„ expedit Univerfis. Quod Fidelis nofter Reverendus
„ Jo-

„ Joannes Josephus Hodermarſzky, Græci Ritus Unitorum
„ electus Epiſcopus Munkacsienſis, ſuo, & totius ejusdem
„ Græci Ritus Cleri in antelato Regno noſtro Hungariæ
„ commorantis, nominibus exhibuit, & præſentavit Ma-
„ jeſtati Noſtræ certas benignas literas Sacratiſsimi, olim
„ Principis, ac Domini Leopoldi Primi Romanorum Im-
„ peratoris, & Regis Hungariæ, utpote Genitoris, & Præ-
„ deceſſoris noſtri pientiſsimæ recordationis deſideratiſsimi
„ Patentes Privilegiales, ſub dato vigeſimæ tertiæ menſis
„ Auguſti, Anni Milleſimi, ſexcenteſimi, nonageſimi ſecun-
„ di, jam dudum præteriti in Archiducali Civitate noſtra
„ Vienna Auſtriæ confectas, & emanatas, quibus median-
„ tibus idem antelatus Dominus Genitor, & Prædeceſſor
„ noſter, veluti Rex Apoſtolicus, propagationi, & aug-
„ mento veræ, & Orthodoxæ Romano Catholicæ, ac con-
„ ſequenter totius Militantis Eccleſiæ nitori Paternæ con-
„ ſultum iri cupiens, Univerſum ejusdem Græci Ritus Cle-
„ rum ut præmiſſum eſt, inſpiratione divina, jam Unitum,
„ & ad verum Ovile Chriſti reductum, contra Univerſos ſuos
„ Impetitores, ſeu Dominos etiam Terreſtres, ac quocun-
„ que tandem Turbatores in benignam Protectionem ſuam
„ Regiam recepiſſe, Unionemque cæptam, & feliciter pro-
„ pagatam, ulterius quoque operoſe, & diligenter conti-
„ nuandam, clementer ſtatuiſſe, & decreviſſe dignoſceba-
„ tur Tenoris infraſcripti: Supplicatum itaque exſtitit Ma-
„ jeſtati Noſtræ Nominibus, & in Perſonis antelati Græci
„ Ritus Unitorum Cleri debita cum Inſtantia humillime,
„ quatenus præfatas benignas literas, ſeu Diploma Leopol-

„ di-

„ dinum, omniaque & ſingula in iisdem contenta, ratas, „ gratas & accepta habentes, literisque noſtris Privilegialibus inſeri, & inſcribi facientes, acceptare, approbare, „ ratificareque clementer dignaremur: Quarum quidem li- „ terarum tenor talis eſt:

„ NOS LEOPOLDUS Dei Gratia Romanorum „ Imperator, ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, „ Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex; „ Archi-Dux Auſtriæ; Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Sty- „ riæ, Carinthiæ, Carnioliæ; Marchio Moraviæ; Dux „ Lucembergæ, ac ſuperioris, & inferioris Sileſiæ, Wier- „ tembergæ, Thekæ; Princeps Sueviæ; Comes Habspur- „ gi, Tirolis, Ferreti, Kyburgi, & Goritiæ &c. Memo- „ riæ commendamus tenore Præſentium ſignificantes, qui- „ bus expedit Univerſis. Quod cum Immunitas Eccleſia- „ ſtica, qua Eccleſiæ, Eccleſiaſticæque Perſonæ, ac Res „ ipſarum gaudent, Jure pariter Divino, ac Humano, „ ſingulariter in præattacto Apoſtolico hocce Regno noſtro „ Hungariæ, gratioſis divorum Regum, Prædeceſſorum „ videlicet noſtrorum Beatæ recordationis Privilegiis, Re- „ gnique conſtitutionibus ſancita ſit, eamque à Cæſarea, „ Regiaque Majeſtate noſtra, (utpote, quæ ſpecialem inter „ Reges Chriſtianos prærogativam Regis Apoſtolici obtine- „ mus) aſſeri, defendique condeceat; Juſtum videri, ut „ quos eadem vera fides, & charitas in ejusdem ſacræ „ Eccleſiæ Catholicæ Unitate conjunxit, ejusdemque ſanctæ „ Matris obedientes Filios, eodem in gremio fovet, eodem „ denique ſub Capite ejusdem Corporis commembra vivi-

„ ficat, exindeque divini æque, ac humani Favoris pariter
„ reddit capaces, jure ſuo non deſtituantur; ex eo Nos be-
„ nigne informati exiſtentes, Gentem Ruthenorum, quæ
„ ante tercentos ferme Annos transmigratione facta ex
„ Ruſsia, in vicinis Hungariæ Partibus, potiſsimum vero
„ in Diœceſi Agrienſi ſeſe collocavit, ac in ipſo hujusmo-
„ di in Regnum hocce adventu Græci Schismatis labe
„ laborabat, quæ Deo auxiliante à triginta fere Annis
„ proxime evolutis, potiſsimum aſsiſtentia, & opera pien-
„ tiſsimæ, ac zeloſiſsimæ quondam Principiſſæ Sophiæ
„ Bathori, cœpiſſe ad Unionem, & Gremium ſacræ Ro-
„ manæ Eccleſiæ redire, nunc vero Virorum Apoſtolico-
„ rum conatu, aperta veluti patentiori Janua copioſius ad
„ eandem confluere, ſperarique, ut non tantum prænomina-
„ ta tota Gens, ſed etiam ejus Exemplo Nationes aliæ ſub
„ Corona Regni noſtri Hungariæ degentes, eodem Schis-
„ mate extra Ovile Chriſti pabulandæ, ad ipſius obedien-
„ tiam, & Unionem poſt liminio reducatur; Interea vero
„ Nobis humili cum Inſtantia pro remedio relatum eſſet
„ & illud: Quod à quibusdam Dominis Terreſtribus, in
„ quorum videlicet Tenutis, & Poſſeſsionibus dicta Gens
„ Ruthenica commoratur, Perſonæ Græci Ritus (uti præ-
„ fertur) Unitorum Eccleſiæ non habita Juris Divini, pa-
„ riter & humani, eatenus ratione non minus, quam cum
„ in Schismate exiſtentes, favoribus Eccleſiæ, ſe indignos
„ reddebant, adhuc ſerviliter tractari æque, ac ſi natura-
„ les eorum ſubditi, Jobagyionesque forent, usque adeo,
„ ut præfati Domini, eorumque Officiales, veros Dei Sa-

„ cer-

„ cerdotes, legitime ordinatos, & consecratos, non tantum „ ad quotidianos labores serviles, instar aliorum Colono„ rum suorum compellere, verum etiam captivare, verbe„ ribus, & mulctis afficere, aliaque aperte, & directe „ Immunitati Ecclesiasticæ, prorsus & injuriosissime repu„ gnantia, non tantum circa Personas Ecclesiasticas, verum „ etiam circa Ecclesiasticas aliaque loca, de jure exempta, „ & res ipsorum attentare, & perpetrare audeant, quod „ sane non tantum in populi hujusmodi ad Gremium Eccle„ siæ revertentis, verum etiam in totius Christianitatis „ scandalum gravissimum vergit, justamque Dei Omnipo„ tentis, ac Regiam Vindictam merito provocat.

„ Propter quod Nos tum iram DEI avertere, tum „ Scandalum hujusmodi amoliri, & ex eodem natum, „ pabulandarumque adhuc Ovium redeundi obstaculum „ tollere, insuper zelanti Regis Apostolici eatenus Muneri „ nostro providia circumspectione respondere, ex Autho„ ritatisque Nostræ Regiæ plenitudine, per præsentes beni„ gne declarare voluimus: quatenus Græci Ritus sanctæ „ Romanæ Ecclesiæ Unitorum, tum Ecclesiæ ipsæ, tum „ Ecclesiasticæ Personæ, tum earum res, in Apostolico hocce „ Regno nostro eadem prorsus Immunitate Ecclesiastica „ gaudere debeant, qua Ecclesiæ, Personæque Ecclesia„ sticæ, & Res Fidelium sanctæ Romanæ Ecclesiæ Latini „ Ritus, ex Sacrorum Canonum Præscripto, & Terreno„ rum Principum consensu, Indultis, & Privilegiis effective „ perfrui, gaudereque dignoscuntur; cujus intuitu Nos etiam „ ulterius sub gravi indignatione nostra Regia severe, fir-

„ miterque mandamus, ut à præſentium infra declaranda
„ publicatione, nullus cujuscunque Status, Authoritatis,
„ Dignitatis, & prærogativæ, Potentiæque fuerit, præde-
„ claratæ huic Græci Ritus Unitorum Immunitati Eccleſia-
„ ſticæ apertæ, vel occulte ullo ſub prætextu, vel etiam
„ prætenſi uſus, & conſuetudinis, antequam unirentur, ſub
„ velamine audeant contraire, iisdem prorſus ſub pœnis,
„ tum ab Eccleſiaſtici, tum à ſæcularis Fori Judicibus, tum
„ etiam, ſi opus fuerit, à Noſtra Majeſtate infligendis,
„ quas Fidelium, Latini Ritus Immunitatem Eccleſiaſticam
„ lædentes, de Jure, & Conſuetudine Regni incurrunt:
„ Et hoc quidem Univerſis Fidelibus noſtris Dominis Ma-
„ gnatibus Nobilibus, tum Eccleſiaſtici, tum ſæcularis Fori
„ Judicibus & Juſtitiariis, cunctis denique quatuor Statibus,
„ & Ordinibus, aliisque quibuscunque Subditis noſtris,
„ præſentium Notitiam habituris, modernis, & futuris, ut,
„ ſi toties nominati Græci Ritus Uniti, in prædeclarata Im-
„ munitate ſe læſos quæſti coram eis fuerint, eorumque
„ auxilium, & aſsiſtentiam imploraverint, Judicium, &
„ Juſtitiam eisdem non minus, & pariter ac Latinis ſanctæ
„ Matris Eccleſiæ Fidelibus, eadem Immunitate gaudenti-
„ bus, adminiſtrare debeatis, & teneamini: Ne vero Do-
„ mini Terreſtres, in quorum Tenutis ejusmodi Græci
„ Ritus commorantur, anſam habeant benigniſsimæ hujus-
„ modi noſtræ Diſpoſitioni contraveniendi ex ea ratione,
„ quod exemptione Fundorum, in quibus Eccleſiæ, Paro-
„ chiæ, reliquaque ad cultum Dei ſpectantia conſiſtunt,
„ onera ſervilia, hactenus eis præſtari ſolita diminuuntur,

„ me-

„ meminiſſe eos debere obligationis ſuæ Chriſtianæ ad ea, „ quæ cultui Dei neceſſaria ſunt, Subditis ſuis providenda; „ ideoque ut habita Incolarum cujusvis loci multitudinis „ ratione, Ordinariorum loci Epiſcoporum, vel ab his „ exmittendorum Vicariorum ſuorum Generalium, aut „ Archi-Diaconorum conſcientioſo arbitrio, ubi, & quan- „ tum hi neceſſarium pro Eccleſiis Parochiis, cæmeteriis „ ſcholis judicaverint, tantundem Fundorum eximatur, in „ quo ſi Domini Terreſtres fors pietatis erga Deum imme- „ mores conſentire noluerint, nihilominus Dei cultui aſsi- „ gnentur, & ipſo facto reddantur immunes; eo vero in „ caſu Domini Terreſtres Locorum Jus Patronatus Eccle- „ ſiarum ſibi non valeant vendicare, donec Univerſa, quæ „ ad hoc obtinendum ſacrorum Canonum inſtituta exigunt, „ præſtitiſſe comperiantur: Quibus omnibus præmiſsis illud „ etiam per expreſſum declarandum eſſe duximus; ut quo- „ niam Græci Ritus Sacerdotes conjugati eſſent, ne Filii „ eorum, utpote liberis parentibus nati, legitimoque ex „ Matrimonio geniti (niſi ſponte Colonicales Seſsiones „ aſſumere, ſeſeque in ruſticitatem, ſervitutemque ipſi vel- „ lent redigere) ad ſervitutem, ſtatumque ejusmodi adi- „ gantur, & ſi qui hactenus, adacti eſſent, Libertati in- „ tegræ reſtituantur, quoad Perſonas:

„ Nollemus tamen ut hæc Declaratio Immunitatis „ Eccleſiaſticæ Græci Ritus Unitorum ullo modo ſuffrage- „ tur iis, qui in Schismate, ac erga Sanctam Matrem „ Eccleſiam inobedientia perſiſterent: Imo clementiſsime „ exoptamus, ut tam Dominorum, quam Subditorum illo-

 „ rum

„ rum in exigendis, horum in præſtandis ſolitis laborum
„ oneribus moleſtia, ac confuſio vitetur, pro utrorumque
„ commodo, ut Feſta, tum mobilia, tum articularia, &
„ pro Diœceſium varietate ab Ordinariis Locorum inſti-
„ tuta, etiam Græci Ritus Uniti, iisdem diebus celebrent,
„ quibus Latini celebrare conſueverunt:

„ His illo etiam adſtipulato, quod ſi Sanctorum ali-
„ quorum, quos Græca Eccleſia ſingulariter venerari con-
„ ſuevit, Feſta celebrare voluerint, id fiat, conſenſu Ordi-
„ nariorum, quo obtento, eisdem etiam diebus feſtis,
„ eorum proprii Domini Terreſtres nullatenus eos poſsint
„ laboribus aggravare; ſine quorum Ordinariorum expreſſo
„ itidem conſenſu, novas ſui Ritus Parochias, vel Eccleſias
„ eis licitum non ſit erigere; Et hæc tandem præmiſſa
„ omnia, ac juxta illa præſens etiam Cæſareo Regium
„ Diploma, Mandatumque noſtrum benigniſsime volumus,
„ & jubemus per Ordinarios Locorum in Univerſis Comi-
„ tatibus ſuarum Diœceſium, in quibus Græci Ritus Uniti
„ degunt, tempore Congregationum Generalium publicari,
„ ut ad omnium quorum oportet, notitiam valeant perve-
„ nire, ſi vero quipiam auſu temerario his omnibus relu-
„ ctantes apparerent, Ordinarii iidem Majeſtati Noſtræ
„ relationem ſuperinde facere debeant, quatenus, ſi opus
„ fuerit tam evidenti malo, ſeveriori etiam manu medela
„ tempeſtive adhibeatur: Secus itaque nullus Fidelium
„ noſtrorum facere præſumat, hoc autem benignum Diplo-
„ ma, & Mandatum noſtrum, poſtquam perlectum fuerit,
„ reddi ſemper, & reſtitui volumus exhibenti. Datum in

„ Ci-

„ Civitate noſtra Vienna Auſtriæ, die vigeſima tertia men-„ ſis Auguſti, Anno Domini Milleſimo, ſexcenteſimo, no-„ nageſimo ſecundo. Regnorum noſtrorum Romani trige-„ ſimo, Hungariæ & reliquorum trigeſimo octavo, Bohemiæ „ vero Anno trigeſimo ſexto. LEOPOLDUS. (L. S.) Bla-„ ſius Jáklin, Epiſcopus Nitrienſis, Joannes Maholanyi.

„ Nos itaque ejusmodi humillima ſupplicatione pro „ parte ejusdem Græci Ritus Unitorum Cleri apud Majeſta-„ tem noſtram facta, Regia Benignitate exaudita clemen-„ ter & admiſſa, præattactas literas antelati Divi condam „ Imperatoris, & Regis Hungariæ Leopoldi primi Privile-„ giales Diplomaticas, non abraſas, non cancellatas, neque „ in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni vitio, & ſuſpicione „ carentes, præſentibus literis noſtris Privilegialibus, de „ verbo ad verbum ſine diminutione, & augmento aliquali „ inſertas, & inſcriptas, quoad omnes earundem continen-„ tias, clauſulas, & articulos eatenus, quatenus eædem „ rite, & legitime exiſtunt emanatæ, viribusque earundem „ ſuffragatur ratas, gratas, & accepta habentes approbavi-„ mus, roboravimus, & ratificavimus, ac perpetuo valituras „ benigniſsime confirmavimus. Harum noſtrarum Secreto „ ſigillo noſtro, quo ut Rex Hungariæ utimur impendenti „ communitarum vigore, & Teſtimonio literarum mediante. „ Datum per manus Fidelis noſtris Nobis ſincere dilecti, „ Spectabilis, ac Magnifici Comitis Nicolai Illyésházy de „ eadem, Hæreditarii in Trenchin, ejusdemque nominis; „ prout & Liptovienſis Comitatuum perpetui ſupremi Co-„ mitis, actualis Intimi Conſiliarii noſtri, & per dictum

„ Re-

„ Regnum noſtrum Hungariæ Aulæ Cancellarii. In Regia
„ Arce noſtra Poſonienſi, die vigeſima prima menſis Junii,
„ Anno Domini Milleſimo, ſeptingenteſimo duodecimo,
„ Regnorum noſtrorum Romani primo, Hiſpaniarum nono,
„ Hungariæ vero Bohemiæ, & reliquorum Anno ſecundo.

„ Reverendiſsimis, Sereniſsimo, ac Venerabilibus in
„ Chriſto Patribus, Dominus Chriſtiano Auguſto, Duce
„ Saxoniæ, S. Romanæ Eccleſiæ Presbytero Cardinale,
„ Metropolitanæ Strigonienſis; ac Emerico de Comiti-
„ bus Csáky, Colocenſis & Bachienſis Eccleſiarum cano-
„ nice Unitorum Archi-Epiſcopis: Stephano Telekeſſy,
„ Agrien. Ladislao Adamo è Comitibus Erdődy, Nitrienſi;
„ Fratre Emerico Eſzterházy, Zagrabienſi; prælibatis Chri-
„ ſtiano Auguſto, Jaurinenſi; & Emerico Csáky, Varadinen-
„ ſi, Adminiſtratoribus; Andrea Illyés, Tranſylvanienſi;
„ Comite Franciſco Vilhelmo à Neſſelrod, electo Quinque-
„ Eccleſien. Comite Ottone Joanne Baptiſta à Volkra, Ve-
„ ſprimien. Georgio Patachich, Bosnenſi; Comite Sigismun-
„ do à Kollonitz, Vacienſi; Andrea Matuſſek, Tininienſi;
„ Fratre Ladislao è Comitibus Nadasd, Csanadienſi; Co-
„ mite Adamo Benedicto Ratkay, Segnienſi, Modruſienſi ſeu
„ Corbuvienſi; & Petro Bakich, electo Sirmienſi Eccleſiarum
„ Epiſcopis, Eccleſias Dei feliciter gubernantibus. Item
„ Illuſtre, Spectabilibus, ac Magnificis Paulo Eſzterházy
„ de Galantha, S. R. I. Principe, Judice Cumanorum,
„ Aurei Velleris Equite, & prælibati Regni noſtri Hun-
„ gariæ Palatino; Comite Georgio Erdödy ſeniore de Mo-
„ nyorokerék, Judice Curiæ noſtræ Regiæ, Comite Joan-

„ ne

„ ne Pálffy ab Erdöd, præfatorum Regnorum noſtrorum „ Dalmatiæ, Croatiæ, & Sclavoniæ Bano; Comite Sigis- „ mundo Csáky de Kereſztſzeg, Tabernicorum; Comite „ Marco Czobor, de Czobor Szent-Mihályi, Janitorum; „ Comite Michaele Eſzterházy, de præfata Galantha, Cu- „ riæ; Comite Franciſco Battyan, perpetuo in Német-Uj- „ vár, Pincernarum; Comite Joanne Kéry de Ipoly-Kér, „ Agazonum; Comite Joanne Draskovich de Trakoſztyan, „ Cubiculariorum; Comite Petro Zichy de Vásonykö, „ Dapiferorum noſtrorum Regalium in Hungaria Magiſtris; „ ac Comite Nicolao Pálffy, à jam dicta Erdöd, Comite „ Poſonienſe; cæterisque quam plurimis toties fati Regni „ Hungariæ Comitatus tenentibus, & honores. CAROLUS „ m.p. (L.S.) Comes Nicolaus Illyésházy m.p. Ladislaus „ Hunyady m.p. Unde Nos pro ſolita noſtra in Deum „ pietate & ſolerti in univerſis iis, quæ ad majorem cul- „ tus Divini promotionem, & orthodoxæ Romanæ Ca- „ tholicæ Fidei, conſequenter totius Militantis Eccleſiæ „ propagationem, nitorem & gloriam conferre, aut quid- „ piam momenti addere poſſent, cura, & ſolicitudine, „ proque Regali noſtro Apoſtolico munere pro parte me- „ morati Græci Ritus Unitorum Epiſcopi, & Cleri apud „ Majeſtatem noſtram facta humillima ſupplicatione, Re- „ gia Benignitate exaudita, clementer, & admiſſa, tum „ præmemoratus Divi quondam Domini Genitoris noſtri „ literas confirmationales, ac protectionales, non abraſas, „ non cancellatas, neque in aliqua ſui parte ſuſpectas, „ ſed omni prorſus vitio, & ſuſpicione carentes, præſen-

 „ tibus-

„ tibusque literis Privilegialibus de verbo ad verbum,
„ ſine diminutione & augmento aliquali inſertas, & inſcri-
„ ptas, quoad omnes earundem Continentias, Clauſulas,
„ & Articulos, eatenus, quatenus, eædem rite, & legitime
„ exiſtunt emanatæ, viribusque earundem veritas ſuffraga-
„ tur, Authoritate noſtra Apoſtolico Regia approbavimus,
„ roboravimus, ratificavimus, ac perpetuo valituras beni-
„ gniſsime confirmavimus; Tum vero propagandæ ejusdem
„ Græci Ritus cum Eccleſia Romano Catholica Unionis, &
„ hinc augendi cultus Divini cauſa memoratas conceſsio-
„ nes, in præinſerto Privilegio Leopoldino contentas, ad
„ Comitatus quoque Maramoroſienſis, Clerum & Populum
„ ejusdem Græci Ritus cum Eccleſia Catholica Unitum
„ clementer extendimus: Imo approbamus, roboramus,
„ ratificamus, confirmamusque, & extendimus, harum
„ noſtrarum Secreto majori ſigillo noſtro, quo ut Regina
„ Hungariæ utimur impendenti communitarum vigore, &
„ Teſtimonio literarum mediante. Datum per manus Fi-
„ delis noſtri Nobis ſincere dilecti, Spectabilis, ac Magni-
„ fici Comitis, Ludovici de Battyan, perpetui in Németh-
„ Ujvár, Comitatus Caſtriferrei ſupremi, & perpetui Co-
„ mitis Pincernarum noſtrarum Regalium per Hungariam
„ Magiſtri, Conſiliarii item noſtri actualis Intimi, nec non
„ per antelatum Regnum noſtrum Hungariæ Aulæ noſtræ
„ Cancellarii, in Arce noſtra Regia Poſonienſi, die vigeſima
„ prima menſis Octobris, Anno Domini Milleſimo, ſeptin-
„ genteſimo, quadrageſimo primo. Regnorum noſtrorum:
„ Hungariæ, Bohemiæ, & reliquorum Anno primo.

„ Re-

„ Reverendiſsimis, Illuſtri, ac Venerabilibus in Chriſto „ Patribus Dominis: Fratre Emerico è Comitibus Eſzter- „ házy de Galantha, Principe, Metropolitanæ Strigo- „ nienſis; Gabriele Hermanno, è Comitibus Patachich „ de Zajezda, Colocenſis & Bachienſis Eccleſiarum cano- „ nice Unitarum, Archi-Epiſcopis; Comite Gabriele An- „ tonio Erdödy de Monyorokerék, Agrienſi; Petro Bakich, „ Bosnenſi; Adamo Acsády, Veſzprimienſi; Georgio Bra- „ nyugh, Zagrabienſi; Joanne Antonio de Benzoni, Seg- „ nienſi & Modruenſi, ſeu Corbavienſi; Adolpho à S. Geor- „ gio, Jaurinenſi; Ladislao Szürrinny, Syrmienſi; Michaele „ Carolo è Comitibus ab Althann, Vacienſi; Comite Nico- „ lao Csáky de Kereſztſzegh, Varadienſi; Fratre Nicolao „ Stanislavich, Csanadienſi; Comite Sigismundo Bereny „ de Karáncs-Beren, Quinque-Eccleſienſi; Comite Emerico „ Eſzterházy de Galantha, Nitrienſi; Barone Franciſco „ Xaverio Klobuſiczky de Zettény, Tranſylvanienſi; Co- „ mite Franciſco Antonio Engl de Vagrein, Belgradienſi „ & Samandrienſi; Alexandro Mariáſy, Tininienſi; Co- „ mite Paulo Forgach de Ghimes, electo Roſonenſi; Paulo „ Spatzay, electo Arbenſi; Joanne Kis, electo Anſarienſi; „ Georgio Foglár, electo Serbienſi, Georgio Handrer, „ electo Vonadrenſi; Paulo Barthakovich, electo Almi- „ ſienſi; Petro Guilielmo, Caſtelle-in electo Tragurienſi; „ Stephano Nozdroviczky, Caterienſi; Comite Franciſco „ Zichy de Vaſonykö, electo Novienſi; Jacobo Fabry, „ electo Dulcienſi; Venceslao Bukoſzky ab Huſzterhan, „ electo Tribunicenſi; & Stephano Ketzer, electo Maka-

„ rienſi ; Eccleſiarum Epiſcopis Eccleſias Dei feliciter
„ gubernantibus ;

Nec non Spectabilibus , ac Magnificis, Comite Joanne
„ Pálffy ab Erdöd, dicti Regni noſtri Hungariæ Palatino,
„ Judice Cumanorum, Aurei Velleris Equite, & Locum-
„ tenente noſtro Regio; Comite Joſepho Eſzterházy de
„ Galantha, Judice Curiæ noſtræ Regiæ ; (Officio Bani
„ vacante) Comite Leopoldo de Nadasd, perpetuo Terræ
„ Fogaras , Tavernicorum ; prædicto Comite Ludovico
„ de Battyan, perpetuo in Németh-Ujvár, Pincernarum;
„ Comite Joſepho Illyésházy de eadem, perpetuo in Tren-
„ chin, Dapiferorum ; Comite Franciſco Eſzterházy, de
„ prædicta Galantha, Agazonum; Comite Nicolao Pálffy,
„ ab antelata Erdöd, Curiæ; altero Comite Carolo Pálffy,
„ à prædicta Erdöd, Janitorum; Illuſtr. S. R. I. Principe
„ Paulo Antonio Eſzterházy, de prærepetita Galantha ,
„ perpetuo in Frakno, Cubiculariorum noſtrorum Regalium
„ per Hungariam Magiſtris ; ac prælibato Comite Joanne
„ Pálffy à toties fata Erdöd, Comite Poſonienſi; cæterisque
„ quam plurimis ſæpefati Regni noſtri Hungariæ Comitatus
„ tenentibus, & honores. MARIA THERESIA m. p. Co-
„ mes Ludovicus de Battyan m. p. Petrus Végh m. p.

„ Anno 1743. die 19. Julii ſub Generali I. Cottus de
„ Beregh Congregatione in Oppido Bereghſzaſz celebrata
„ Præſentes Suæ Sacr. Cæſareæ Regiæque Majeſtatis Pri-
„ vilegiales, Confirmationales Diplomaticæ literæ pro par-
„ te Venerabilis Græci Ritus Unitorum Cleri clementer
„ elargitæ, debito modo exhibitæ, palamque, publice, &

„ ma-

„ manifeste perlectæ, proclamatæ, ac solenni ritu publicatæ „ sunt nemine contradicente, per *Georgium Sebbey*, præfati „ Inclyti Comitatus de Beregh Jur. Notar. m. p.

„ Anno 1744. die 17. Junii sub Generali Congregatione „ I. Cottus de Szabolcs in Oppido N. Kállo continuative „ celebrata, æque sua formalitate præsentes clementissimæ „ Confirmationales Diplomaticæ literæ pro parte prætitu- „ lati V. Cleri Græci Ritus Unitorum emanatæ publice „ perlectæ, & publicatæ sunt per *Thomam Csakany*, ante- „ lati I. Cottus de Szabolcs Jurat. Ord. Notarium m. p.

„ Præsentes benignæ Suæ Majestatis Sacratissimæ Con- „ firmationales Diplomaticæ literæ pro parte Venerabilis „ Cleri Græci Ritus Unitorum emanatæ debito venerationis „ cultu publice perlectæ & publicatæ sunt sub Generali „ I. Cottus de Ungh Congregatione, die 17. Martii 1745. „ in Possessione Szenna celebrata, per me Georgium Kar- „ ner, præfati I. Cottus Jurat. Ordin. Notarium.

„ Præsentes Suæ Cæsareæ Regiæque Majestatis Privi- „ legiales Diplomaticæ pro parte Venerabilis Cleri Græci „ Ritus Unitorum emanatæ literæ authenticæ sub pendenti „ sigillo præsentatæ, publice perlectæ, & solenniter publi- „ catæ sunt in Congregatione Generali, & Sede Restaura- „ toria I. Cottus Szatmarien. die 27. & subseq. Maji, Anni „ 1754. continuative celebrata per Ladislaum Szuhány, „ præfati I. Cottus Szatmariensis Ord. Jur. Notar. m. p.

„ Anno 1756. die 9. Martii sub Generali Congregatione „ I. Comitatus Borsodiensis in Oppido Miskolcz continua- „ tive celebrata præsentes Suæ Majestatis Sacratissimæ, ac

„ Dominæ Dominæ naturaliter clementiſsima Privilegia-
„ les, Confirmatorio Diplomaticæ literæ pro parte V. Cleri
„ Græci Ritus Unitorum benigne elargitæ, nobisque præ-
„ ſentatæ ſunt alta, & inteligibili voce ſolenniter publicatæ,
„ nemine prorſus contradicente, per me Georgium Bodo,
„ antelati Inclyti Cottus Jurat. Ord. Notar.

„ Pari formalitate, & modo ſub Generali I. Cottus Aba-
„ Ujvarien. in Poſſeſsione Nagy-Ida 1756. die 10. menſis
„ Junii celebrata Congregatione, benignæ hæ Majeſtatis
„ Sacratiſsimæ Patentales, Privilegionales publicatæ ſunt.
„ per me Paulum Tiſzta de Sellyeb, Ord. Jur. Notar.

„ Anno 1756. die 29. Decembris ſub Generali Privi-
„ legiatorum Oppidorum Hajdonicalium in Oppido Böſzör-
„ mény, continuative celebrata Congregatione præſentes
„ Benigniſsimæ Suæ Majeſtatis Sacratiſsimæ literæ Privi-
„ legiales Confirmatorio Diplomaticæ pro parte V. Cleri
„ Græci Ritus Unitorum emanatæ, Nobisque præſentatæ,
„ lectæ, & publicatæ ſunt, per Samuelem Dióſzegy, præ-
„ fatorum Oppidorum ſubſtitut. Notarium m. p.

„ Præſentes literæ Sacratiſsimæ Cæſareæ & Apoſtolico
„ Regiæ Majeſtatis Benigniſsimæ Confirmationales, pro
„ parte V. Cleri introſerti publicatæ ſunt in Generali Incl.
„ Cottus Maramoroſien. Congregatione, die 7. Auguſti,
„ Anno 1761. in Oppido Szigeth celebrata, per Paulum
„ Tiwadar de Száplancza, præfati I. Cottus Maramoroſ.
„ Juratum Vice-Notar. m. p.

„ In Sede Inſtallatoria Excellentiſsimi, ac Illuſtriſsimi
„ Domini ſupremi Comitis Inclyti Comitatus Saaroſienſis,

„ die

„ die 12. Januarii, Anno 1763. in Libera, & Regia Civi-
„ tate Eperiesien. celebrata, præsentes Benignissimæ literæ
„ Privilegiales Confirmatorio Diplomaticæ, lectæ, & publi-
„ catæ sunt per me Sigismundum Péchy de Péch-Ujfalu,
„ Incl. Comitatus Saarosiensis Ord. Jur. Notarium m. p.

Præsens scriptum relectum, confrontatum, & correctum Originali suo in omnibus adæquate conforme esse testor. *Alexius Ilkovics*, Episcopatus Munkacsiensis Pro-Archi-Diaconus Cathedr. & V. Capituli Notarius m p. (L. S.)

APPENDIX

Ad Caput IX. Partis secundæ.

Ad ea, quæ de Russis, seu Ruthenis Capite IX. Partis secundæ à me relata sunt, luculentius cognoscenda, poterunt deservire & hæc quoque, quæ hic adnecto ex Caroli PALMA Opere, cui titulus: *Notitia Rerum Hungaricarum*, Editio III. Pars I. Anni 1785.

Pagina V. „ Magyari, centum octodecim Familiæ sub Ducibus
„ Almo, Eleud, Kund, Ound, Thosu, Huba, & Tuhuto ex Scythia
„ Anno 884. venerunt primum in Russiam.

Pag. VII. „ Consederunt prope Kioviam.

Pag. IX. „ Hi Russorum Consiliis ducti, eas Regiones, in quibus
„ olim Attila dominabatur, occupare decernunt.

Pag. X. „ Magyaris multi Russorum Nobiles per Ducem Almum
„ in Societatem benevole sunt accepti, & adnumerati.

Pag. XI. „ His — — — ad Kioviam gestis, Almus novis Equo-
„ rum pecorumque supplementis per Russos instructus toti Populo è
„ Magyaris, Cumanis, & Russis conflato Anno 886 profectionem meri-
„ diem versus indixit, præeuntibus ex pacto, viamque commonstrantibus
„ Russis, iter per Lodomeriam & Galliciam continuatum — — — supe-
„ ratis demum Alpibus, ut erant in plura Agmina divisi, ita hodiernæ

„ Hun-



„ Hungariæ fines pluribus locis ſubiêre, ut eodem prope tempore Mara-
„ moroſienſem, Bereghienſem, & Unghenſem Provinciam inundaverint;
„ Almus Dux in Unghi fluminis ripa prope Caſtrum conſedit.

Pag. XII. „ Prima hoſtilitatem experta eſt Arx Unghenſis, cujus
„ Dominus LABORCIUS, oblatam ſibi ab Almo Duce gratiam ob-
„ ſtinate reſpuit, in fuga poſtmodum laqueo enectus, vacua Arce Hoſti
„ relicta.

Pag. XIII. „ Almo Duce vita functo Arpadus per Magyarorum,
„ Cumanorum, ac Ruſſorum Primores Dux renunciatus, ante omnia
„ Ruſsis, quorum Conſilio, & opera nova Expeditio adeo proſpere
„ ſuſcepta erat, gratiam relaturus, eosdemque ſibi perpetuo fœdere co-
„ pulaturus, cujusdam è vicinis Ruſsiæ Ducibus Filiam Conjugem acce-
„ pit, atque ex eo tempore Magyari intimam, conſtantemque cum
„ Ruſsis coluerunt amicitiam, quam eorundem Duces, ac ſubinde Reges
„ acceptis non raro è Ruſsia Conjugibus, Filiabusque ſuis viciſsim eo in
„ Matrimonium collocatis, renovare, ſtabilireque ſtuduerunt.

Pag. XV. „ Magyaros ab Ungho Caſtro, ſeu Unghvar vocari cæpiſſe
„ Unguaros, ac demum Ungaros, refert Belæ Regis Notarius.

Pag. XXIII. „ Inter Primores, ac Primates cenſebantur Capitanei,
„ Provinciarumque Præfecti; Milites: Magyari, Cumani, & Ruſsi, quos
„ in unam quaſi Gentem Kioviæ coaluiſſe diximus — — — Nobilium
„ cœtum efficiebant, Terreſtresque erant Domini.

Pag. XXV. „ Zoltanus è conjuge Ruthena Arpadi Filius Regni
„ Hæres factus.

Pag. XXVI. „ Illud inter Zoltani res geſtas recenſetur, quod no-
„ vam Ruſſorum Coloniam ad Moſonienſem Agrum deduxerit, fines
„ Regni contra Germanorum irruptiones tuituram, his porro præfecit
„ Veteranos jam Ruſſos eorum, qui cum Arpado advenerant poſteros:
„ eos Ungari ad novorum hoſpitum diſtinctionem Ó RUSZOK,
„ Ó ROSZOK, id eſt: antiquos appelarunt, atque idcirco Caſtro
„ illi, quod ab his conditum memoratur. Ó ROSZUÁR, ſive anti-
„ quorum Ruſſorum Caſtrinomen adhæſit.

Finis Partis ſecundæ.



FUNDATIO KORIATHOVICHIANA,

PRO

BASILITIS MUNKACSIENSIBUS.



PARS. III.

BREVIS NOTITIA

FUNDATIONIS

THEODORI KORIATHOVITS,

OLIM

DUCIS DE MUNKACS,

PRO

RELIGIOSIS RUTHENIS

ORDINIS SANCTI BASILII MAGNI,

IN MONTE CSERNEK AD MUNKACS,

ANNÓ MCCCLX. FACTÆ.

EXHIBENS

SERIEM EPISCOPORUM GRÆCO-CATHOLICORUM

MUNKACSIENSIUM,

cum præcipuis eorundem aliorumque Illuſtrium Virorum Geſtis, è variis Diplomatibus, Decretisque Regiis, ac aliis Documentis authenticis potiſsimum concinnatam.

PARS TERTIA.

AUTHORE

R. P. JOANNICIO BASILOVITS,

Ordinis Sancti BASILII Magni,

In Vener. Monaſterio de Monte Csernek ad Munkacs

PROTO-HEGUMENO.

CASSOVIÆ,

EX TYPOGRAPHIA ELLINGERIANA 1799.



BREVIS NOTITIA

FUNDATIONIS

KORIATHOVITSIANAE

PRO

Religiosis Ordinis S. BASILII Magni Ruthenis ad Oppidum Munkacs factæ.

PARS III.

CAPUT I.

MICHAEL MANUEL OLSAVSZKY,
Episcopus Munkacsiensis XIX.

Anno Domini 1742. mense Decembri, Georgio Gabriele Blasovszky è vivis sublato, MICHAEL OLSAVSZKY eotum Vicarius Generalis, in Episcopum Munkacsiensem voto Venerabilis Cleri electus, per Augustam Imperatri-

cem MARIAM THERESIAM nominatus, & per ſummum Pontificem Romanum BENEDICTUM XIV. primum quidem in Vicarium Apoſtolicum, demum in Epiſcopum Roſſenſem reſolutus, atque confirmatus eſt Anno 1743. Decreti Cæſareo Regii tenor hic:

„ NOS MARIA THERESIA Dei Gratia Re-
„ gina Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ & Scla-
„ voniæ &c. &c. Memoriæ commendamus tenore præ-
„ ſentium ſignificantes, quibus expedit, Univerſis; Quod
„ Nos pro ea, qua in conſtituendis legitimis Eccleſiarum
„ Dei Paſtoribus tenemur cura, & ſolicitudine, benignum
„ habentes reſpectum ad præclaras virtutes, laudatosque
„ & acceptos mores, doctrinam item, & eruditionem,
„ omnibusque gratam exemplaris vitæ converſationem, cæ-
„ terasque præclaras animi dotes Fidelis noſtri Honorabilis
„ Michaëlis Olſavſzky, Græci Ritus Unitorum in Diſtrictu
„ Munkacsienſi (ſede Epiſcopali ejusdem Ritus vacante)
„ per Fidelem noſtrum, Nobis ſincere dilectum, Reveren-
„ dum, Spectabilem, ac Magnificum Comitem Gabrielem
„ Erdödy de Monyorokerek, Epiſcopum Agrienſem con-
„ ſtituti Vicarii Generalis, quibus ipſum ab altiſsimo in-
„ ſignitum, & ornatum eſſe nonnullorum Fidelium noſtro-
„ rum fide digno Teſtimonio, ac etiam efficaci memorati
„ Epiſcopi Agrienſis recommendatione benigne cognovi-
„ mus. Eidem itaque Michaëli Olſavſzky tanquam Per-
„ ſonæ idoneæ, & bene meritæ, Nobisque hoc nomine
„ gratæ, & acceptæ, eo etiam ex motivo, quod decurſu
„ ſedecim Annorum in Vinea Domini operarium egerit,

&

„ & ad latus jam duorum Græci Ritus Epifcoporum cum
„ Ecclefia Catholica Unitorum, in munere Generalis Vica-
„ rii conftitutus, laborum Epifcopalium notabilem partem
„ fupportaverit, ac demum vacante quoque fede Epifcopa-
„ li in præfato Generalis Vicarii munere, onus Directionis,
„ ac Gubernii Græci Ritus Unitorum in antelato Diftrictu
„ laudabili, cum fructu gerat, & ulterius quoque, omnes
„ Vires, & conatus fuos in promotionem Sacræ Unionis,
„ ac animarum fructum fe impenfurum polliceatur; Ti-
„ tulum, feu Honorem Epifcopi Munkacsienfis Diftrictus
„ Ruthenorum Græci Ritus Unitorum per mortem, & ex
„ hac vita deceffum Reverendi Georgii Blafovfzky, ejus-
„ dem Epifcopatus ultimi veri, & legitimi Paftoris de Jure,
„ & de facto vocantem, cum omnibus omnino Juribus,
„ Obventionibus, Emolumentis & Jurisdictionibus de Jure,
„ & ab antiquo præfati Diftrictus Munkacsienfis Rutheno-
„ rum in Ritu Græco Epifcopis competentibus authoritate
„ Juris Patronatus noftri Regii, quod generaliter in confe-
„ rendis Univerfis Ecclefiafticis prærepetiti Regni noftri
„ Hungariæ, partiumque ei annexarum Beneficiis, Titulis
„ & Honoribus inftar Divorum quondam Hungariæ Regum
„ Prædecefforum videlicet noftrorum gloriofæ Reminifcen-
„ tiæ, optimo Jure habere, & exercere dignofcimur, dan-
„ dum & conferendum effe duximus. Imo damus, & con-
„ ferimus præfentium per vigorem; quo circa univerfis, &
„ fingulis Fidelibus noftris, harum Notitiam habituris, præ-
„ fertim vero in præfato Diftrictu Munkacsienfi degentibus,
„ & Epifcopo Græci Ritus Unitorum fubjecto Clero, &

Po-

„ Populo harum ſerie firmiter præcipientes committimus,
„ & mandamus, quatenus mentionatum Michaëlem Ol-
„ ſavſzky, per Nos prævio modo Populi Græci Ritus, per
„ Diſtrictum Munkacsienſem Epiſcopi Titulo, ac Honore
„ inſignitum pro tali habere, tenere & recognoſcere, eidem-
„ que in omnibus veluti Epiſcopo debitis Jurisdictionibus
„ & Prærogativis parere, obtemperare modis omnibus
„ debeatis, & teneamini, ſecus non facturi. Datum per
„ manus Fidelis noſtri, Nobis ſincere dilecti Spectabilis,
„ ac Magnifici Comitis Ludovici de Battyan, perpetui in
„ Németh-Ujvár, Comitatus Caſtriferrei ſupremi & perpe-
„ tui Comitis, Pincernarum noſtrorum Regalium per Hun-
„ gariam Magiſtri, Conſiliarii noſtri actualis Intimi, &
„ per antelatum Regnum noſtrum Hungariæ Aulæ noſtræ
„ Cancellarii. In Civitate noſtra Vienna Auſtriæ, die
„ duodecima menſis Martii, Anno Domini Milleſimo,
„ ſeptingenteſimo, quadrageſimo tertio, Regnorum noſtro-
„ rum Hungariæ, Bohemiæ & reliquorum Anno tertio.
„ MARIA THERESIA m. p. (L. S.)

Breve Apoſtolicum pro eodem Epiſcopo:

BENEDICTUS P.P. XIV.

Dilecte Fili! Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.
Pro noſtri Officii munere iis potiſsimum invigilare
„ debemus, quæ curam Chriſti Fidelium, ut in viam
„ mandatorum Domini ad ſalutem animarum dirigantur,
„ omnino reſpiciant; itaque de Tuis Fide, Prudentia,
Inte-

„ rabilium Fratrum noſtrorum Sacræ Romanæ Eccleſiæ „ Cardinalium negotiis propagandæ Fidei Præpoſitorum „ Conſilio, te pro Græcis in Ditione Munkacsienſi, aliis- „ que locis aquiſitis in Hungaria commorantibus Vicarium „ Apoſtolicum, cum Jurisdictione, Juribus, & Facultatibus „ neceſſariis, & oportunis, ad noſtrum, & Sedis Apoſto- „ licæ beneplacitum authoritate Apoſtolica tenore præſen- „ tium facimus, conſtituimus, & deputamus, ſalva tamen „ ſemper in præmiſsis authoritate condignis eorundem „ Cardinalium; mandantes propterea omnibus, & ſingulis, „ ad quos ſpectat, & ſpectabit quovis modo in futurum, ut „ tibi in præmiſsis prompte pareant, obediant, tuaque „ ſalubria monita, & mandata humiliter ſuſcipiant, & „ efficaciter adimplere procurent, alioquin ſententiam, ſive „ pœnam, quam rite tuleris, ſeu ſtatueris in rebelles ratam „ habebimus, & faciemus authore Domino usque ad Sa- „ tisfactionem condignam inviolabiliter obſervari; non ob- „ ſtantibus Apoſtolicis, ac Univerſalibus, Provincialibus- „ que Conciliis, editis Generalibus, vel Specialibus Con- „ ſtitutionibus, & Ordinationibus, nec non quibusvis etiam „ Juramento, Confirmatione Apoſtolica, & quavis firmita- „ te alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, Privilegiis „ quoque indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præ- „ miſſarum quomodolibet conceſsis, confirmatis, & inno- „ vatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum Tenores præ- „ ſentibus pro plene, & ſufficienter expreſsis, ac de verbo „ ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo Robore „ permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dun-

„ taxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæterisque „ contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctam „ Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die VI. Se- „ ptembris, M. DCCXLIII. Pontificatus noſtri Anno quarto. „ (L. S.) *I. Cardinalis Paſſioneus.* m. p.

Aſſumpto poſtmodum cuculo Mŏnaſtico Manuel nominari voluit Antiſtes hic, conſecratus in Galicia ad Titulum Epiſcopi Roſſenſis, eundem Manuelem Illuſtribus meritis, & virtute ſua ad Mitram veniſſe manifeſtum reddit præmisſum Decretum Regium, & Breve Apoſtolicum. Ab ipſo ſui Regiminis felici auſpicio, ſemper & ubique zeli ſui Apoſtolici fervorem præſeferebat. Exemplo, & Doctrina omnibus omnia factus erat, ut lucrifaceret omnes pretioſo ſanguine Chriſti redemptos: Quæ erant muneris Paſtoralis, eorum nihil omnino prætermittere ſtuduit. Hinc Diœceſim viſitat, Agrum Domini cum excolit, ſemen Doctrinæ, verbique divini ubique ſpargit, Zizania evellit, defectus, abuſusque quos reperit ſuffert, errantes ad Ovile Chriſti reducit, à lupis oves ſuas defendit, Religionem Catholicam ubique promovere ſtudet, Parochis ſalutares Ordines, Leges, Canones præſcribit, ſtatuta varia condit, Paſtoralem Encyclicam ad Venerabilem Clerum ſuum dimittit, ſcholas pro Clero inſtituendo Munkacsinum introducit, & alia quæque agit zelo Apoſtolico incenſus.

Inter cætera ædem Sacram Pócsienſem per piæ memoriæ *Gennadium Bizanczy* Prædeceſſorem ſuum Epiſcopum Munkacsienſem conſtrui occeptam continuare eo cum conatu adniſus eſt, ut brevi tempore eandem ad ſtatum per-

„ fe-

fectum Deo juvante perduxerit. Præterea curavit exſtrui Monaſterium ſacræ huic ædi contiguum, ad quod introduxit Monachos Divi Baſilii M. quovis prius obice, & impedimento remoto.

Quod concernit dictæ Eccleſiæ ſtructuram, ea inchoata eſt Anno adhuc 1731. & poſtmodum per prælaudatum Epiſcopum terminata Anno 1756. ut exhibet Chronologicum iſthoc:

antIstes prIMVs bIzantIVs IVIt honorI
VIrgIneo taLes ÆDIfICare Lares.

In quibus Olſavſzky Simeon, Gabrielque Blaſovſzky vix muris mediis appoſuere manus.

eXVrgVnt oLsaVszkI sVb ManVeLe fInes,
gLorIa LaVsqVe Deo, VIta perennIs eI.

Seu ex literis majori caractere ſcriptis in duobus primis verſibus contentis, & combinatis prodit hic numerus: MDCLLVVVVIIIIIIIIII. id eſt: 1731. Anno præattacta Eccleſia inchoata.

Item ex literis in duobus poſtremis verſibus appoſitis numerus habetur: MDLLLLXVVVVVVVVIIIIII. ſeu 1756. eadem Eccleſia terminata.

Domum vero Religioſam ſeu Monaſterium Maria Pócsenſe idem Illuſtriſsimus ac Reverendiſsimus Dominus prænominatus Munkacsienſis Epiſcopus Manuel Olſavſzky cæpit conſtruere Anno Domini 1749. die 18. menſis Maji, primo lapide Fundamentali, per Spectabilem Dominum *Demetrium Racz*, Excellentiſsimi ac Illuſtriſsimi Comitis Domini *Franciſci Karolyi* Plenipotentiarium poſito.

 Quem-

Quemadmodum ex Inſcriptione patet, quæ ſequitur in hunc modum:

„ In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen.
„ Sub feliciſsimo Regimine Auguſtiſsimæ Dominæ Dominæ
„ MARIÆ THERESIÆ DEI gratia Regni Hungariæ,
„ Bohemiæ (Titl.) Reginæ feliciter Regnantis, Auguſtiſsimi
„ Imperatoris FRANCISCI I. Conjugis, Naviculam S. Ma-
„ tris Eccleſiæ Sacratiſsimo Æcumenico Patriarcha BENE-
„ DICTO XIV. gubernante in Poſſeſsione Pócs, I. Cottui
„ Szaboltsienſi adjacente, Hæreditario vero Jure ad Incly-
„ tum Dominium Excellentiſsimi Domini *Franciſci Károlyi*,
„ Comitis de Karoly, Dominiorum Erdőd, Ecsed, Cson-
„ grad, Meger, Surany, Ocsvár (Titl.) Hæreditarii Do-
„ mini, Sacratiſsimæ Cæſareæ Regiæ Majeſtatis actualis
„ Intimi Conſiliarii, Generalis Campi-Marſchali Locumte-
„ nentis, & I. Cottus Szathmarienſis ſupremi Comitis (Titl.)
„ qua Fundatoris, & Jus Patronatus habentis Ecsedienſe,
„ pertinente, Diva Matre Thaumaturga hujate Fundatrice
„ exiſtente, & Illuſtriſsimo, ac Reverendiſsimo Domino
„ *Michaële Manuele Olſavſzky* DEI, & Apoſtolicæ Sedis
„ gratia Epiſcopo, Sacri Ritus Orientalis Roſſenſi, Mun-
„ kacsienſi, & Maramoroſienſi, per I. Regnum Hungariæ,
„ & partes ei adnexas Vicario Apoſtolico (Titl.) curante,
„ Venerabilis hujus Domus Monaſterialis, ſeu Conventus
„ pro Religioſis Ordinis S. Baſilii M. fundatæ primus lapis
„ nomine prætitulati Excellentiſsimi Domini Comitis, &
„ Generalis, per Spectabilem Dominum *Demetrium Racz*,
„ modo titulati Domini Generalis Locumtenentem, &

„ ab-

„ abſolutum Plenipotentiarium, S. Ritum Orientalem æque „ profitentem; die 18. menſis Maji, Anno reparatæ ſalutis „ 1749. Præſentibus infraſcriptis conſueta cum ſolennitate „ impoſitus eſt. &c.

Interim lapis Fundamentalis Monaſterii ille, lapis offenſionis poſtmodum multorum fuit.

Aſſurgebat ad notabilem altitudinem Fabrica, præattacti ædificii jam per duos Annos absque interruptione continuata, nemine quidquam in contrarium obmovente: Primum Anno 1751. multorum oculi, oraque ad eam converſa varia impedimenta obmoveri cæperunt; Delatum Negotium ad Regiam Majeſtatem, facti Ratio exigitur, Informatio præſtanda adurgetur, Inquiſitio etiam deſuper peragenda injungitur ſecundum Puncta Interrogatoria ſequentia:

I. In cujus Terreno inchoata eſt in Poſſeſsione Maria Pócs ſtructura Reſidentiæ pro Religioſis S. Baſilii Magni Græcum Ritum ſequentibus?

II. Ex qualibus Materialibus ea fabrica erigitur? in quali quantitate ſit futura in altum, longum, & latum? pro quot perſonis deſerviet? quantumve jam erectum eſt?

III. An ad proſequendam hujus Reſidentiæ Fabricam etiam Eleemoſina colligatur, quot, per quem, & quo eum in finem exmiſsi ſunt?

IV. An in locis ad M. Pócs circumjacentibus multi ſint Græci Ritus Uniti? an item in quovis ſuæ habitationis loco, aut ſaltem in vicinia habeant ſui Ritus Presbyteros, qui eis divina miniſtrent?

V. An, ſi ejusdem Ritus fideles devotionis cauſa ad Eccleſiam Pócsienſem veniunt proceſsionaliter, ſemper veniant cum ſuis localibus Presbyteris, iique ad eorum Confeſsiones exaudiendas, & Sacramentum Euchariſtiæ ipſis inibi miniſtrandum hucusque ſuffecerint? & nunquid pari, aut fors etiam majori numero Latini Ritus fideles, eorſum pro devotione confluant?

VI. An, à quo, & qualem fundationem dicti Religioſi ſint habituri? ex qua ſuam ſubſiſtentiam accipiant, an non etiam ex mendicatione ſint victuri, ſarta tecta ſuæ Reſidentiæ ſervaturi?

VII. An in locis Pócsino vicinis habeantur jam Domicilia aliquot Religioſorum, vi ſui inſtituti mendicato viventium? Ubi, in quanta abhinc diſtantia? qualium Religioſorum, quotve in iisdem Domiciliis perſonæ alantur?

VIII. An non etiam alii Religioſi ad I. Cottum Szabolcsienſem, ſignanter autem loca Pócsino vicina ab antiquo ſoleant venire pro mendicatione? unde? quales? quam frequenter?

IX. In præſens an, & quot Baſilitæ Pócsinum inducti jam ſint? in quali Domo habitant? unde ſubſiſtunt? nunquid etiam pro mendicatione excurrunt? tum an in locis vicinis ſui Ritus fidelibus ſpiritualia aliqua Miniſteria præſtent? ſed & ipſius Poſſeſsionis Pócs Incolis Unitis, an non ſufficeret unicus hujus Ritus Sacerdos ſæcularis?

Ad Quæſita præmiſſa fatentur teſtes communiter hoc modo: „ Structura Reſidentiæ pro Religioſis inchoata eſt „ in fundo Eccleſiæ Pócsenſis G. R. Unitorum, & fabrica

„ hæc

„ hæc ex tegulis adustis calce mixtis erigitur, in altumque „ ad duas condignationes ducitur, corpusque illud, quod „ jam cæptum eſt, deſerviet 8. perſonis, in altum jam eſt „ elevatum ad orgias tres &c. longitudo 18. orgiarum, „ latitudo 7. &c. habetur; ſpectata porro delineatione ſi „ tota fabrica juxta eandem ſucceſsive exſtrueretur fatente „ murariorum Magiſtro, hæc deſervire poſſet 30. perſonis. „ Colligunt dicti Religioſi Eleemoſynam, ſed num pro ſtru- „ ctura Reſidentiæ illius, vel vero pro ſui intertentione? „ neſcitur, ſupponitur tamen illos mendicato victuros.

„ Sunt ſatis copioſi homines Græcum Ritum ſequentes „ in locis ad M. Pócs circumjacentibus, iique proviſi ſunt „ Presbyteris localibus, præter Pócs Petri, & Kis Léta, „ prior quidem conſuevit ſuum habere Presbyterum, pro- „ uti etiam actu ordinatus eorſum habetur, qui circa feſtum „ S. Georgii Militis & Martyris, ad Pócs Petri ſe con- „ feret. Kis-Létam, quod concernit, prioribus temporibus „ adminiſtrari conſuevit à Presbyteris ſæcularibus Eccle- „ ſiaſticis Poſſeſsionis Pócs, ab eo vero tempore, à quo „ Religioſi S. Baſilii Pócsinum ingreſsi ſunt, & Eccleſia- „ ſticus Ritus hujus Presbyter abinde amotus eſt per „ Dominum Epiſcopum, tam Kis-Létam, quam Pócsinum „ dicti Religioſi adminiſtrant.

„ Quotiescunque fidelis Ritus ejusdem cauſa devotionis „ ad Eccleſiam Pócsienſem proceſsionaliter veniunt, ſemper „ veniunt cum ſuis localibus Presbyteris, iisque abundan- „ ter ſufficiunt, tam pro excipiendis eorſum occurentis Po- „ puli Confeſsionibus, quam pro adminiſtrando Euchariſtiæ

„ Sa-

„ Sacramento. Longe attamen majori numero Latini Ritus „ Fideles, quam Græci Ritus confluere folent pro devo- „ tione Pócsinum.

„ De nulla actuali Fundatione horum Religioforum „ conftat, fed neque qualem fint habituri. Dominus Epi- „ fcopus fuo ære inchoavit ftructuram Refidentiæ illius. In „ Oppido Bathor, I. Cottui Szabolcsienfi ingremiato, quod „ à Pócs fpatio circiter unius horæ diftat, Religiofi Con- „ ventuales Minoritæ dicti habent Domicilium, qui vi fui „ inftituti mendicato vivunt etiam circiter 30. numero. Ab „ antiquo folent ex variis Comitatibus, ad I. huncce Co- „ mitatum, & fignanter etiam ad loca Pócsino vicina pro „ mendicatione venire, Religiofi, videlicet P. Francifcani „ Caffovienfes, P. Capucini Tokaienfes, P. Trinitarii Sá- „ ros-Patakienfes, & quidem frequentifsime, fequentes vero „ rarius, nimirum PP. Francifcani Debreczinienfes, Nagy- „ Szölöfienfes, ex duobus item Domiciliis Religiofi S. Ba- „ filii utpote Zaricsienfi, & Mfticzienfi.

Actu funt 5. Presbyteri Bafilitæ in Pócs, inhabitant Domum Parochialem, vivunt autem partim à Domino Epi- fcopo, partim mendicato. Unus ibidem Presbyter fuffice- ret. &c.

Hæ funt in Compendium redactæ fafsiones Teftium in M. Pócs, die 1. Martii 1751. Anno.

Inquirentibus Admodum Reverendis Dominis *Stephano Csak*, Vice - Archidiacono Szabolcsienfi, Parocho Toka- jenfi; item *Ladislao Vefprinyi*, Parocho Nagy - Kallovienfi m. p. Ex mandato Antiftitis Agrienfis *Francifci Barkoczy*,

cau-

caufa Informationis Excelfo Confilio Locumtenentiali Regio Hungarico de præmiffo negotio (quæ exigebatur) præftanda. Inquifitio hæc peracta fuit. Præftita etiam erat per prænominatum Antiftitem Informatio hæc. Sed de non introducendis ad Pócs Religiofis Bafilianis (ad fenfum præattactæ Inquifitionis) opinio quoque data:

„ Cæterum (ait Præful hic) ex eadem Inquifitione „ quam ifthic advolvo, perfpicuum redditur, memoratos „ Ord. S. Bafilii Religiofos Pócsienfes, quorum quinque „ eo inducti jam funt fundationem pro fui fuftentatione „ nullam habere, confequenter ficut nunc fit, ita etiam „ poftquam numerus ipforum auctus fuerit, mendicato „ duntaxat victuros effe. Quod an, & quanto miferæ „ plebi aggravio futurum fit Excelfum Confilium metiri „ dignabitur, tum ex numero horum ipforum Religioforum, „ Magnitudini fabricæ, cum perfecta fuerit, haud dubie „ refponfuro; tum ex copia aliorum Mendicantium, ad „ partes Transtibifcanas confluere folitorum, quorum Ca„ thalogum præfens Inquifitio exhibet. Sed etiam aliunde „ mihi notum, perfpectumque eft, pene omnia Mendican„ tium Domicilia in fuperioribus minus fertilibus Comitati„ bus fita, frumento potifsimum Transtibifcano vivere con„ fueviffe: Unde horum quoque conditionem nova Mendi„ corum iftorum accefsione deteriorandam opinor.

„ Jam quod iidem Bafilitæ nec pro Spirituali Mini„ fterio inibi neceffarii fint, præfentes fafsiones Teftium „ fatis evincunt, quando oftendunt, fideles Unitos nec in „ vicinia Pócsienfi Presbyteris fuis deftitui, nec in ipfa

C Pos-

„ Poſſeſsione Pócs, eique adjuncta Kis-Léta tantos eſſe, ut „ ipſorum obſequio ſicut multis retro annis, ita deinceps „ quoque unus ſæcularis Sacerdos non ſufficiat.

Unica ratio frequentioris ad Eccleſiam Pócsienſem fidelium devotorum concurſus, majorem Sacerdotum numerum poſcere videri poterat; ſed etiam hanc Inquiſitio diluit, oſtenditque: eorſum longe plures Latini, quam Græci Ritus fideles accurrere, hos item ſi qui veniant, ſuis Localibus Presbyteris viæ Comitibus proviſos eſſe &c. & alia quæque allegata ſunt, ut ab opere Fabricæ illius cæpto deſiſtatur, & ab introductione Baſilitarum ad Pócs conatus præpediantur. Intimatum accepit deſuper etiam Epiſcopus Manuel, hujus facti ſui rationem redditurus. Quod etiam inomiſſe præſtitit, quod Capite ſequenti inducitur.

CAPUT II.

Dati Reſponſi ad Excelſum Conſilium Regium tenor, hoc modo ſonat:

Excelſum Conſilium Locumtenentiale Regium, Domini Domini Gratioſiſsimi!

Erga Benignam Suæ Majeſtatis Sacratiſsimæ Cæſareo Regiæ; Dominæ, Dominæ Clementiſsimæ Voluntatem, Gratioſum Excelſi Conſilii Locumten. Regii de dato Poſonii 4. Februarii Anni currentis mandatum, eo quo par eſt, devotionis cultu percipiens, illi ut parere obligor,

ac

ac ſingulariter ſolitus ſum, eidem Excelſo Conſilio humillime ſubmitto. Quæ vilis, exiguaque ſtructura, pro Patribus etiam Ordinis S. Baſilii in Poſſeſsione M. Pócs in Inclyto Cottu Szabolcsienſi ſituata erigi curatur, eandem in illo terreno poſitam eſſe: quod, ut Eccleſia Pócsienſis Parochum ad normam aliarum Eccleſiarum requirens, & per conſequens Parochia quoque neceſſaria eadem ipſa cum Eccleſia ab antiquo, & Annis ultra octuaginta fuit, Terraque Eccleſiæ circumjacens, ab iis plane temporibus per Parochos interturbate continuo, ut Hortus Seminarius, & prunctum poſsidebatur, alias nunc, ac tempore cæpti ædificii proprietate, Juribus, Excellentiſsimi ac Illuſtriſsimi Comitis, Domini Franciſci Károlyi &c. (Titl.) ſubjacente, non ſine indultu Suæ Excellentiæ, idem ædificium cæptum, ad medietatem ferme parietum ſine controverſia palam exſurrexit; è lateribus quidem quales hic tegulæ de terra minus ſolida, arenoſa confici, pararique poſſunt. Quantitas autem ejus ſat vilem locum occupat, longitudo enim 18. latitudo autem ſeptem non excedit orgias; ædificio cum Eccleſia conjungendo, ut perſonas (uti et nunc exiſtunt) ad ſummum quinque recipere poſsit, inter quas & Ego de Ritu noſtro, qua Religionis ejusdem S. Baſilii profeſſus è re nata condeſcendere poſsim, atque quo ad divina me ſecundante Clementia reſtantes adhuc Eccleſiæ ædificiorum defectus ſupplevero, & ad ſtatum eandem Eccleſiam perfectum reduxero, ſubſiſtere valeam, an item neceſsitas ſit præſcitorum Religioſorum pro animarum Miniſterio? cenſerem

Primo: Inconveniens fore ut divæ divarum omnium Sanctorum per totam S. Ecclefiam Catholicam Magnificatæ Reginæ in loco tam Sacro, quem divina Omnipotentia Miraculis illuftrare dignata eft, cultus frequentiorum oblationum purifsimi Holocaufti, juxta horas item Canonicas per Bafilitas fieri confueto pfalmorum concentu non augeatur incrementum. Ideo

Secundo: Quo & populus ad majorem Dei, & Deiparæ cultum excitetur, Bafilitæ noctu furgentes ad Ecclefiam proficifcuntur, ibidemque ut in tali Ecclefia dignum eft, folitos Pfalmos, uti & fuccefsive diurnos canendo peragunt. Accedit

Tertio: Vix unam, aut aliam diem elabi, ut homines utriusque Ritus Sacra Unione in Fide catholica conjuncti, ex longinquioribus etiam Partibus Sacram Sanctifsimæ Virginis Imaginem non vifitent, quorum favori Bafilitæ ad celebranda lecta Sacra Miffæ Sacrificia ab horis Matutinis usque ad Nonam, qua cantatum quotidie celebratur, difpofiti funt. Quia

Quarto: Serius fubinde Ecclefiam accedentes votiva petunt Miffæ Sacrificia, ob idque plures quam unum ad eandem Ecclefiam applicari neceffe effe Presbyteros. Præcipue:

Quinto: Siquidem in omnibus Feftis Beatifsimæ Matris juxta utrumque Ritum celebrare folitis, ejusdem utriusque Ritus Fideles promifcue ac indiferenter, tanta frequentia concurrere affoleant, ut & efto copiofi ex Religiofis, ac aliis Ecclefiafticis extraneis conveniant; Presbyteri tamen

non

non ſolum à potiori, verum ordinarie confeſsiones populi exaudire fiunt inſufficientes, quod non incongrue Baſilitæ ſupplere ſolent, etiam extra Feſta prædicta, aliis quibusvis occaſionibus magis neceſſario dum ſcilicet rariores Latini Ritus Presbyteri veniunt. Denique

Sexto: Dum & Græco errori adhuc adhærentes, qui ad partes iſtas peregre ingreſsi, & necdum ſacram Unionem amplexi ſunt, cultum tamen Mariæ Matris Dei æque profitentes, Baſilicam ejus in Maria Pócs patrocinium imploraturi frequentarent: Oraculo habent prædeclaratam inter utriusque Ritus Uniti Religioſos, atque cæteros Eccleſiaſticos Harmoniam, nec videntur jam, quam ii damnant, ſacram Unionem abhorrere, quin advertuntur eam non obſcure approbare. Ergo

Septimo: Religioſum Ordinem S. Baſilii ad Eccleſiam Thaumaturgæ Matris Pócsenſem jugiter famulantium, non exiguum eſſet ſucceſsivis temporibus Fundamentis prædictæ Sacræ Unionis Incrementum. Præterea

Octavo: In attactis Beatiſsimæ Matris Feſtis, quia concurrentes extranei Presbyteri horas celebrationis Sacrificiorum Miſſæ, obſervare minus eſſent obligati, adeoque maturius, quam Populus undequaque concurret, abſolvunt, ac taliter neceſſum eſſet, ſerius venientes Miſſæ Sacrificiis deſtitui in undecima, & media duodecima horarum Baſilitæ ad eandem celebranda haberentur ordinati. Porro

Nono: Baſilitarum vita auſtera, qui & carnium eſu per tota vitæ tempora expertes, continuis Jejuniis ſuis, & Orationibus in Eccleſia, ut ſupra attactum eſt peragi conſuetis,

populum ad majorem pietatis cultum provocant. Tandem

Decimo: Ut Ecclefiam ad ftatum perfectum, quo commodius, & celerius perducere pofsim, dempto vifitæ, & aliarum fpiritualium obligationum tempore neceffum eft mihi, memet hic continere, & pariter in omnibus Beatisfimæ Virginis Feftis, quoad fieri poteft præfens effe debeo, quibus temporibus non celebrans fcandalo populi futurus fum, celebrans vero quandocunque fine afsiftentibus effe non poffum; confecutive Bafilitas hic neceffario haberi debere, clarum effet. Vel ex eo

Undecimo: Quod fi propter adftantias meas Vicinarum Ecclefiarum Miniftros huc accerfendo adhiberem, à Minifterio peculiari avocatis, animæ fidelium confolatione fpirituali deftitui deberent. Religioforum itaque Bafilitarum in M. Pócs pro minifterio animarum omnino non licere mihi non deberet. Prætitulati Excellentifsimi ac Illuftrifsimi Domini Comitis Francifci Károlyi Patrocinio incæptum ædificium pro mea, & meorum reclinatione continuare. Maxime vero cum Bafilitæ dicti nec hactenus mendicaverint, nec fuccefsive mendicare intendant, fintque vetiti, ut pro fpontaneis etiam pro victu fuo oblatis temere non excurrerent. Qua ratione, nullius fores caufa petendæ Eleemofinæ pulfantes, folis leguminibus, & hortenfibus (communibus enim jejuniis, nec pifcibus vefci confueverunt) contenti, nullatenus poffunt aggravio plebis haberi, nec hucusque, vel in minimo habebantur.

Nul-

Nulla proinde, ut opinor; ſuccurrit ratio, quin Ordo hic à trecentis, & quod excedit Annis, in Inclyto Regno Hungariæ vigens, ad ſacra obeunda in Eccleſia Pócsenſi munia oportunus, & neceſſarius ibidem erga continuationem capti prædeducti ædificii, quod ſuprafatum perſonarum numerum attinet, conſervari debeat. Nec alius adverſi quidpiam hoc in paſſu opponere valet, niſi qui amplificata, & in dies creſcente Sacra Unione Templa Catholica exurgere, augerique, dolenter & invide intuetur.

„ Quare non tantum, quod gratioſe mihi Mandatum „ exſtitit, refero, ſed humillime inſimul inſto, ut Patro- „ cinio Excelſi Conſilii Locumtenentialis Regii, & Gratia, „ Clementiaque Suæ Majeſtatis Sacratiſsimæ Cæſareo Re- „ giæ in promovendo, & augendo Sanctiſsimæ Deiparæ „ cultu in Pócs ſecurus progredi valeam. Quod dum de „ innata benignitate Altiſsimarum Gratiarum mihi tribuen- „ dum firmiſsime ſperarem, gratioſis toties expertis Excelſi „ Conſilii Patrociniis enixiſsime devoveo me, & perpetuus „ ad Aras exorator emorior. Excelſi Conſilii Locumte- „ nentialis Regii humillimus, & devotiſsimus Servus, & „ Capellanus *Michael Manuel Olſavſzky, Epiſcopus Roſſenſis,* „ *Munkacsienſis, Vicarius Apoſtolicus.* Maria Pócs, die 25. „ Februarii 1751.

Submiſſa præexpoſita Informatione atque Declaratione ſuperatum fuit hoc totum negotium, neque prælaudatus Epiſcopus in continuatione Religioſæ Domus illius conſtruendæ turbabatur amplius, ac proinde, quam partem Monaſterii conſtruere cæpit, eandem etiam cum auxilio

Dei

Dei feliciter ſuccesſive terminavit penes validum, atque efficax Excellentiſsimi ac Illuſtriſsmi Domini Comitis Franciſci Károlyi Patrocinium, atque ut Dominus loci illius Terreſtralis, & Hæreditarius in ſe ſuſceptam Evictionem, & Protectionem.

Prætitulatus Comes ex ſpeciali ſuo zelo, & fervore, quo in cultum Dei, & Deiparæ Virginis ferebatur in Pócs promovendum, cesſit liberaliſsime Fundum tam pro Eccleſia, quam & Monaſterio una cum Horto Seminario, cæterisque requiſitis appertinentiis, item eidem Monaſterio, ſeu Religioſis pro erigenda Domo Hoſpitali, denique totum Jus ſuum, & Poſſeſſorium Pócsenſe contulit in perpetuum.

CAPUT III.

Inſtrumentum cesſionale Fundorum ſeu Terreni illius in M. Pócs habiti, in quo conſtructa Eccleſia Thaumaturgæ B. M. Domus Religioſa, Diverſorium cum cæteris appertinentiis Intravillanis Monaſterialibus per Excellentiſsimum ac Illuſtriſsimum Dominum Comitem Franciſcum Károlyi Religioſis Baſilianis perennaliter collatis:

„ *Comes Franciſcus Károlyi de Nagy-Károly*, Arcium „ & Dominiorum Károly, Erdöd, Béltek, Csongrad, Me- „ gyer, Surany & Ecsed, Hæreditarius Dominus, I. Cot- „ tus Szatmarienſis ſupremus Comes, Sacrarum Cæſareo „ Regiarum Majeſtatum actualis Intimus Conſiliarius, Ex- „ celſæ Tabulæ Septem-Viralis Cojudex, Cæſareo Regiæ

Equi-

„ Equitatus Generalis, unius Legionis Equeftris Ordinis
„ Militiæ Hungaricæ Colonellus, & partium Regni Hunga-
„ riæ Transtibifcanarum Diftrictualis Commendans Gene-
„ ralis. Memoriæ commendo tenore præfentium fignificans,
„ quibus expedit Univerfis, quod inneffabilem Dei Provi-
„ dentiam Omnipotentis, qua ante natos nominis mei præ-
„ deceffores à feptem (& quod excedit) fæculis, & me
„ ipfum quoque, ut ut erga Suam Divinam Majeftatem
„ indignum, & ingratum, Sago, & Toga Illuftres reddere:
„ imo jam etiam proles meas diverfimode beare dignatus
„ eft, devote recolens: Ex fingulari meo, quo in cultum
„ Latriæ, foli Divino Numini debitum, Hyperduliæ autem
„ fupra omnes cœlites Beatifsimæ Incarnati Verbi Genitrici
„ Virgini Mariæ eminentius competentem; pro tenuitate
„ virium mearum promovendum feror Zelo, & Fervore.
„ Fundum illum, feu Terrenum in Poffefsione Pócs I Co-
„ mitatui Szabolcsienfi adjacente, alias ad Dominium Etse-
„ dienfe, Regia Donatione mediante, in me Jure Hæredi-
„ tario, cum omni Jure Regio recenter devolutum pertinere
„ per me tentum & habitum. In quo alias ignobili loco
„ præexiftens Deiparæ Virginis Imago in parvula Orien-
„ talis Ritus eotum ex ligneis folummodo materialibus ex-
„ ftructa Ecclefia, olim in Prototypo. Poftquam autem
„ primæva illa Icon Benigno Auguftifsimi quondam Impe-
„ ratoris, & Regis Leopoldi gloriofæ reminifcentiæ Juffu
„ Viennam uberioris devotionis caufa, folemni cum Comi-
„ tatu translata fuiffet. In ejusdem translatæ Iconis Ectypo,
„ in eodem loco pro continuanda Chrifti Fidelium devotione

„ relicto circa Annum 1715. diebus 2da 5ta & 11ma menſe
„ Auguſto, iteratis vicibus ad publicum concurrentis eorſum
„ populi, ac etiam hæreticorum notitiam, & admirationem
„ prodigioſe lachrimabunda celebriori reddito:
„ adeoque pro gloria, & cultu nominis divini, ac Deiparæ
„ Virginis manifeſte electo, & deſtinato, nunc, & de præſenti
„ Eccleſia è ſolidis materialibus (magnifica utique)
„ magnis ſumptibus potiſsimum ex piis Chriſti Fidelium
„ oblationibus: Notanter autem Illuſtriſsimi, ac Reverendiſsimi
„ Domini Gennadii Bizanczy, Orientalis Ritus Unitorum
„ Epiſcopi Munkacsienſis, pro Legato congeſtis inchoata,
„ ac dein Illuſtriſsimi ac Reverendiſsimi Domini
„ Manuelis Olſavſzky, ejusdem Ritus Unitorum moderni
„ Epiſcopi, & Vicarii Apoſtolici memorabili munificentia,
„ laboribus item, & Induſtria fere ad perfectum ſtatum jam
„ deducta, inſuper, ut in eadem Eccleſia divinum Numen,
„ & Deipara Virgo ibidem Thaumaturga, diebus ac noctibus
„ inceſſanter coleretur, in contiguitate ejusdem Eccleſiæ
„ Monaſterium quoque, ſeu domus lapidea, à latere
„ Eccleſiæ meridiem reſpiciente jam erecta habetur, in
„ eadem Religioſi Patres è ſacro Ordine Divi Baſilii Magni
„ introducti, Deo Omnipotenti, & Beatæ Virgini Deiparæ
„ diu, noctuque famulantur, illum inquam Fundum,
„ ſeu Terrenum, in quo prædeclarata Eccleſia & Clauſtrum,
„ ut præmiſſum eſt, ſumptibus, & pientiſsima cura
„ Illuſtriſsimi Domini Epiſcopi ædificata, & vigore alterius
„ Inſtrumenti præfatis Rdis Patribus Jure ſibi incumbente
„ plenarie ceſſa ſunt. Adjecto præterea alteri Eccleſiæ

„ la-

„ lateri Septentrionem refpiciente Fundo, feu Terreno in „ annexa Mappa, feu delineatione Geometrica æque ex- „ cifo ipfis Religiofis, ibidem Deo, & Thaumaturgæ Vir- „ gini famulantibus, in quampiam perpetuæ devotionis, & „ gratitudinis meæ, & pofterorum meorum thefferam, „ Deo Omnipotenti, & Beatæ Virgini Matri cœlorum & „ mundi Reginæ, magnæ Hungarorum Dominæ in antela- „ ta Poffefsione mea Pócs Thaumaturgæ virtute etiam „ liberæ difpofitionis, mihi qua Aquifitori legitime compe- „ tentis hacce mea perennali Fafsione mediante, uberioris „ firmitatis caufa, vivæ vocis meæ oraculo celebranda; „ præfentium vigore in perpetuum humillime trado, afsi- „ gno, & devoveo: fineque illo, ut prædeclaratus utrius „ Ordinis cultus eminentius competens Orientali Unitorum „ materno orthodoxæ Ecclefiæ finu complexorum Ritu, „ cum augmento Sacræ Unionis in perpetuum duret, vi- „ geat, augmentetur, antelati Sacri Ordinis Divi Bafilii „ Magni Religiofis Patribus inhabitandum, & ufuandum „ pia manu trado, & refigno; ea tamen lege:

„ *Primo:* Ut quia ipfa Unionis Sanctitas reciprocam „ charitatem exigeret, & facri hujus loci celebritas, maxi- „ mam, & frequentifsimam utriusque Ritus Chrifti Fidelium „ confluxum haberet, Ritus Latini Fidelibus Devotionis „ caufa eo concurrentibus, liber quidem acceffus, pro fo- „ latio animarum Fidelium concedatur: ita tamen, ut infi- „ nuationes advenientium, & facrificare volentium Sacer- „ dotum fiant legitimis Ecclefiæ Superioribus ad præfcri- „ ptum Conftitutionum Pontificiarum, in quibusvis Latini

„ etiam Ritus Ecclefiis hucusque obfervatarum. Ne obve-
„ nire volentibus quibusvis fcandalis occafio praeberetur.
„ Nihilque inde Juris privati, aut difpofitivi praetendere
„ valerent.

„ *Secundo:* Ut in praedicto Fundo Septemtrionali la-
„ teri Ecclefiae adjacente aedificent praedicti Patres Reve-
„ rendi commodum Hofpitium, ut quivis majoris momenti
„ hofpites, devotionis Chriftianae caufa eo concurrentes,
„ tum & futuri Illuftrifsimi Orientalis Ritus Epifcopi, aut
„ privatae devotionis, aut peragendae publicae Functionis,
„ Epifcopalis caufa propter communem totius Populi, er-
„ ga Divinum Numen, & Sanctifsimam Deiparam, au-
„ gendam pietatem, ibidem moraturi condigne excipi pof-
„ fent. Solenni tamen cautione interpofita: ne quis eo-
„ rundem Illuftrifsimorum Epifcoporum Jus aliud fibi prae-
„ tendere, vel arrogare in memoratum Fundum valeat.
„ Cautionem tamen hanc moderni Illuftrifsimi Domini Epi-
„ fcopi Paterna cura, & pietate non recipiente, adeoque
„ pro eodem nec extenfa exiftente. Quod fi vero Succes-
„ fores moderni Illuftrifsimi Domini Epifcopi, vel quilibet
„ alius, lite, aut potentia mediante quoquo modo praedictos
„ Patres, in praefati Fundi, & reliquarum praeattactarum
„ appertinentiarum eorundem in Poffefforio turbarent, vel
„ eis praejudicarent, ipfo facto vigore praefentium Reve-
„ rendi Patres Ordinis Sancti Bafilii ab omni Jure, etiam
„ Hofpitalitatis foluti funt, liberaque, ac Plenaria Difpo-
„ fitio de quibusvis rebus circa praemiffos Fundos, quibus-
„ vis in circumftantiis apud eosdem Reverendos Patres

„ ma-

„ maneat. Tum in hoc autem, tum & aliis quibusvis qua-
„ libuscunque ſuſcitandæ contra eos, aut impetitionis, aut
„ perſecutionis; quam juxta Apoſtolum pie viventes evitare
„ nequeunt, caſibus, & juſtis etiam contentioſis tamen Li-
„ tibus Religioſis Viris ſemet involvere indecorum, indi-
„ gnum, ne dicam plane ſcandaloſum ſit. Memorati Pa-
„ tres id omnino antevertere ſtudeant, ſed ut purius,
„ exemplariusque Sacra Altiſsimo debita Sacrificia quietius
„ offerre valeant, injurias ſibi imminentes exemplari qui-
„ dem patientia ſuſtineant; ad me tamen, præſcriptosque
„ meos quantocius referant. Hi porro eosdem ab omnibus
„ Injuriis, damnificationibus, omni cura, ſtudio, & diligen-
„ tia defendant, inque Juribus ſibi per me ceſsis, ad amus-
„ ſim manu teneant propriis vel hominum ſuorum fatigiis,
„ & expenſis injurias eorum omnes antevertant. Illatas
„ porro ad exigentiam juſti, & æqui vindicent. Quod ſi
„ vero memoratos Patres Religioſos, & Epiſcopos (quod
„ Divina Providentia pro infinita ſua bonitate clementer
„ advertere dignetur) per injuriam temporum, & quam-
„ piam viciſsitudinem interveniente ne fors aliquo, inde
„ exulare contingeret, ſequaciter præattactum cultum ces-
„ ſare neceſſum foret, interea temporis, usque dum ejusdem
„ Sacri Ordinis Patres Jure poſtliminii redire, & reſtabiliri
„ potuerint. Præattacto Fundo ad meam, & præſcripto-
„ rum meorum Dominii quippe Terreſtralis Jurisdictionem
„ devolvatur; neque tamen ipſis cuicunque Eccleſiaſtico
„ Clericali, aut Religioſo ſtatui ea Titulo Fundationis per-
„ petuæ conferre & tradere ullatenus licitum ſit, ſed ſub

 „ pro-

„ protectione sua conservare obligentur. Interimalis nihilo-
„ minus Templi, & animarum curæ ejusdem Ritus specia-
„ liter sive Religioso, seu Clericali Presbytero Viro, erga
„ convenientem ex fructibus dictæ Possessionis Portionem
„ ipsi excindendam concredatur: & ejusdem Administratio-
„ ni seria cura, & vigilantia adhibeatur, quo piissimæ
„ Devotiones Populi utriusque Ritus confluxus pristino vi-
„ gore reducantur. Ea speciali cautione interjecta, ne sibi
„ ullum Jus, quisquis demum curator fuerit ille inde for-
„ mare, aut prætendere ad præattacta Jura Fundationalia
„ valeat, nulloque in casu Sacræ Religionis reditus iisdem
„ Patribus negotio, & impedimento obstante assignari, &
„ tradi possint. Daturus de cætero operam, omnemque
„ ex parte mea possibilem conatum adhibiturus sum, quo
„ Benignum quoque Regium consensum eatenus obtinere,
„ huicque perennali meæ Fassioni superintendere valeam.
„ Signatum in Castro Károly, die 20. Junii, Anno Domini
„ Millesimo, septingentesimo, quinquagesimo septimo. *Co-*
„ *mes Franciscus Károly* m. p. (L. S)

CAPUT IV.

Collationalium, seu Fundationis per Excellentissimum, ac Illustrissimum Dominum Comitem quondam *Franciscum Károlyi* in Mária Pócs pro Patribus Ord. S. Basilii M. Religiosis Anno Domini 1758. die 24. Februarii factæ genuinus tenor ex Transumptionalibus descriptus:

„ Nos

„ Nos Conventus Regiæ Ecclesiæ S. Crucis de Lelesz,
„ damus pro memoria tenore præsentium significantes, qui-
„ bus expedit Universis. Quod posteaquam nos pro parte,
„ & ad Requisitionem Excellentissimi, ac Illustrissimi Do-
„ mini Comitis Francisci Károlyi de Nagy-Károly, Ar-
„ cium & Dominiorum Károly, Erdöd, Béltek, Csengrád,
„ Megyes, Surany, & Ecsed hæreditarii Domini, Incl.
„ Cottus Szathmáriensis supremi, ac perpetui Comitis,
„ Sacrarum Cæsareo Regiarum Majestatum actualis Intimi
„ Consiliarii, Excelsæ Tabulæ Septem-Viralis Cojudicis,
„ Cæsareo Regiæ Majestatis Equitatus Generalis, unius
„ Legionis Equestris Ordinis Militiæ Hungaricæ Colonelli,
„ & partium Regni Hungariæ Trans-Tibiscanarum Di-
„ strictualis Commendantis Generalis, duos e medio nostri
„ Adm. Reverendos videlicet & Eximios Dominos Herman-
„ num Schuellern, & Emericum Eötvös, Sacri Candidi &
„ exempti Ordinis Præmonstratensis Con-Canonicos Regu-
„ lares, Fratres, & Socios hujus Ecclesiæ nostræ Conven-
„ tuales, ad audiendam infrascriptam hancce Fassionem
„ perennalem per prætitulatam Suam Excellentiam coram
„ eisdem celebrandam nobisque exinde referendam die
„ decima octava mensis Februarii Anno præsente infra-
„ scripto nostris pro Testimoniis Fide dignos duxissemus
„ esse transmittendos, ex tunc iidem ab inde ad nos insimul
„ reversi, nobis sub debito ipsorum Juramento in Generali
„ Regni Decreto super inde expresso, undecima die men-
„ sis Junii conformiter per omnia retulerunt hunc in mo-
„ dum. Quomodo ipsi vigesima quarta præscripti mensis

Fe-

„ Februarii ad faciem Oppidi Nagy-Károly prætacto Co-
„ mitatui adjacentis, confequenterque Caftri feu folitæ
„ Suæ Excellentiæ Refidentiæ in eodem Oppido conftructi
„ & habiti, perfonaliter accefsiffent, ibidemque Idem Do-
„ minus Comes perfonaliter utique coram antelatis Tefti-
„ moniis noftris conftitutus primo matura, & exacta animi
„ fui deliberatione præhabita, fponte, & libere, vivoque
„ vocis fuæ Minifterio fuper infra fpecificato jure poffefsio-
„ nario, in forma Fafsionis perennalis coram ipfis Te-
„ ftimoniis noftris fuiffet confeffus. Ex poft autem hujus-
„ modi Fafsionem fuam perennalem Syngrapha, Sigillo-
„ que fuis propriis fubfcriptam, & corroboratam, in fcri-
„ ptis quoque præfatis Teftimoniis noftris exhibuiffet, per
„ nos authenticandam tenoris infrafcripti:

„ *Comes Franciscus Károlyi* de Nagy-Károly, Arcium,
„ & Dominiorum Károly, Erdöd, Béltek, Csongrád, Me-
„ gyes, Surány, & Ecsed hæreditarius Dominus, Incl.
„ Cottus Szathmárienfis fupremus Comes, Sacr. Cæfareo
„ Regiarum Majeftatum actualis Intimus Confiliarius, Ex-
„ celfæ Tabulæ Septemviralis Cojudex, Cæfareo-Regiæ
„ Majeftatis Equitatus Generalis, unius Legionis Equeftris
„ Ordinis Militiæ Hungaricæ Colonellus, & partium Re-
„ gni Hungariæ Transtibifcanorum Diftrictualis Commen-
„ dans Generalis. Memoriæ commendo tenore præfentium
„ fignificans, quibus expedit Univerfis. Quod cum Ego ad
„ majorem Dei ter optimi maximi gloriam in hac potifsi-
„ mum Regione Transtibifcana, ubi verus Dei, Beatifsi-
„ mæ Virginis Deiparæ, ac Sanctorum cultus ob varias

„ tem-

„ temporum vicifsitudines, & injurias, multis etiam cele-
„ brioribus in locis nimium defecit, quin imo in nonnullis
„ prorfus exulat, pro tenuitate virium mearum propagan-
„ dam in Poffefsione Pócs, I. Cottus Szabolcsienfis adja-
„ cente, alias Dominium Ecsedienfe Donatione Regia me-
„ diante cum omni jure Regio in me, & Succeffores meos
„ hæreditario Jure recenter devolutum pertinente, per me
„ tenta, & habita, Fundum, feu Terrenum illud in quo
„ Ecclefia honori Divino, & Sanctifsimæ Dei Genitrici
„ Virgini Mariæ ibidem in Icone Thaumaturga ex folidis
„ materialibus erecta, ac etiam Monafterium pro Reveren-
„ dis Patribus Ord. Divi Bafilii M. Religiofis, Deo Omni-
„ potenti, ejusdemque Sanctifsimæ Virgini Matri ibidem
„ jugiter famulaturis exftructum, & Refidentia quoque pro
„ Illuftr. Reverendifsimis Dominis Orientalis Ecclefiæ cum
„ S. Matre Ecclefia Unitorum Epifcopis adjecta habentur
„ perennali Fafsione mea mediante, modis, & formis in ea-
„ dem Fafsione mea uberius expreffatis in perpetuum con-
„ tuliffem, fimul etiam de fubfiftentia memoratis Reveren-
„ dis Patribus Religiofis profpicere cupiens, ne forte iidem
„ Reverendi Patres intuitu conquerendorum mediorum, ad
„ vitam fuftentandam neceffariorum, à Divino & Beatifsimæ
„ Virginis Deiparæ cultu avocarentur, quin imo eundem
„ quantum fieri poterit, etiam cum incremento diebus, &
„ noctibus inceffanter continuare valeant, totum & omne
„ jus meum, quod in tota, & integra Poffefsione Pócs per
„ me cum arce, & Dominio Ecsed perennaliter aquifitum
„ habeo, & habere poffum in eosdem perpetuo pofsiden-

E „ dum

„ dum transfero, ea quidem obligatione in me aſſumpta, ut
„ tametſi ea, quæ penes ceſsionem meam Illuſtriſsimus Epi-
„ ſcopus Græci Ritus Unitorum, Epiſcopus Munkacsienſis
„ *Manuel Olſavſzky* revindicavit, in ſignum grati animi vita
„ quidem ejusdem Comite, contra ejusdem voluntatem cum
„ neque deceat, neque velim recipere, ſummam tamen illis
„ inveſtitam, niſi ſua Dominatio Illuſtriſsima ſponte, ac libe-
„ re innata ſibi Paterna pietate, & bonitate dictis Patribus
„ legare, adeoque & me ab hoc onere immunem reddere
„ cupiat, eidem dum & quando recipere, bonaque remittere
„ voluerit, imo & ceſsionariis, & legatariis ſuis perſolven-
„ dam in me, meosque Succeſſores aſſumo, ad ratam porro
„ etiam ejusdem Poſſeſsionis, illamque adhuc dum præ
„ manibus alienis quocunque demum jure, ac titulo avulſa
„ eſſet, omni cura, & diligentia propriis curis, fatigiis, &
„ expenſis recaptivandam memet, Succeſſoresque meos
„ obligo, taliterque utriusque Portionis prædeclarato modo
„ actuale Poſſeſſorium recepturus, eisdem Reverendis Pa-
„ tribus absque ulla cunctatione, & dilatione realitate, &
„ effective tradam, & aſsignabo, imo nunc pro tunc trado,
„ & aſsigno irrevocabiliter, in perpetuum, nihil mihi præ-
„ ter Patronatus, & gladii infraque declarando in caſu
„ bona apprehendendi Juris; primum quidem potiſsimum
„ efficacioris eosdem Patres protegendi, & manutenendi
„ cauſa, alterum vero eo, quod illud ab ſuis Paternitati-
„ bus, adminiſtrari, & indecens, & illicitum eſſet, reſer-
„ vo, adeo, ut etiamſi quacunque fatalitate dictos Religio-
„ ſos inde exſtirpari contingeret, bona quidem hæc prout

„ in

„ in alio de antea cefsis pro Ecclefia & Monafterio eodem-
„ que appertinentibus Fundis declaratum eft, Succeffores
„ mei nullam aliam five Sæcularem, five Ecclefiafticam
„ Jurisdictionem in bona hæc involare permittant, fed
„ eadem Univerfa vigore præfentium, fi fieri poterit, illico
„ apprehendant, fin minus, ceffo Jure fuo facto hoc fuapte
„ revivifcente, & competente revindicent, revindicareque
„ fint obftricti, nemini tamen five Clericali, five Religiofi
„ Ordini tradant, tradereque pofsint in perpetuum, fed de
„ interimali Devotionis, & cultus Divini, animarumque
„ curæ, Viro præfati Ritus Ecclefiaftico, five Clericali, five
„ Religiofo, quacunque tandem ratione interimaliter tan-
„ tum, usque videlicet Deo propitio poftliminio fecuturam
„ præfatorum Religioforum reftitutionem provideant. Tali
„ vero modo Pofsefsionis hujus Pofsefforium Succeffores mei
„ adituri, fructusque, & emolumenta inde provenientia
„ percepturi, etiam ad ædificia confervanda, imo etiamfi
„ quocunque tandem cafu, & fatalitate deftruerentur, &
„ devaftarentur reædificanda, & non tantum à proportione
„ proventus ex hac Pofsefsione recipiendi, fed ad menfu-
„ ram infinitæ, qua mifericordias Dei non folummodo ore
„ cantare, fed & quali quali poffunt reali grati animi figno
„ conteftari tenentur, obligationis aliorum quoque qua-
„ liumcunque proventu Bonorum reftaurare, & priftino
„ fplendori reftituere, Patresque in cafum fecuturum in
„ præfata Pofsefsionis, jurisque Dominium iterum introdu-
„ cere, eandemque iisdem pleno jure, perpetuo, ac irre-
„ vocabiliter pofsidenda afsignare, & per manus tradere

 „ fint

„ ſint obſtricti. Tametſi vero de pietate, & induſtria Sacræ
„ Religionis dubitare nullo modo poſsim, ſperemque hæcce
„ omnia, quæ ceſſa per me ſunt, ad majorem Dei glo-
„ riam ceſſura, tamen quædam grati animi, erga me, &
„ Succeſſores meos obſervantia exigere videtur, ut iidem
„ Reverendi Patres rerum ſuarum, proventuumque diſpen-
„ ſationem, & adminiſtrationem mecum, & Succeſſoribus
„ meis communicent, itaque mihi, Succeſſoribusque meis
„ de Oeconomiæ adminiſtratione, omnibusque proventi-
„ bus, eorundemque diſpenſationibus præattactorum Bono-
„ rum quotannis Filialem demonſtrationem præſentabunt,
„ à quo tamen onere, ſi quo caſu Bona è manibus meis
„ ad quempiam à ſanguine meo alienum, aut Fiſcum Re-
„ gium devolverentur, immunes ſint, taliterque hanc meam
„ perennalem Faſsionem benigno etiam conſenſu Regio,
„ Deo juvante ſuper inducendo regulatam volo, ſuper qua
„ literas Teſtimoniales ſub authentico V. Conventus in tri-
„ plici exemplari, uno quidem mihi, & domui meæ, al-
„ tero Illuſtriſsimo, ac Reverendiſsimo Domino Manueli
„ Olſavſzky moderno Epiſcopo, tertio demum ipſis Re-
„ verendis Patribus præfati Ordinis Divi Baſilii Magni
„ Religioſis, ad antelatum Monaſterium Pócsienſe introdu-
„ ctis, & conſequenter eorundem in eodem Sacro-Luco
„ Succeſſoribus, pro cujusvis directione, & exacta obſer-
„ vatione deſervituris ſolenniter extradandas expeto. Si-
„ gnatum in Caſtro Károly, die 24. Februarii, Anno 1758.
„ (L. S.) *Comes Franciſcus Károlyi* m. p.

„ Super

„ Super qua modo prævio coram antelatis Teſtimoniis „ noſtris per prætitulatum Dominum Comitem Fatentem „ peracta &c. &c. Datum ipſo Feſto Beati Baſilii Magni „ Epiſcopi & Confeſſoris, in diem decimam quartam præ- „ attacti menſis Junii incidente Anno Domini Milleſimo, „ ſeptingenteſimo, quinquageſimo octavo.

„ Requiſitarum proinde, ac juxta Gratioſam prælibati „ Domini Comitis, Domini Judicis Curiæ Regiæ Litera- „ toriam Comiſsionem & Mandatum &c. &c. Datum per „ manus Egreg. *Martini Franczy*, Jurati Notarii noſtri, die „ decima quarta menſis Julii, Anno Domini Milleſimo, „ ſeptingenteſimo ſexageſimo. Lecta, & correcta in voce „ *Bona* per me antelatum *Hermannum Schuellern*, Lecto- „ rem (L.S.)

CAPUT V.

§ I.

Literæ Ceſsionales prælaudati Domini Epiſcopi *Manuelis Olſavſzky*, quoad Monaſterium M. Pocsense:

„ In Nomine Sanctiſsimæ, & Individuæ Trinitatis, „ Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen.

„ Poſteaquam ineffabili Omnipotentis Dei Providen- „ tia, ad munus, & onus Epiſcopale meritis meis impari- „ bus promotus fuiſſem, omni conamine in id intendebam, „ ut cæptam Thaumaturgæ Beatæ Virginis Mariæ, vice „ ſecunda lachrymantis, & miraculis claræ, Eccleſiam

„ lapideam in Possessione Pócs I. Comitatui de Szabólts
„ ingremiata, non modo ad perfectionem deducerem, ve-
„ rum etiam pro refrigerio animæ meæ, majorique Dei
„ gloria, atque Matris Dei augendo cultu penes dictam
„ Ecclesiam domum Religiosam pro Reverendis Patribus,
„ & Fratribus meis Ordinis Sancti Basilii Magni Professis
„ Religiosis erigere in animo constituissem; Quia vero Ec-
„ clesia Parochialis antiqua per injuriam temporum ad ma-
„ nus Acatholicorum, qui subsecutis etiam Regnicolaribus
„ Articulis fulciti cum summa licet rei Catholicæ Jactura
„ tolerari deberent, devenisset, & hucdum iidem in ejus-
„ dem Possessorio permansissent, Ecclesiam porro olim li-
„ gneam pro Ritu Orientali in Fundo eotum Illustrissimæ
„ Familiæ *Rakoczianæ*, modo vero ad Possessorium Ex-
„ cellentissimi Domini Comitis, & Generalis Francisci
„ Károlyi (Titl.) devoluto, positam, sed & modernam la-
„ pideam in ejus locum inchoatam, omni stabilimento,
„ quoad locum, & Fundum destitutam animadvertissem;
„ humillimum feci recursum ad altefatum Excellentissi-
„ mum Dominum Comitem Károlyi, qua actualem totius
„ Dominii Ecsed, adeoque & Possessionis Póócs hæredi-
„ tarium Jure Patronatus, etiam Regio provisum Domi-
„ num Terrestrem, non modo pro Fundo impetrando in-
„ choatæ, & per me continuatæ, atque etiam Deo pro-
„ pitio erectæ Ecclesiæ lapideæ, verum ampliore in ejus-
„ dem vicinitate pro construenda Religiosa domo, seu
„ Monasterio Patribus, & Fratribus meis Religiosis Or-
„ dinis S. Basilii Magni, in eadem Ecclesia in perpetuum

„ Deo

„ Deo famulaturis. Cum autem Idem Excellentiſsimus
„ Dominus Comes, & Generalis pro innata ſibi ſingulari
„ erga Thaumaturgam Beatam Virginem pietate, atque
„ Zelo, peculiari item erga Ordinem S. Baſilii Magni
„ gratia, ejusmodi votis meis pientiſsime annuiſſet, &
„ non modo Fundamentalis lapidis quæſtionati Religioſi
„ ædificii impoſitioni, medio Plenipotentiarii ſui Spectabilis
„ Domini Demetrii Rácz interfuiſſet, verum Fundum
„ etiam tam pro Eccleſia ſæpefata lapidea, quam & do-
„ mo Religioſa cum ſuis appertinentiis, prout in Geome-
„ trica delineatione authentica hicce ſubnexa liquidius
„ expreſſum haberetur, præmiſſum Sacrum in finem, Faſ-
„ ſione authentica perennali contuliſſet, tradidiſſet, & per
„ manus effective aſsignaſſet, imo etiam Conſenſum Re-
„ gium deſuper ſemet exoperaturum optima fide appromit-
„ tere dignatus fuiſſet, gratioſe addito, & eo, quod com-
„ poſſeſsoribus in præfata Poſſeſsione Pócs adhuc exiſten-
„ tibus, quaqua via excutiendis, Eccleſiam quoque &
„ Fundum ab antiquo Parochiales non obſtante articulari
„ impedimento recepturus, jurique Epiſcopali Deo fa-
„ vente reſtituturus eſſet. Taliterque Clementiſsimus Deus
„ me in mea intentione erigendæ toties fatæ Religioſæ do-
„ mus miſericordiſsime adjuviſſet, quæ etiam majori in
„ parte meis propriis ſumptibus jam adaptata haberetur,
„ & ſenſim Deo propitio per me adaptanda veniret eum
„ in finem:

„ *Primo:* Ut in dicta piis potiſsimum Chriſti Fidelium
„ oblationibus, ſignanter piæ memoriæ Anteceſſoris mei

„ Illu-

„ Illuſtriſsimi condam Epiſcopi Genadii Bizanczy pio Le-
„ gato, propriisque meis ſumptibus ad perfectionem ferme
„ deducta Thaumaturgæ æde nocturna, & diurna ſecun-
„ dum Eccleſiæ Orientalis Ritum devotio, preces, & in-
„ cruenta Miſſæ Sacrificia, Fidelis Catholici Populi utri-
„ usque Latini, & Uniti Ritus in majus gloriæ, & hono-
„ ris Dei incrementum, Virginisque, & magnæ Matris
„ Thaumaturgæ cultus augmentum, atque animarum ſa-
„ lutem, promoveri, & continuari quirent, præfatam do-
„ mum pro pace, quiete, & tranquillitate Religioſa me-
„ moratis Reverendis Patribus meis Ord. S. Baſilii Magni
„ profeſsis, modernis & futuris, in præfata Sacra æde ju-
„ giter, & pleno jure Deo, & magnæ Matri famulaturis
„ inhabitandam, uſuandam, atque poſsidendam confero,
„ trado, & per manus reſigno, imo contuli, tradidi, &
„ faſsione authentica jure perennali per manus reſignavi,
„ id expreſſe declarando

„ *Secundo:* Ut mei legitimi Succeſſores in Epiſcopatu
„ Munkacsienſi, & Vicariatu Apoſtolico, ad anteverten-
„ das, ne fors in futurum emergibiles, & movendas quas-
„ cunque, & quomodocunque quæſtiones, aut prætenſiones
„ huic meæ diſpoſitioni liberæ, contrarias in dictam do-
„ mum, cujus Fundum in huncce utpote finem, ut præ-
„ miſſum eſt, collatam impetraſſem, ſeu Monaſterium, Jus
„ nullum proprietatis, Jurisque proprietatem, atque fa-
„ cultatem, ſeu ſibi, ſeu Succeſſoribus vendicare, uſur-
„ pare, aut prætendere ullo modo poſsint, & valeant.
„ Quin imo:

„ *Ter-*

„ *Tertio :* In viſceribus Chriſti orandos, & rogandos „ meos Succeſſores Epiſcopos eſſe velim, ut in Chriſtiana, „ & Fraterna charitate ab amantiſsimo Salvatore impenſe „ commendata eosdem Patres protegere, adjuvare, atque „ conſervare ſatagant, & ſtudeant, contraque omnes impe- „ titores, & pacis turbatores Epiſcopali zelo defendant, „ atque tueantur. Patres vero

„ *Quarto:* Eisdem Succeſsoribus noſtris Epiſcopis, qua „ ſuis immediatis Prælatis juxta Sanctiones, & Decreta „ Æcumenicorum Conciliorum, nominanter Nicæni Ca- „ nonem tertium, & alibi paſsim expreſſatos omnem ho- „ norem, reverentiam, debitam obedientiam Religioſam „ præſtare obligabuntur, & tenebuntur; ſed &

„ *Quinto:* Iidem Reverendi Patres moderni, & futuri „ pro refrigerio animæ meæ, & aliarum in Purgatorio de- „ tentarum omni hebdomada annue unum Sacrificium can- „ tatum, aliud vero menſe quovis pro conſervatione Excel- „ lentiſsimæ Domus Károlyianæ, atque ſalute amicorum, „ & converſione inimicorum celebrare obligabuntur.

„ In cujus rei majus robur, & firmamentum futura pro „ cautela eorundem Patrum Baſilitarum præſentes Ceſsio- „ nales manu propria ſubſcriptas, & uſuali ſigillo robora- „ tas extradandas eſſe cenſui, prouti & extradedi. Da- „ tum in Poſſeſsione Pócs, die 1. menſis Decembris, Anno „ Domini 1753. *Michaël Manuël Olſavſzky*, Epiſcopus Roſ- „ ſenſis, Munkacsienſis, Maramoroſienſis, per Inclytum „ Regnum Hungariæ Vicarius Apoſtolicus, Sacratiſsimæ „ Cæſareo-Regiæ Majeſtatis Conſiliarius m. p. (L. S.)

§ II. Omni quidem conamine, & ſtudio adnitebatur, contentebatque Præſul ille, ut cæptum hoc ſuum opus, ſeu Monaſterium, & jam pro octo circiter Religioſis adaptatum, ad ſtatum perfectum perducere poſſet, verum reditibus ſuis propriis, iisque aliunde exiguis, in continuanda Eccleſiæ ſtructura pene abſumptis, ab opere continuando deſiſtere, quoad usque reſumeret vires, ſumptusque neceſſarios comparare valeret, in animo conſtituit, aſt morte præventus voti hujus compos factus haud fuit: Interea tamen non ſivit Deus opus hoc in ſtatu imperfecto diu permanere, verum medio Spectabilis Domini condam *Demetrii Ratz* illud conſumare dignatus eſt, quatuordecim circiter millia Rhflorenorum in id continuandum, de proprio ære per eundem Dominum Ruthenum liberaliter inſumptis: ædificium hocce quadriangulare eſt ad duas Condignationes elevatum, amplum, atque Ideæ piiſsimi Præſulis, & Fundatoris apprime correſpondens, conjunctum cum Eccleſia medio ambitus murati, pariter poſt mortem dicti Præſulis (præexiſtentibus jam & præhabitis Fundamentis) conſtructi.

§ III. Introducti ſunt ad Maria Pócs Religioſi Ordinis S. Baſilii Magni, per prælaudatum Præſulem *Manuelem Olſavſzky*, Anno Domini 1749. & Domum Parochialem ad latus Eccleſiæ Septemtrionale ſitam, primo inhabitare cæperunt, & poſtmodum Anno 1753. ad novum ædificium pro iisdem conſtrui cæptum, & ex parte adaptatum translati fuerant primi hi Religioſi inhabitatores videlicet Patres Hieromonachi:

„ *Joan-*

„ *Joannicius Szkripka*, Hegumenus.

„ *Leontius Sztaroſzta*, Spiritualis.

„ *Antonius Szmolyko*, Parochiæ Adminiſtrator.

„ *Bonifacius Greczula.*

„ *Ambroſius Telepcsik*, Diaconus.

Auctus poſtea ſucceſſu temporis eorundem numerus, usque ad 12. Individua, & ultra aſſurgens necefsitate ita exigente, accedenteque præſertim intertentionis mediorum per altefatum Excellentiſsimum Dominum Comitem *Franciſcum Károlyi* facta Proviſione præexpoſita: imo Annis compluribus retroactis etiam viginti quatuor Religioſa numerabantur Individua, complures horas tam nocturnas, quam diurnas laudibus Divinis in ſacra æde ad Thaumaturgam Iconem Beatæ Virginis Deiparæ quotidie impendentes, ac populo devotionis cauſa concurrenti omnimode inſervientes.

De præſenti vero Scholas docent, & juventutem ex remotis partibus confluentem elementaribus diſciplinis inſtituunt, atque ad altiora ſtudia ſolerter diſponunt, exercent, qualificant, lingua nativa Ruthenica, Hungarica, & Latina quoque; duo Individua ſyſtematice per Dominos Studiorum Directores approbata tradunt.

§ IV. Anno 1777. Excellentiſsimus Dominus *Comes Antonius Károlyi*, qua in Diſtrictu litterario M. Varadienſi ſuperior Regius Director Studiorum, peracta Bathorienſium, & Pócsenſium Scholarum jam præexiſtentium viſitatione, clementer ſibi injunctam præſtitit deſuper Informationem,

 quæ

quæ poſtea per Exc. Conſilium L. R. Ung. Suæ Majeſtati Cæſareo - Regiæ repræſentata in locum præhabitarum Scholarum, Nationales de benigno Juſſu Regio ad Maria Pócs introductæ ſunt, ad ſenſum gratioſi Intimati prælaudato Domino Comiti ſonantis, cujus hic tenor: „ Spe- „ ctabilis ac Magnifice, Excellentiſsime ac Illuſtriſsime &c. „ Circa peractam per Excellentiam Veſtram Bathorienſium, „ & Pócsienſium Scholarum Viſitationem ſub 17. menſis „ Januarii iſthuc ſubmiſſas literas, Conſilium hoc Locum- „ tenen. R. Suæ Majeſtati Sacratiſsimæ demiſſe repræſen- „ tavit. Quibus uberius expenſis cum omnino appareat in „ neutro prædictorum locorum ob vicinitatem cumprimis „ Szathmarienſis, & Károlyienſis, nec non Debreczinenſis „ Gymnaſiorum neceſsitatem adeſſe, Gymnaſium etiam „ minus cum Univerſis quippe Grammaticis claſsibus in- „ troducendi.

„ Hinc in eo deprompiam per prælibatam Excellen- „ tiam Veſtram opinionem, ut nimirum Bathorienſe minus „ Gymnaſium usque ad Principia incluſive, ultro quoque „ excolatur, & conſervetur, è contra vero Pócsini minus „ ejusmodi Gymnaſium nec aperiatur, ea ratione clementer „ ratihabere, & tam apud Minoritas Bathorienſes, tam & „ Pócsienſes Baſilitas diſponendum Benigne præcipere di- „ gnata eſt altefata Sua Majeſtas, ut illi pro uſu circum- „ vicinæ Plagæ accolarum; hi autem cumprimis pro Ru- „ thenis, & Græco Catholicis, bene formatas Nationales, „ & Triviales Scholas cum adjuncta Elementari claſſe eri- „ gant,

„ gant, & easdem citra ullum Fundi Studiorum onus, pro „ utilitate publica illarum partium, ubi partim fundati ſunt, „ partim ex publicis Eleemoſynis vivunt, rite provideant, „ ac immediatæ Inſpectioni Regii Nationalium Scholarum „ Inſpectoris, in conformitate ſyſtematis eatenus ſtabiliti, „ ſubjiciantur, relate tamen ad Catecheſes, diſtinctim per „ ordinanda eatenus Individua tradendas cum Ordinariis „ quoque debita correſpondentia foveatur.

„ Quam proinde Benignam Reſolutionem, & Ordina- „ tionem Cæſareo Regiam Excellentiæ Veſtræ pro debita „ ejus obſervatione, & effectuatione hisce de altiſsimo Juſſu „ Regio intimat Conſilium hoc Locumten. Reg. &c. &c. „ Datum ex Conſilio Regio Locumten. Hung. Poſonii, die „ 28. menſis Aprilis, Anno Domini 1777. celebrata Spe- „ ctabilis ac Magnificæ, Excellentiſsimæ ac Illuſtriſsimæ „ Dominationis Veſtræ ad Officia paratus, & paratiſsimi „ *Comes Georgius Fekete* m. p. *Franciſcus Skérlecz* m. p. „ *Lazarus Somſicz* m. p.

Præmiſſo gratioſo Intimato percepto, Dominus idem Excellentiſsimus Comes hanc Altiſsimam Ordinationem Regiam, Patri Proto-Hegumeno eotum Martyrio Kaſper, illico notam reddiderat, quatenus duos, aut tres ſui Ordinis Religioſos ſine condiſcendæ novæ methodi Magno-Károlyinum inomiſſe ſtatuendos ordinaret; prouti etiam prænominatus Pater Proto-Hegumenus, pro deſignato termino primæ diei menſis Maji Anno Domini 1780. tres è gremio

Sacri Ordinis recentiores profeſſos, & jam in præattacta Poſſeſsione Pócs juxta antiquum ſyſtema Elementa, & Principia linguæ Latinæ eotum docentes effective ad deſtinatum illum Locum ordinavit, atque ſubmiſit, qui etiam brevi, unius circiter menſis ſpatio prædeclarata methodo percepta, & publico tentamine abſoluto pro Doctione (Hungarico, & Germanico Idiomate) Idonei declarati, & approbati, Teſtimoniisque deſuper proviſi ad ſuam reverſi ſunt ſtationem, ſeu ad Monaſterium Pócsenſe, moxque ſolenni ritu per Diſtrictualem Scholarum Nationalium Inſpectorem Regium Spectabilem Dominum *Carolum Luby de Benedek-falva*, & primariæ Nationalis Scholæ M. Károlyienſis Regium localem Directorem Spectabilem Dominum *Jacobum Bethö*, introductis in ſæpefatam Poſſeſsionem Pócs Scholis Nationalibus, hi neo approbati, numeroſæ Juventuti è partibus etiam remotioribus congregatæ, & perprius jam methodo veteri inſtitutæ, recentiori hac inſtituendæ deinceps conſtituti ſunt, aliis, ac aliis ſibi de eodem Ordine Religioſo in munere docendi ſuccedentibus, non absque magno Juventutis Scholaſticæ profectu, & ſingulari ædificatione populi, quotidiano ſuo in æde ſacra cantu ſuaviſsimo, quo idem populus ad fatam ædem undique confluens ad devotionem commoveri ac provocari aſſolet.

Et hæc ſunt, quæ de Origine, & progreſſu Fundationis Eccleſiæ, Monaſterii item, & Introductione ad Poſseſsionem Pócs Religioſorum S. Baſilii Magni, atque emanatione exinde utilitatis in bonum publicum referenda præ

cæ-

cæteris veniunt, ac etiam fide digne relata ſunt; atque ex authenticis inſtrumentis literalibus deducta.

Curatore proinde, & Promotore Præſule condam Munkacsienſi *Manuele Olſavſzky* exiſtit Monaſterium Pócsenſe, quod veluti perenne monumentum etiam tacentibus linguis loquitur, & enarrat, hujus Apoſtolici Viri ſummam in ſuperos pietatem, indefeſſum ſtudium, zelumque in promovenda ſemper, & ubique gloria Dei, in augendo cultu Deiparæ Virginis, in procuranda ſalute proximorum, in revocandis ad gremium Sanctæ Matris Ecclesiæ Catholicæ errabundis & infidelibus; atque exinde apud Auguſtam Aulam apprime charus ſemel, ac iterum in negotiis Religionis Commiſſarius Regius conſtituebatur, vice una cum Decreto ad Tranſylvaniam Anno nempe 1745. miſſus, vice altera ad I. Cottum Szathmarienſem æque clementer deputatus, opus benigne ſibi injunctum cum optabili, felicique ſucceſſu terminavit, atque hic, & ibi rem omnem ex aſſe complanavit; denique per Sarabaitam quemdam Sophronium nominatum, populum ad Schisma concitatum relapſumque Anno 1761. ad reaſſumendam Sacram Unionem cum optato ſucceſſu exhortatus eſt, Sermone, qui hic ſubjungitur per extenſum, typisque Tyrnavienſibus 1764. in 4to. vulgato.



CA-

CAPUT VI.

SERMO

DE SACRA, OCCIDENTALEM INTER ET ORIENTALEM ECCLESIAM

UNIONE,

QUO

MICHAEL MANUEL OLSAVSZKY,

Epiſcopus Roſſenſis, Munkacsienſis, per Inclytum Regnum Hungariæ, & Partes illi annexas

VICARIUS APOSTOLICUS,

Sacratiſsimæ Cæſareæ-Regiæ Apoſtolicæ Majeſtatis CONSILIARIUS &c.

Occaſione ſuæ cum Regio Decreto Viſitationis Comitatus Szathmarienſis Populum, per Sarabaitam quemdam qui Sophronium ſe nominabat, ad Schisma concitatum & relapſum

Anno Domini 1751.

ad reaſſummendam Sacram Unionem cum optato ſucceſſu exhortatus eſt.

Interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea, & invenietis refrigerium animabus veſtris. *Jerem. cap. VI. v.* 16.

Duplicis Ordinis, ante Chriſti adventum fuiſſe in terra populum Sacra Scriptura non in uno teſtatur loco : Alte-

alterum Judaicum, Gentilem alterum: Ille in unum verum Deum credens, ac præcepta ejus observans, per fidem in Christum venturum salvabatur. Iste pro libitu suo, Deos, & simulacra varia colens, in cœcitate sua peribat, damnabaturque. Hunc itaque Populum utrumque, ut Deus, qui omnes homines vult salvos facere, in unum Ovile, seu in unam salvificam Fidem colligat; misit primo Prophetas, voluntatis suæ nuntios, & declaratores, quibus dignus non erat mundus; alii enim ex illis lapidati sunt, alii secti, alii Hebr. 11. v. 37.
in occisione gladii mortui sunt, quapropter novissime misit ad eos Filium Unigenitum, ut omnis, qui credit in eum, Joan. 3. v. 16.
non pereat; sed habeat vitam æternam. Qui per Isaiam Prophetam suum his verbis prædixit adventum: Venio, Isaiæ 66. v. 18.
inquit, ut congregem cum omnibus gentibus, & linguis: & venient, & videbunt gloriam meam, & ponam in eis signum, & mittam ex eis, qui salvati fuerint, ad gentes in mare, in Africam, & Lydiam tendentes sagittam; in Italiam, & Græciam ad Insulas longe, ad eos, qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam. Et annunciabunt gloriam meam gentibus, & adducent omnes Fratres vestros de cunctis gentibus.

Venit igitur Christus in mundum, & circuibat vicos, & Plateas, Pagos, & Civitates, sementem verbi Divini spargendo, hos, ut bonus Paterfamilias ad vineam suam vocando; illos, ut Rex magnus ad nuptias invitando; illis cœnam magnam apponendo: illis denarium vitæ æternæ promittendo; vix non ubique subsequentibus signis, sicque Oves, quæ perierant, in unum colligebat Ovile. Nec hoc

 satis:

Marci 16. ſatis: miſit ex eis, qui ſalvati ſunt, Apoſtolos ſcilicet, in
v. 15. mundum Univerſum, ut prædicarent Evangelium omni
Rom. 10. creaturæ & prædicarunt: Nam in omnem terram exivit
v. 18. ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Et quia
unum Deum, unum Chriſtum, unum Baptisma, verbo:
Unam prædicaverunt Fidem; factum eſt, ut totius Orbis
Fideles ejusdem Fidei dogmatibus, in ſincera charitate,
quæ eſt vinculum perfectionis, in unum quaſi colligati,
unum myſticum effecerint corpus; cujus caput eſt Chriſtus,
Corinth. membra vero ipſi Fideles Corpora veſtra, inquit Paulus,
6. v. 25. membra ſunt Chriſti, caput Chriſtus. Multi, inquit, unum
corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra. Quemadmodum itaque omnia membra in homine uniuntur capiti, & unum membrum unitur alteri, ita omnes Chriſti Fideles uniuntur Chriſto, ut capiti, ſibi ipſis autem, ut membra membris, per fidem ſcilicet, & charitatem. Et ſicut membra capiti conjuncta, ac ſibi ipſis cohærentia, dicuntur Unita, ita omnes, qui eandem Chriſti Fidem profitentur, Uniti vocantur; namque unum habent caput, & ſinguli ſunt alter alterius membra, ut nominatus Apoſtolus docet.

Et hæc eſt Unio illa, quæ vos parum intelligentes ſcandaliſat, putantes Unionem, aut novam ſignificare Fidem, aut diverſos inter Ritus eandem conſiſtere non poſſe. In quo erratis quam graviſsime. Unio autem non novam aliquam Religionem, verum in Fide, à Chriſto tradita, omnium in omnibus eundem ſenſum, & Profeſsionem ſignificat. Neque Rituum varietate disſolvitur, aut immutatur:

„ Unus

„ Unus Dominus, inquit S. Paulus, una Fides, unum Ephef. 4.
„ Baptisma " nuspiam autem unum Ritum esse dicit. Quod v. 5.
si diceret, nec quidem inter ipsos Græcos una esset Fides: cum idem Ritus non servetur ab omnibus, sic; quod vos ipsi scitis; Calugeris carnibus vesci non licet: vos vescimini, illis uxores habere prohibitum est: Parochi vestri, & vos habetis, vestrum alicujus si uxor moriatur, aliam ducere indultum est, non vero Parochis. Taceo diversitatem ceremoniarum Ecclesiasticarum. Tot enim fere diversa sunt Typica, quot Monasteria Religiosorum, ut iterum scire potestis. Neque tamen alteram Fidem Calugeros, alteram vos profiteri dicitis. Manifeste diversos inter Ritus unam Fidem consistere posse confitentes. Et hoc modo inde ab Exordio alia dicebatur Ecclesia Orientalis, alia Occidentalis, quia nempe: alii Ritus observabantur à Græcis, alii autem à Romanis, Fides vero una eademque fuit. Nam sine hac Apostolo teste: imposlibile est placere Deo, estque plane immutabilis, & indefectibilis, secundum illud Christi dictum: Portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Ritus è contra, & ceremoniæ mutari possunt, & mutantur, ut immutavit ipse S. Joannes Chrysostomus, qui S. Basilii Magni Liturgiam abbreviavit, uti & illi SS. Patres, qui pœnitentiám publicam sustulerunt, & corpus ad manus communicantium dari, contra 90. Canonem Concilii Trullani prohibuerunt: Fide utique salva, & intacta, hoc inquam modo ab initio dicebatur alia Ecclesia Græca, alia Romana, non quod hæc, aut illa, aliam servaverit Fidem; verum quod utraque diversos habuerit ritus, partim ab

ipſis Apoſtolis, partim vero ab eorum Succeſſoribus, Sanctis Patribus inſtitutos.

De quo, ſeu de Unitate Fidei, inter Græcos, & Romanos, non obſtante Ritus diverſitate, ſi dubitatis, inter-
2 Corin. rogate de ſemitis antiquis? ſed non Pſeudo Apoſtolos: *qui*
11. v. 13. *ſunt operarii ſubdoli, transfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti, ſunt autem maledictionis Filii.* Verum interrogate Patres veſtros, & annunciabunt vobis, Majores veſtros, & dicent vobis; interrogate ergo à Patribus veſtris, qui per Evangelium genuerunt vos, Chriſti Apoſtolos, & quidem primo. Interrogate ſecundo Sanctos Dei homines, Patres nempe Eccleſiæ Orientalis, qui Sancto Spiritu afflati locuti. Interrogate tertio: ſeptem Concilia in Oriente celebrata; denique: Ipſos Græcos Imperatores? Interrogate, quæ ſit via bona, & de ſemitis antiquis, quibus illi incedentes invenerunt refrigerium animabus ſuis? & omnes uno ore dicent vobis: ſe via Unionis in Fide cum Romanis perveniſſe ad cœlum; quorum reſponſa, donec ego ex eorum ſcriptis vobis protulera, tam attente audite, quam libenter ſalvi eſſe cupitis.

Inter Patres, qui per Evangelium genuerunt vos primus ſe offert S. Lucas Evangeliſta, qui in die Pentecoſtes Spiritus Sancti ſuper Apoſtolos adventum; & eorum præ-
Actor. 2. dicationem deſcribens, hæc habet: *Erant*, inquit, *in Jeru-*
v. 5. *ſalem habitantes Judæi Viri Religioſi, ex omni Natione, quæ ſub cœlo eſt, convenit multitudo nempe: Parthi, & Medi, & Ælamitæ, & qui habitant Meſopotamiam, Judæam, &*

Ca-

Capadociam, Pontum, & Asiam, Phrygiam, & Pamphiliam, Ægyptum, & partes Libyæ, quæ est circa Cyrenen & advenæ Romani, Judæi quoque & Proselyti, Cretes, & Arabes. De quibus omnibus Petri Apostoli sermonem audientibus, hæc subjungit ibidem S. Lucas, qui receperunt sermonem ejus baptisati sunt: & appositæ sunt in die illa animæ circiter tria millia. Capite vero quarto addidit: Multi inquit eorum, Actor. 4.
qui audierant verbum crediderunt, *& factus est numerus* v. 32.
virorum quinque millia, de his inquam omnibus dicit: *Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una.* Ecce diversissimæ Nationes, quam arcte, quamque sincere Fidei vinculo fuerant inter se unitæ, ut unum cor, & unam animam dicantur habuisse, & hoc in principio Ecclesiæ, & post unam de vera Fide Petri dictionem: O sanctum, o felicem illorum statum! è converso, o damnabilem nostram conditionem! tunc Judæi, Græci, Romani, & aliæ Nationes unum cor, & animam unam habebant in Christi Fide, nos vero ejusdem Nationes, ejusdem pagi, imo ejusdem domus homines ad invicem discrepamus, & inconsutilem Christi vestem, Fidem nempe Apostolicam cum Ario dilaceramus.

Sed audite ultro S. Paulum, qui Corintho ad Romanos Epistolam scribens, ait: *Salutant vos omnes Ecclesiæ* Rom. 16.
Christi, Græcæ nempe Romanos, & vicissim Roma ad Phi- v. 16.
lippenses Græcos scribens, dicit: *Salutant vos omnes Sancti,* Philip. 4.
maxime autem qui de Cæsaris Domo sunt; ac iterum Roma v. 22.
scribens Hebræis, ait: *Salutant vos de Italia Fratres.* Audite, Hebr. 13.
& S. Petrum, qui ex eadem Urbe Romana scribens ad v. 24.

Eccleſias Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Aſiæ & Bithyniæ,
1 Petr. 5. v. 13. dicit: *Salutat vos Eccleſia, quæ eſt in Babylone collecta*, per Babylonem intelligendo Romam, ut SS. Patres interpretantur. En quomodo Græci ſalutabant Romanos, Romani Græcos, imo Fratres ſeſe compellabant, adimplentes illud
Matth. 23. v. 8. Chriſti dictum: *Vos autem omnes Fratres eſtis.* En quam vere, quamque ſincere uniti fuerint; ſi cauſam ſcire cupitis,
Rom. 1. v. 8. audite verba S. Pauli, & quod hucusque ignoraſtis ediſcite: *Fides veſtra*, hoc eſt Romanorum *annunciatur*, inquit, *in univerſo mundo*, per fidem itaque, & in Fide non tantum Græci, ſed totus mundus Chriſtianus Unitus fuit cum Romanis, quorum Fides in Univerſo annunciabatur mundo. Licet enim Hyeroſolimis cæperit Chriſti Fides prædicari, Roma tamen dicitur annunciari, quia Petrus, ſuper quem Chriſtus Eccleſiam ſuam ædificavit, Romæ illam non tantum verbo docuit, ſed & ſanguine ibi pro ea fuſo confirmavit relicta Jeroſolima, cujus ſecundum Chriſti Vaticinium, nec lapis ſuper lapidem manſit, & nunc ſub Jugo Turcico miſera gemit. En in Scriptura Sacra ſemitæ antiquæ Unionis Fidei inter Nationes, & cumprimis Græcos inter, & Romanos habitæ. Negate, ſi audetis Fidem SS. Lucæ, Paulo, & Petro, Patribus veſtris, & per Evangelium Chriſti Genitoribus.

Quibus an SS. Patres Græci conſentiant, interrogate, dicent vobis, & primo quidem S. Polycarpus, Joannis Evangeliſtæ diſcipulus, Smyrnæ in Aſia Epiſcopus, Natione Græcus, ipſo facto ſe cum Romanis in Fide unitum fuiſſe dicet vobis. Nam hic Sanctus teſte Euſebio, Epiſcopo

Cæ-

Cæſarienſi, itidem Græco Romam ad Patriarcham Anicetum venit, de Paſchate celebrando, deque aliis nonnullis tractaturus cum eo, ibique honoris gratia Lyturgiam facere permiſſus, dato, & accepto charitatis oſculo à nominato S. Patriarcha ad ſuos reverſus eſt in pace. Secundo loco reſpondebit vobis S. Dionyſius, Corinthiorum Epiſcopus, & ipſe Græcus, qui apud eundem Euſebium hæc de Romanis ſcribit: à principio, inquit, moris eſt vobis Fratres omnes variis juvare beneficiis, multisque Eccleſiis, quæ ſunt per diverſa terrarum loca, cuncta quibus indigent deſtinare, Beatus vero Epiſcopus veſter Soter, non ſolum ſervavit, quæ Patres tradiderunt, ſed & auxit in melius, qui non tantum Sanctis, quæ uſus corporalis poſcit, impertit; verum & advenientes Fratres clementiſſatis, & mitiſsimo ſolatur alloquio, & tanquam pium, ac Religioſum Patrem ſingulis exhibet. Interrogate tertio S. Baſilium, Gregorium Naziazenum, illum, ut Cæſareæ in Cappadocia Epiſcopum, hunc ut Patriarcham Conſtantinopolitanum: & primus quidem reſpondebit vobis eandem Fidem ſuo tempore fuiſſe Seleuciæ, Conſtantinopoli, & Romæ. Alter vero fatebitur non tantum Fidem Romæ erectam fuiſſe antiquitus, & rectam perſeveraſſe ſuo tempore, ſed etiam, quod devinciat pro nexu quæcunque ſol labens videt.

Euſeb. L. 3. Hiſt. c. 14. & L. 5. c. 23.

Euſeb. Lib. Hiſt. 4. c. 22.

S. Baſilius Epiſt. 72.

Naziaz. Corp. de vita ſua num. 38.

Porro, ſi S. Athanaſii vitam inſpexeritis, videbitis eum ſemel, atque iterum Romæ apud Julium Papam converſatum, & cum illo in omnibus Fidei rebus communicantem. Denique, ut innumeros alios omittam, interrogate quæſo columnam illam, & lucidiſsimum Eccleſiæ Orientalis ſolem

Apol. Ath.

S.

Chryſoſt. hom. 32. in cap. 16. ad Rom.

S. Joannem Chryſoſtomum, & quid ſenſerit de Roma, & Romanis dicet vobis: non eſt, inquit, tam lucidum cœlum, dum radios exmittit ſol, ſicut Urbs Roma duo hæc (Petrum & Paulum Apoſtolos) lumina ubique per Univerſum emittens.

Ecce chariſsimi Filii! qua via inceſſerunt Patres, & Majores veſtri. En quam clare vobis reſpondeant, ſe cum Romanis unitos fuiſſe in Fide. Sanctus enim Polycarpus Romæ Liturgiam celebravit, S. Dionyſius Romanos vocat Fratres, & Patriarcham eorum S. Soterem pium, ac Religioſum Patrem. S. Baſilius Conſtantinopoli, & Romæ unam fuiſſe Fidem dicit. S. Gregorius Naziazenus rectam Romanorum fidem eſſe fatetur. S. Athanaſius per ſemi alterum Annum cum Romano Patriarcha familiariter vixit. S. denique Chryſoſtomus ſole lucidiorem dicit eſſe Romam ob corpora Sanctorum Petri, & Pauli hodiedum ibidem exiſtentia. An putatis tam bene, tamque laudabiliter locuturos fuiſſe hos SS. Patres Græcos de Romanis, ſi in eadem fide, & charitate cum illis non fuiſſent. Profecto horruiſſent eos, ut moderni Græci abhorrent Verum quid ego vos ad unum alterumve Patrem de inveſtigandis ſemitis antiquis Unionis relego? Interrogate omnes illos in Spiritu Sancto ad Concilia congregatos. Interrogate, an non uno corde? & una anima cum Romanis contra Hæreticos pugnaverint? Et an ſeſe in ſeptem, ut dixi, primis Conciliis ad invicem damnaverint? & dicent vobis.

Primo quidem 318. Patres Anno 325. Niceæ in Bithynia contra Arium congregati, ſe cum Osio, Cordubæ in

Hi-

Hiſpania Epiſcopo, Victore item & Vincentio, Romanæ Eccleſiæ Presbyteris, & Sylveſtri Patriarchæ Ramani Legatis condemnaſſe Arium, & unam Fidei formulam pro tota ſtatuiſſe Chriſtianitate, præſente & conſentiente S. Conſtantino Magno Imperatore. Dicent ſecundo 150. Patres contra Macedonium Conſtantinopolitanum Epiſcopum Anno 381. Conſtantinopoli congregati, qui unita voluntate, cum Damaſo Patriarcha Romano, ad quem tres è gremio ſuo miſerunt Epiſcopos Ciriacum nempe, Euſebium, & Priſcianum, nominatum Macedonium, qua Hæreticum damnarunt, & rurſus Fidei Symbolum unanimiter declararunt. Tertio 200. contra Neſtorium Epheſi Anno 430. congregati, qui unitis viribus cum Cœleſtino Patriarcha Romano, dictum Hæreticum anathemizarunt, præſidente nomine Patriarchæ Romani Cyrillo Patriarcha Alexandrino, usque dum novi Romanæ Sedis adveniſſent Legati: qui ubi Cœleſtini Papæ literas Concilio legendas tradidiſſent, unanimi voce acclamatum eſt à Concilii Patribus: novo Paulo Cœleſtino; Cœleſtino cuſtodi Fidei, Cœleſtino cum Synodo concordi, univerſa Synodus gratias egit.

Dicent quarto 636. Patres Anno 451. Chalcedone contra Eutychen, & Dioſcorum Alexandrinum Patriarcham congregati; qui cum Sancto Leone Romano Patriarcha, cujus tres aderant Legati, & Concilii Præſides adfuerunt, Paſchaſius nempe & Lucentius Epiſcopi cum Bonifacio Presbytero, non tantum dictos hæreticos damnarunt, verum etiam uno ore ad Epiſtolam S. Leonis dum legeretur, acclamarunt dicentes: Hæc eſt Fides Patrum, hæc Apo-

ſtolorum Fides, omnes ita credimus Orthodoxi, ita credimus, Anathema, qui non ita credit, Petrus per Leonem locutus eſt. Dicent & illi 165. Patres, qui rurſus Conſtantinopoli Anno 553. Origenis errores condemnarunt, quam condemnationem ſuis firmaverunt Decretis, Pelagius ſecundus, Martinus primus, & Gregorius magnus, omnes Romani Patriarchæ.

Dicent ſexto iterum 289. Patres contra Monothelitas Anno 683. Conſtantinopoli congregati, qui præſidentibus Agathonis, Romani Pontificis Legatis, Theodoro & Georgio, Presbyteris, nec non Joanne Diacono fatos hæreticos diris devoverunt.

Denique 350. Patres iterum Niceæ Anno 687. contra Iconoclaſtas congregati, dicent vobis ſe unitis viribus cum Adriano Papa, cujus Legati Petrus, Archi-Presbyter Eccleſiæ Romanæ, & Petrus, Abbas Sancti Sabæ primum in Concilio tenebant locum, nominatos hæreticos ab Eccleſiæ communione repulliſse.

Ecce Filii chariſsimi! per 687. Annos in ſeptem Conciliis generalibus, quæ omnia & moderni Græci admittunt, quam pulchre, quamque amice convenerunt Græci cum Romanis, uno corde, & una anima pugnarunt contra hæreticos, fidei & unionis turbatores condemnarunt; ſimulque ſtatuerunt, & profitebantur Fidei formulas; quin ut ejusdem corporis membra ſeſe invicem adjuvabant, nunquam ſe ad invicem condemnantes, licet alium Ritum ſervaverint Romani, & alium Græci. Judicate ergo, vos ipſi dilecti Filii! an ſapientiores, an ſanctiores ſint moderni, ut

ſe

ſe vocant recte credentes, quam fuerint S. Athanaſius, S. Nicolaus, Macarius, & ipſe Conſtantinus magnus, qui in Concilio Nicæno, cum Romanis unum ſenſerunt, aut quam illi 200. Patres Sancti, qui in Synodo Epheſina Cœleſtinum Romanum Patriarcham novum Paulum, & Cuſtodem Fidei compellarunt, vel vero illi 630. qui in Concilio Chalcedonenſi, uno ore Anathema dixerunt illi, qui non ita credit, ſicut Romanus Pontifex Leo. Judicate inquam, & ſimul perpendite, an ſub hoc Anathemate eſſe velitis cum illis, qui non ita credunt, ſicut modernus Romanus Pontifex, qui Leoni ſuccefsit. Profecto Deo, & Sanctis ejus injurioſum feretis judicium, ſi modernos, ut male putatis, & illi ſeſe vocitant, recte credentes, ſeu ſapientiores, ſeu ſanctiores ſtatueritis 2288. circiter Sanctis Patribus, qui enumeratis ſeptem Synodis generalibus interfuerunt, qui nunquam Romanos in Fide damnarunt, ſed unam eandemque cum illis, ut audiviſtis Fidem profitebantur.

Ultimo, ſi placet, interrogate ipſos Græcos Imperatores, an illi via Unionis in Fide cum Romanis inceſſerint? & ſtatim magnus ille Theodoſius Imperator dicet vobis, ex Epiſtola ſua, quam ſcripſit ad Damaſum Papam, Patriarcham Romanum, in qua ſtatuit dicens: Cunctos populos, quos clementia noſtra regit, in tali Religione volumus verſari, quam divum Petrum tradidiſſe Romanis, Religio usque adhuc ab ipſo inſinuata declarat, quamque ſequi clare docet. Dicet, & Juſtinianus Imperator ad Joannem Romanum Papam ita ſcribens: Omnes Sacerdotes univerſi Orientalis tractus, & ſubjicere, & unire Sedi Veſtræ Sanctitatis

Theodoſ. Imp. L. I. Cod. I. Tit. I. c. 1.

Juſtin. Cod. I. Lib. I.

Tit. I. de Summa Trinit. Lib. 7. properavimus, non patimur quidquam, quod ad Ecclesiasticum statum pertinet, ut non vestræ innotescat Sanctitati, quæ caput est omnium Sanctarum Ecclesiarum. Dicet, ut alios taceam, & Manuel Imperator ad Ludovicum Galliæ Regem, ita de Alexandro tertio Romano Pontifice scribens : Condignam reverentiam ipsius Sanctitati exhibemus, & Orationum ejus participes fieri optamus.

Epist. ad Ludovic. Franc.Regem.

En Græcus Imperator Romani Patriarchæ, precibus se commendat. Justinianus Joannem Papam omnium Ecclesiarum caput appellat, & universi Orientalis tractus Sacerdotes sedi illius subjicere, & unire properant. Theodosius cunctos Imperii sui Populos, in tali Religione vult versari, qualem Pontifex Damasus profitebatur. An ex his iterum clare non pateat, dilecti Filii! Imperatores Græcos non modo Unionem in Fide servasse cum Romanis, verum etiam in hoc laborasse, ut tam Sacerdotes, quam populus in eadem maneant, perseverentque. Ita profecto

Sed, ut res vobis clarius adhuc pateat, dicite, quæso, quisnam baptisaverit Constantinum magnum? certe in vestris libris deprehendetis, signanter in Synaxario, quod Sylvester Patriarcha Romanus. Hoc ipsum testabitur vobis Græcus historicus Nicephorus. Deinde, quid putatis, erant ne in vera Fide Sancti illi Romani Patriarchæ, quos Orientalis Ecclesia etiam actu colit, & in Calendario habet? Dicetis utique, quod in vera Fide fuerint. Audite ergo, quot Romani Pontifices, saltem in libro precatorio ante septem Annos Kioviæ impresso, inter Sanctos ponantur die 2. Januar. S. Sylvester, Papa Romanus. 30. ejusd. S. Hy-

Nicephor. Lib. VII. Hist. Eccl. c. 35.

poli-

politus. 13. Febr. S. Leo. 20. ejusd. S. Agathon. 11. Martii S. Gregorius. 16. ejusd. S. Alexander. 8. Aprilis S. Cœleſtinus. 14. ejusd. S. Martinus, & 17. S. Agapetus. 2. Aug. S. Stephanus. Hi omnes, inquam, & plures alii, quos pro Sanctis Conſtantinopolitani, Alexandrini, Antiocheni, Jeroſolymitani, Moſchovitæ habent, & nos colimus, Romani Papæ fuerant. Neceſſe ergo eſt Fidem illorum fuiſſe veram, & quod æque neceſſario ſequitur, Græcos cum illis Unitos fuiſſe in Fide, uti & viciſsim Romanos cum Græcis, cum & iſti omnes Sanctos, qui in Eccleſia Orientali floruerunt, colant, & venerentur.

Ecce chariſsimi! quam vera, & quam ſincera fuerit in Fide Unio Græcos inter, & Romanos, ſimul nempe conveniebant ad Concilia, unanimiter pugnabant contra hæreticos, nulla diſtinctio fuerat inter Sanctos, ipſi Imperatores, ut Filii Patres venerabantur Romanos Pontifices. Tunc tunc Unio fuit, unum Ovile, unus Paſtor, & una Fides, ſicut Deus unus, & unum Baptiſma, non obſtante Rituum, & ceremoniarum diverſitate.

Nunc è contra, à ſanguineis lachrymis digna cœcitas! dilacerata eſt inconſutilis veſtis Chriſti! diviſa eſt Chriſti ſanguine quæſita Eccleſia! ſciſſa eſt, ut moriente Chriſto templum Jeroſolimitanum, Fides illa unice ſalvifica, quam ipſe Dei Filius docuit, Apoſtoli prædicarunt, Martyres ſanguine ſuo firmarunt, SS Patres voce, & ſcriptis, contra portas inferi propugnarunt, denique Unio in fide, & charitate, pro qua idem Unigenitus Dei Filius oravit. Quam S. Paulus per nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti

commendavit, pro qua plurimi Sanctorum Patrum exilia paſsi ſunt, carceres ſuſtinuerunt, ſanguinem fuderunt, animas ipſas, ut boni Paſtores, poſuerunt. Illa inquam, per 900. fere Annos ſollicite cuſtodita Unio non tantum jam non ſervatur, ſed velut Sathanica vox à nonnullis horretur, cum evidenti eorundem æterna damnatione, quod iterum ſanguineis lachrymis dignum. His intellectis ſcire non dubito cupitis, dilecti Filii! quisnam ille fuerit, qui tam diu, tamque ſincere ab omnibus SS. Patribus Græcis cuſtoditam cum Romanis in Fide Unionem turbaverit? reſcideritque, & qua ex cauſa? Dicam, ſi tamen me dolor loqui permiſerit, res ſic accidit:

Circa Annum à reparata ſalute 854. Bardas, Theodoræ Imperatricis Frater, & Michaelis Imperatoris Avunculus, repudiata legitima uxore cum Nuru ſua vidua turpiter miſcebatur, quod cum S. Ignatius Patriarcha Conſtantinopolitanus reſciviſſet, ac ſæpius, ut à flagitio deſiſtat eum monuiſſet, tandem nihil proficientibus monitis, ipſo die Epiphaniæ eum à ſacra menſa repulit, ſacrisque interdixit. Hoc videns Bardas, ut alter Herodes contra Joannem Baptiſtam, furere cœpit contra S. Ignatium, nec quievit eousque donec eundem ex Throno Patriarchali dejeciſſet, ſurrogato in locum ejus Photio Eunucho, qui intra ſex dies ex ſæculari factus eſt Patriarcha Conſtantinopolitanus, ordinatus à Gregorio, Syracuſano Epiſcopo, quem S. Ignatius de criminibus convictum damnaverat. Mox itaque novus Patriarcha Photius auctore Barda, & fautore Imperatore conciliabulum convocat, & S. Ignatium non tantum

ſede

ſede dejicit; ſed etiam ſævifsime cæſum ac verberatum ad Inſulam Lesbos in exilium mittit. Prævidebat autem Romanum Patriarcham, qui tunc fuit Nicolaus primus Ignatii partes ſuſcepturum; quare ad illum Legatos miſit cum literis, in quibus petiit confirmationem, mentiendo Ignatium ſponte renunciaſſe Patriarchatui. Imperator etiam ſuum Romam miſit Legatum cum aureo calice. Nicolaus autem Pontifex à Legato S. Ignatii ſincere de omnibus edoctus Photium cum omnibus, qui ſibi in dejectione Ignatii conſenſerant, excommunicavit; nec multo poſt Michaeli Imperatori occiſo, ſuccefsit in Imperio Baſilius, qui miſſo in exilium Photio, S. Ignatium revocavit, atque cum conſenſu Papæ, ad quem Legatos miſerat Concilium Conſtantinopoli Anno 869 celebravit, ubi rurſus Photius, etiam ab ipſis Græcis damnatus, Ignatius vero in Patriarchatu confirmatus fuit: fruſtra itaque ter, quaterve, à Romanis Pontificibus ſui confirmationem petens Photius, eos calumniari, & incuſare cœpit maxime, poſtquam à Leone Imperatore Græco, uti Imperii & Eccleſiæ turbator in Monaſterium detruſus fuiſſet, ubi etiam paulopoſt vivere deſiit. Et hic primus initia dedit ſcifsioni, nunquam ſatis deflendæ. Eum circa Annum 1042. ſecutus eſt Michael Cerularius, Patriarcha Conſtantinopolitanus, qui ab Imperatore Michaele Paphlagone de conſpiratione convictus in Monaſterium relegatus fuerat, hic inquam novus, & ambitioſus Patriarcha, ubi titulum Æcumenici ſibi à Pontifice Leone negatum intellexiſſet, ſubjectionem, quam ſecundum Canones eidem debebat, & Græci alii Patriarchæ præſtabant, excuſsit.

Eccle-

Ecclefiamque Orientalem ab Occidentali penitus feparavit. Verum ubi fuperbia elatus fe Imperatori parem dictitare, ac erga hunc, uti erga Pontificem nullam reverentiam habere cæpit, à Comneno Imperatore in Infulam Propontidis relegatus, in mœrore vitam fuam finivit. Rediverunt quidem, iterum ad Unionem Græci cum Romanis in Concilio Lugdunenfi, circa Annum 1275. at rurfus ab ea defecerunt. Rediverant & in Synodo Conftantinopolitana tempore Joannis Becci Patriarchæ, ac iterum ab ea defecerunt. Tandem in Concilio Florentino ultimo uniti funt, cui Unioni fubfcripfit Joannes Paleologus Imperator, & Jofephus Patriarcha Conftantinopolitanus, atque omnes Græci Epifcopi, qui præfentes fuerant in Concilio, excepto Marco Ephefino Epifcopo, qui ante Imperatorem ad Orientem reverfus, affociatis fibi quibusdam Monachis, maxime vero illis Abbatibus, qui ad Concilium eligendos fe putabant, nec tamen electi funt, contra initam cum Romanis Unionem debachari cœpit, eamque contra Imperatoris, & complurium Epifcoporum conatum refcidit penitus, Photii, & Cerularii erroribus, non modo renovatis, fed & adauctis.

Verum, o infcrutabilia Dei Judicia! vix 14. ab Unione cum Romanis inita elapfi funt Anni, cum tot, tantorumque Imperatorum fedes Urbs Conftantinopoleos 1123. à dedicatione fui per Conftantinum magnum facta, in Turcarum poteftatem venit, una cum totius Orientalis Imperii mole, ita nempe juftifsimo Dei Judicio factum eft, ut quos pudebat Chrifti Vicario Romano Pontifici in terris fubeffe, nunc

Ma-

Machometi ſubſint; qui renuebant Fidem cum Romanis, nunc manſionem in Imperio pecunia emant à Turcis, qui dominari volebant Chriſtianis, mancipia facti ſunt Paganorum.

Haberet ſane, quod amare defleat Jerem. Propheta, ſi reſurgeret à mortuis, quin ipſe Chriſtus, ut olim Jeruſalem cum Judæis, ita nunc Græcos cum Conſtantinopoli, haberet quod defleat. Videret enim in magnifica illa, & Salamonico templo pari S. Sophiæ Eccleſia, non ſua, ſed Machometis radiare inſignia; videret non fidelis Miniſtri ſui Joannis Chryſoſtomi Patriarchalem Tyaram, ſed Turcicam Csalmam, audiret non Angelicum, & ter Sanctum Triſagion concini, ſed Paganos boare, verbo Machometem coli videret, ubi Sanctiſsima Trinitas prius adorabatur. Nihil dico de profanatis Aris, confractis ſacris vaſis, conculcatis Imaginibus, dirreptis Eccleſiarum theſauris, pollutis Monialibus, corruptis Virginibus, diſperſis Monachis, venalibus Epiſcopatibus, & ipſis Patriarcharum ſedibus : verum illud repeto terram Chriſti, & Martyrum ſanguine rigatam Turcicis calcari pedibus, & nonniſi zizania æterno igni comburenda, germinare. Huc nempe quorundam Conſtantinopolitanorum Patriarcharum cæca ambitio, non minus ſanctam, quam doctam præcipitavit Græciam, utinam non ſimul & in infernum, neque enim Photius, neque Cerularius, neque Marcus Epheſinus ab ipſis Græcis pro ſanctis habentur, uti habetur Ignatius, Stephanus, Antonius, & plurimi alii, qui in Unione Fidei cum Romanis per ſemitas antiquas incedentes, invenerunt refrigerium animabus ſuis.

Quod refrigerium, ut & vos animabus vestris inveniatis, scire vos oportet, quaenam sint dogmata illa, in quibus non uniti dissentiunt ab Unitis? seu in quibus discrepant moderni Graeci à Romanis? En illa singilatim:

Primum, quod Romanus Pontifex sit Vicarius Christi, & Caput, atque Rector totius Ecclesiae per Orbem diffusae. II. Quod Spiritus Sanctus procedat à Patre & Filio tanquam ab uno principio. III. Quod in S. Lythurgia, tam vere transubstantietur in Corpus Christi Panis Azymus apud Romanos, quam fermentatus apud Graecos. IV. Quod animae justorum ex hac vita migrantes mox coelum conscendant, Deumque cum Angelis intueantur, animae vero in peccato mortali decedentium absque dilatione ad aeterna supplicia transeant. Eorum autem animae, qui in peccato veniali, aut poenae temporalis debito moriuntur, infernales quidem poenas evadant, in Beatorum tamen sedem (inquam coinquinatum nihil intrabit) non prius admittantur, quam poenis temporalibus, ex quibus viventium suffragiis liberari possunt, ab omni macula purgentur. In his inquam quatuor punctis dissidium est inter Graecos modernos, & Romanos.

Vos ne decipiamini, rursus interrogate de semitis antiquis, Patres & Majores vestros, qui in coelo jam existentes non vos decipient, ut alii Impostores; sed veritatem dicent vobis, ut itaque de mortuis recte sentiatis. Interrogate Patres vestros, S. Basilium, & S. Chrysostomum, & uterque in sua Lyturgia dicet vobis orandum esse pro defunctis, non utique pro illis, qui in coelo sunt, nam illi, nec

pa-

patiuntur aliquid mali, nec ſperant ultro aliquid boni, utpote poſsidentes ſummum bonum: quod eſt Deus; neque etiam pro illis, qui ſunt in inferno, illi enim teſte Apoſtolo Paulo: Pœnas dabunt in interitu æternas. Pro illis ergo oramus, Eleemoſynas damus, & Lyturgias celebramus, qui tertio in loco à cœlo, & inferno diſtincto ad tempus reſervantur, & à maculis ſuis purgantur. An vero Sancti ſint in cœlo! mortalis vero peccati rei in inferno? ille ſolus dubitat, qui S. Nicolaum non ſecus dicit eſſe extra cœlum, quam Arium extra infernum, quod vel cogitare blasphæmium eſſe vos ipſi fatemini.

De Transſubſtantiatione porro Panis Azymi, in verum Chriſti Corpus apud Latinos, ut fermentati apud Græcos, ſi vobis aliquod ſuboriatur dubium, ſuffert illud authoritas Sancti, & Oecumenici Concilii Florentini, in quo præſentibus, & conſentientibus Joanne Paleologo, Imperatore Græco; Joſepho, Patriarcha Conſtantinopolitano; Iſidoro, Archi-Epiſcopo Kiovienſi, & totius Ruſsiæ Metropolita, nec non plurimis Epiſcopis Græcis ſtatutum, atque Decretum eſt, ut quælibet Eccleſia proprium ſervet Ritum; graviſsimeque prohibitum eſt, ne Latini Sacerdotes in fermentato, Græci vero in Azymo conſecrare præſumant, ſed & ſub utriusque panis ſpecie verum Chriſti Corpus profiteantur, modo uterque ſit triticeus, quod de ſubſtantia Sacramenti requiritur.

De Incomprehenſibili autem Sanctiſsimæ Trinitatis 2 Corinth.
Myſterio ſuaderem vobis cum Sancto Paulo: *Omnem in-* 10. v. 5.

 tel-

tellectum in captivitatem redigere in obſequium Chriſti, nec vobis altiora ſcrutari, ne opprimamini a Gloria.

Interim uti de aliis, ita & de hoc Fidei dogmate, an nempe Spiritus Sanctus, à Patre, & Filio procedat? Interrogate Patres veſtros, & dicent vobis: interrogate S. Cyrillum Alexandrinum Patriarcham, & ſenſum ſuum his verbis dicet vobis: quandoquidem Spiritus veritas nominatur, Chriſtus autem veritas eſt, ſed & perinde quoque ab illo, atque à Deo Patre procedit. Interrogate S. Athanaſium Magnum, & reſpondebit: Ex Patre procedere dicitur, quia ex verbo, quod ex Patre eſſe conceditur effulget, & ab eodem mittitur, ac datur. Interrogate S. Nyſſenum, & reponet: Spiritus Filii dicitur, quia ab eo accepit, ab eoque procedit, & ex eo eſt, quemadmodum ex Patre.

S. Cyrillus Epiſt. ad Neſtorium de Excom.

S. Athanaſ. Epiſt. 1. ad Serapi.

S. Gregor. Nyſſenus hom. ſuper Pater noſter.

Interrogate S. Auguſtinum, qui licet Latinus fuerit Epiſcopus, ab Eccleſia tamen Orientali pro Sancto habetur, & colitur, & dicet vobis de utroque procedere Spiritum, ſic docet: quia ipſe Filius ait, de Patre procedit, & cum reſurrexiſſet à mortuis, & apparuiſſet Diſcipulis ſuis, inſufflavit, & ait: Accipite Spiritum Sanctum, ut eum etiam de ſe procedere oſtenderet.

S. Auguſtin. de Trinit. Libr. 15. cap. 26.

Interrogate ſupra memoratum Græcum Imperatorem Joannem Paleologum, qui, ut dixi, cum primis Epiſcopis Græcis in laudato Concilio Florentino, ſponte ac libere profeſſus eſt, quod Spiritus S. ex Patre, & Filio æternaliter ſit, & ex utroque æternaliter tanquam ab uno Principio, & unica ſpiratione procedat.

Hos

Hos inquam & alios Majores veſtros interrogate, & niſi ab illis diſſentire velitis, Spiritum Sanctum ex Patre, & Filio, ut uno Principio procedere fateamini eſt neceſſe.

Ultimum, in quo moderni Græci à Romanis diſsident, Dogma eſt, utrum nempe Romanus Patriarcha ſit Vicarius Chriſti, & Caput totius Eccleſiæ, conſequenter poteſtate major Patriarchis Conſtantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno & Jeroſolimitano? de hujus articuli Fidei veritate, ſi Scripturam Sacram, Concilia, Patres, & Imperatores Græcos interrogare volueritis omnes, finem vix habitura eſt præſens Oratio. Nam unum viſibile Caput, & unum Rectorem in Eccleſia debere eſſe, & illi fatebuntur, & vos inficiari haud poteſtis, qui videtis nullam communitatem absque aliquo Directore eſſe, ſic enim Regnum dicitur à Rege, exercitus à ſupremo Belliduce, Comitatus à ſupremis Comitibus; Civitates, Oppida, & Pagi à Judicibus, imo quælibet Domus à ſuo Patrefamilias, & quod plus eſt, ipſi Latrones contra divinas, & humanas leges viventes, unum inter ſe habent Directorem.

Et hoc quare? ideo utique, ut omnes & ſinguli unum eundemque, ſeu benefactorum ſuorum remuneratorem, ſeu delictorum vindicem habeant, ne videlicet ſuo quisque pro libitu vivens, & agens ſua quærat ſemper, non vero, quæ Dei, & proximi ſunt.

Nec mirum id in humanis, cum Deus inter ipſos Angelos principem Michaelem Archangelum eſſe voluerit, ſolum Mojſem Iſraelitis Ducem præfecerit, unicum Saulem Regem ipſis conſtituerit. Denique, ut ipſe unus in eſſentia

omnia conſervat, & gubernat, ita voluit omnes ſtatus hominum per ſuos gubernari Præpoſitos, Præcepto addito, ut omnes illis ſubjiciantur obediantque. Si igitur omnes, ut ipſi videtis Communitates ex ipſius Dei diſpoſitione, à ſuis diriguntur Præpoſitis, nec una earum duos, aut plures ejusdem poteſtatis, & authoritatis habet Rectores; an de Chriſto id cogitare poſſumus, quod is poſt glorioſam in cœlum aſſumptionem, Eccleſiam ſuam ex diverſis Nationibus, & linguis ad unatam absque omni Capite & Rectore permiſerit? aut plures eidem cum ſumma poteſtate præfecerit? id de Chriſto cogitare, cum ipſa ſana ratio prohibeat, illud inquirendum reſtat. Quisnam ergo poſt Chriſtum ſit Eccleſiæ Caput, atque Rector? Reſpondebit ipſe primus
Matth. 16. v. 18. Chriſtus, Petrum Apoſtolum ita alloquens: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & Portæ Inferi non prævalebunt adverſus eam.* Item eidem Petro
Joan. 21. v. 17. dixit: *Paſce oves meas*, nec non pro Fide ejus oravit, di-
Luc. 22. v. 33. cens: *Ego autem oravi pro te, ne deficiat Fides tua, & tu aliquando converſus confirma Fratres tuos.*

Ecce charifsimi Filii! ex duodecim Apoſtolis ſuper ſolum Petrum dicit ſe ædificare Eccleſiam ſuam Chriſtus Dominus. Illi ſoli committit Oves ſuas paſcendas, pro illius ſolius Fide rogat, ne deficiat; imo, ut ille alios Fratres confirmet. Quid aliud quæſo, per hæc verba nobis innuit, niſi quod Petrum Apoſtolum Caput, & Rectorem Eccleſiæ ſuæ conſtituerit? & hoc ideo, quia teſte S. Matthæo omnium Apoſtolorum primus S. Petrus Chriſtum Filium Dei vivi eſſe confeſſus eſt. Audite hac de re S. Cypriani Epiſcopi

&

& Martyris, qui die 2. Octobris à Græcis colitur, teſtimonium: Super illum (nempe Petrum) unum ædificat Eccleſiam ſuam Chriſtus, & illi paſcendas mandat oves ſuas. Et quamvis Apoſtolis omnibus poſt Reſurrectionem ſuam parem poteſtatem tribuat, tamen ut unitatem manifeſtaret, exordium ab unitate proficiſcitur, & Primatus Petro datur, ut una Chriſti Eccleſia, & Cathedra una monſtretur.

En Primatus Eccleſiæ, & Cathedræ unitas in Petro, nec id ſolus S. Cyprianus dicit, verum & alii omnes SS. Patres docent.

Cum itaque S. Petrus 25. Annis Romæ commiſſam ſibi Chriſti Eccleſiam gubernaverit, ibidemque ſanguinem ſuum pro illa fuderit, conſequens eſt, S. Linum, qui illi ſucceſsit in Cathedra ſucceſsiſſe, & in poteſtate Primatus Eccleſiæ, Lino S. Cletum, huic S. Clementem, & ſic per omnia ſæcula usque ad modernum Patriarcham XIII. Clementem, nec facile quis alter dubitavit, de hac Romanorum Pontificum in poteſtate Primatus ſucceſsione, præter Lutherum, & Calvinum, quorum Sectam vos utique execramini. Quia tamen & moderni Græci pernegant Romanum Pontificem eſſe Caput Eccleſiæ, in quo cum dictis Hæreticis conveniunt, vos iterum ne decipiamini non modernos, ſed antiquos Patres Græcos, Concilia item, & Imperatores interrogate, & omnes uno ore dicent vocis, Romanum Pontificem Caput eſſe Eccleſiæ, conſequenter majorem aliis Patriarchis, ſic 318. Patres in Concilio Nicæno congregati, hæc confeſsi ſunt de Romano Patriarchatu, Eccleſia Romana ſemper habuit Principatum.

Ita lectus eſt Canon. 6 Concil. Nicæn. in Synodo Chalcedo act. 16.

In

In Conftantinopolitano primo 150. Græci Patres hunc
Can. 3. Canonem ftatuerunt: Epifcopus Conftantinopolitanus habeat priores honoris partes poft Romanum Epifcopum. In Synodo demum Chalcedonenfi 630. Patres agnoverunt, & di-
Actio 16. xerunt: Videmus, inquit, ante omnia primatum, & præcipuum honorem fecundum Canones Dei, amantifsimo Archi-Epifcopo veftris Romæ confervari, Canon vero fecundum quem dicunt ifti SS. Patres, Primatum confervari Romano Pontifici, inter reliquos eft, & ille Canon quartus
Synod. Sard. Can. 4. Concilii Sardicenfis, qui fic fonat: Si quis Epifcopus ab omnibus Co-Epifcopis depofitus appellet, & recurrat ad Beatifsimum Romanum Epifcopum pro Juftitiæ adminiftratione, in ejus interim Epifcopatum nemo fufficiatur, donec depofiti caufam examinabit Romanus, finaliterque decidet. Sic appellavit, & recurrit ad Romanum Patriarcham Julium; S. Athanafius, Alexandrinus Patriarcha; S. Chryfoftomus, Conftantinopolitanus Patriarcha ad Innocentium Papam; Theodoretus ad Leonem; Maximus ad Martinum; S. Ignatius, ut jam audiviftis, ad Nicolaum Pontificem, quod utique non feciffent, nifi poteftatem Romani Patriarchæ fupra fe agnoviffent. Uti nunquam recurrerunt, & appellarunt Romani Pontifices ad Patriarcham Conftantinopolitanum, aut aliquem alium.

Patres ne infinitus fim, in teftimonium vocare prætermitto, fufficiat ex illis S. Iræneus, qui fic fcribit: Ad Eccle-
S. Iræn. Libr. III. cap. 3. fiam nempe Romanam propter Principalitatem neceffe eft omnem convenire Ecclefiam, hoc eft, qui funt undique fideles. Item S. Cyrillus Alexandrinus in hunc modum

fcri-

ſcribens: *Oportet nos tanquam membra caput ſequi Romanum Pontificem, & Apoſtolicam Sedem, à qua debemus petere, quid credere, & ſentire debeamus, ac tenere: quia ipſius eſt tantum confutare, redarguere, confirmare, & ligare.* S. Cyrillus Alexandr. punct. in Theſauro.

Nec non S. Theodoretus magnus ſtudites, ita ad Romanum Pontificem Paſchalem ſcribens: Audi Apoſtolicum caput, à Deo electe, paſtor ovium Chriſti, claviger Regni cœlorum, Petra fidei, ſuper quam ædificata eſt Catholica Eccleſia. Nam tu es Petrus, Petri Sedem exornans, & gubernans, tibi namque dixit Deus Chriſtus noſter, & tu quandoque converſus confirma Fratres tuos. S. Theod. Studita Epiſt. ad Papam.

Item ad Michaelem Imperatorem ita loquitur: Si vero aliquid dubitare, vel non credere videtur veſtræ divinæ magnificentiæ, ejus rei explicatio à Pontifice pie expoſtulanda eſt. Jubeat à veteri Roma capere declarationem, ut à principio à Patribus noſtris eſt traditum. Ea o Chriſti imitator Imperator inter omnes Eccleſias Dei ſummum, & ſupremum obtinet locum, cujus Petrus tenuit primam Sedem. Horum, aliorumque Sanctorum Patrum teſtimoniis ſubſcribunt Græci, Romani Patriarchæ ſuper omnes alios Primatum agnoſcentes, & declarantes, ut poteſtatem ab ipſo Chriſto Domino inſtitutam. Epiſt. ad Mich. Imper.

Quos inter primus ille Chriſtianus Imperator Conſtantinus magnus, ſequentem in modum de Romano Patriarcha, qui tunc S. Sylveſter erat, & ejus Succeſſoribus ſcribit, ſtatuitque: Volumus inquit, ipſum (Sylveſtrum) Principem Apoſtolorum, & Succeſſores ipſius ex ejus perſona primos apud Deum eſſe Patres, & defenſores. Et ſicut noſtra

Imperialis Poteſtas in terris colitur, & honoratur, ita ejus S. R. Eccleſiam veneranter honorari decernimus, & amplius quam noſtrum Imperium, Terrenumque Thronum, ſedem ſacratiſsimam Beati Petri glorioſe exaltari. Sancimus etiam, ut Principatum teneat, tum ſuper quatuor ſedes, Alexandrinam, Antiochenam, Jeroſolymitanam, Conſtantinopolitanam, quam etiam ſuper omnes in univerſo orbe terrarum Eccleſias Dei, & Pontifex, qui per tempora ipſius S. Romanæ Eccleſiæ exſtiterit Celſior, & Princeps cunctis Sacerdotibus totius mundi exiſtat, & ejus Judicio, quæ ad cultum Dei, vel fidem Chriſtianorum, vel ſtabilitatem procurandam pertinent, diſponantur; æquum enim eſt, ut ibi Divina lex obtineat apicem, & primatum, ubi S. Legislator Chriſtus Jeſus, Salvator noſter, B. Petrum juſsit Cathedram tenere, & ubi is Crucis patibulum paſſus beatæ mortis calicem bibit.

Subſcribit hujus ſancti & magni Imperatoris declarationi Juſtinianus Imperator, & in novella 1030. hæc dicit: Sanctiſsimum veteris Romæ Papam primum eſſe omnium Sacerdotum, Conſtantinopolitanum vero ſecundum locum obtinere poſt Apoſtolicam Sedem.

Taceo alios pientiſsimos orientis Imperatores, qui Romani Patriarchæ ſuper omnes poteſtatem agnoverunt, & profeſsi ſunt. Ex hucusque enim adductis ſacrorum Conciliorum Patrum; atque Imperatorum teſtimoniis liquido & clare intelligere poteſtis, Romanum Patriarcham Vicarium eſſe Chriſti, caput, & Rectorem Eccleſiæ per univerſum diffuſæ.

Et

Et hæc ſunt dogmata illa, in quibus, ut præmiſi diſſentiunt uniti à non unitis. Primum nempe: quod Romanus Patriarcha ſit caput Eccleſiæ. Secundum: quod Spiritus S. procedat à Patre, & Filio tanquam ab uno principio. Tertium: quod panis azymus non minus transſubſtantietur in verum corpus Chriſti, quam panis fermentatus. Denique, quod animæ juſtorum absque omni remora in cœlum ſuſcipiantur; animæ vero impiorum citra ullam dilationem ad inferos detrudantur. Eorum vero, qui in peccato veniali, aut cum debito temporalis pœnæ ex hac vita decedunt, ad tempus reſerventur, purgenturque.

His quatuor Fidei dogmatibus à Photio, Cerulario, & Marco Epheſino negatis, & male intellectis, ſponte, ac libere in jam laudata Synodo Florentina ſubſcripſit Imperator Paleologos, Patriarcha Joſephus, aliique quam plurimi Patres Græci, reſervato, obſervatoque Ritu Eccleſiæ Orientali proprio. Neque unquam Latini adlaborarunt, Græcos in Ritu unire, ſeu prohibere, ne conſueta jejunia, feſta item, & alias cerimonias obſervent, quin imo Romani Patriarchæ Græcis, quidem antiqui Ritus obſervantiam ſemper mandabant, Latinis vero ne eos turbent, diſtrictiſsime prohibebant, hodieque prohibent.

Ex quibus omnibus iſtud conſequitur neceſſarium: Quod nempe unio cum Romanis in Fide, non in Ritu ſit neceſſaria ad ſalutem, quodque ſine illa nemo ſalvus eſſe poſsit, teſte enim Apoſtolo Paulo: *Fides Romanorum annunciatur in univerſo mundo*, quin Fides eorum fuit Fides Pauli, ut ipſe ſcribens dicit: *deſidero ſimul conſolari in vobis per* Roman. 1. v. 12.

 eam,

eam; quæ invicem eſt Fidem veſtram, atque meam, quæ utique fuit Catholica, & illa, de qua ipſe Chriſtus dixit, quod Portæ Inferi non prævalebunt adverſus eam, & pro qua oravit, ne deficiat. Cum itaque eodem Apoſtolo teſte: ſine Fide impoſsibile ſit placere Deo, & ſit tantum unica, ut unus Deus, & unum Baptisma, clarum eſt, extra illam ſalutem conſequi neminem poſſe. Ipſi enim judicate, charisſimi Filii! an membrum à capite, & corpore divulſum, vivere poſsit? an ramus ab arbore reſectus fructificare queat? an rivulus à fonte præcluſus fluere valeat? non utique, ut ipſi experimini, atqui teſte S. Cypriano Eccleſia ſuper Petrum fundata, eſt unum corpus, nos vero membra; eſt arbor, nos rami, eſt fons, nos rivali. Nulla itaque nobis ſalutis, ſi ab ea reſcindamur. Nam ut idem S. Pater dicit: non pervenit, inquit, ad Chriſti præmia, qui reliquit Chriſti Eccleſiam.

S.Cyprian Lib. de unit Eccl.

Et hæc cauſa fuit, dilectiſsimi Filii! quod ipſe Chriſtus Patrem cœleſtem, ut omnes Fideles in unitate Fidei conſervet, his oraverit verbis: ***Pater Sancte! ſerva eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, ut ſint unum, ſicut & nos, non pro eis autem rogo tantum, ſed & pro eis, qui credituri ſunt, per verbum eorum in me; ut omnes unum ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipſi in nobis unum ſint.*** Ecce! quo modo ipſe Dei Filius pro unitate Fidei, & Charitatis Deum Patrem oraverit; Quod ipſum & diſcipulus ejus S. Paulus Apoſtolus his verbis à Corinthiis, & omnibus Chriſti Fidelibus petiit, dicens: ***Obſecro vos Fratres, per nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut id ipſum dicatis omnes, &***

Joan. 16. v. 11.

non sint in vobis Schismata sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem Sententia.

Hæc fuit causa, quod tam solicite, tamque illibatè Græci cum Romanis unionem in Fide conservaverint semper, ut intellexistis ex Testimoniis S. Scripturæ, Sacrorum septem Conciliorum Generalium, SS Patrum, & Imperatorum Græcorum. Quia nempe sciverúnt, unum esse ovile, & unum Pastorem, Christum quidem in cœlis, Romanum vero Patriarcham ejus Vicarium in terris, cujus potestati, & directioni, dum Photius, Cerularius, Marcus Ephesinus, & sequaces eorum contra Christi præceptum, & SS. Canonum Statuta subesse noluerunt, non tantum ex ovili Christi exiverunt, sed & totum Orientem in Turcarum potestatem redegerunt. Felices illi, qui in Conciliis Lugdunensi & Florentino, ut errantes oves ad suum Pastorem rediverunt, omnia illa professi, quæ ab Apostolorum tempore per 900. fere Annos tota profitebatur Orthodoxa Græcia, illi e contra infelicissimi, qui absque capite & directore, quid credant? quidve observent? ignorantes, hinc inde oberrant, similes ovibus illis, quæ Pastoribus destitutæ, ubi minime opinantur, in prædam cedunt luppis.

Quapropter, Filii dilectissimi! qui hoc maxime Anno *eratis, sicut oves errantes, sed conversi estis nunc ad Pastorem, & Episcopum animarum vestrarum,* state in Fide, quam Patres, & Majores vestri tenuerunt, nec ad dextram, nec ad sinistram declinantes, *ut non sitis parvuli fluctuantes, & circumferamini omni vento doctrinæ in nequitia hominum, qui vos conturbant, & volunt convertere Evangelium Christi, re-*

1 Petri 2. v. 24.

Ephes. 4. v. 14.

Gal. 1. v. 7.

 belles

beles Deo, & Regi. Illis inquam nolite credere, quærunt enim, quæ ſua ſunt, & non quæ Jeſu Chriſti. Non vos, ſed veſtra habere volunt, quod ipſi experti eſtis, ſed credite Sanctiſsimis illis Patribus Græcis, quorum teſtimonia de ſemitis antiquis Unionis in Fide Græcorum cum Romanis audiviſtis hucusque. Illis credite, illorum veſtigiis inſiſtite, & invenietis refrigerium animabus veſtris.

Neque perſuadeatis vobis, quod Romanus Patriarcha, aut Clementiſsima Regina, & Domina veſtra vos in Ritu antiquo turbare velint, ſeu prohibere ne jejunetis, ne Feſta obſervetis, ne ſub ſpeciebus panis fermentati communicetis &c. hæc enim omnia illibate à vobis ſervari volunt, mandant, & præcipiunt. Imo & qualiternam defendat Pontifex Ritum veſtrum, urgeatque per vos obſervandum, audite. *Injuſta* (inquit ille) *& fallax, Eccleſiæque paci atque unitati contraria eſt, eorum judicandi ratio, qui Latinorum tantum modo Ritualium notitiam habentes, nec aliud ſcientes, præterea, quæ tradiderunt nonnulli ex noſtris Scriptoribus noſtrarum quidem rerum periti, ſed Græcarum conſuetudinum rudes, ejusque rationis ignari, quam ſemper cum ipſis ſecuta eſt Apoſtolica Romana Sedes, non dubitarunt in ſacris Græcorum Ritibus, ea omnia damnare, quæcunque Latino Ritui* conformia, & conſentanea non reperiebant. &c.

Bened. XIV. Conſtit. §. 7. Anni 1756

Clementiſsima autem Regina, & Domina veſtra omnia illa Privilegia, quæ à pientiſsimæ memoriæ Progenitoribus ſuis, Glorioſiſsimis nempe Imperatoribus & Regibus, Leopoldo, Joſepho, Carolo, in favorem veſtrum emanata ſunt, benigniſsime confirmare dignata eſt. Unionem ergo unice

quoad

quoad Regulam Fidei, & morum, tum Pontifex, quam & Sua Majeſtas deſiderat, non item quoad Regulam diſciplinæ: *Neque vos Latinos, ſed Catholicos eſſe vult.* Hoc inquam vobis perſuadeatis, neque ſi quis aliter vobis ſuadere velit, credatis ſed obmuteſcere faciatis imprudentiam hominum, ignorantium res Eccleſiæ Orientalis, quæ non in Fide, ſed in Ritu diſcrepat ab Occidentali, ut ex evidentiſsimis Patrum teſtimoniis vidiſtis. *Epiſcopos poſuit Spiritus Sanctus regere Eccleſiam Dei*, non vero lucrum ſuum quærentes Impoſtores. Ad Epiſcopum itaque, ſi quod vobis ſuboriatur dubium, recurrite, illum conſulite, nam teſte S. Cypriano: Epiſcopus eſt in Eccleſia, & Eccleſia in Epiſcopo, & ſi quis cum Epiſcopo non eſt, in Eccleſia non eſt. Hoc autem dico vobis, primo quidem ideo, *ut ſive cum venero, & videro vos, ſive abſens audiam de vobis, quia ſtatis in uno Spiritu unanimos, collaborantes Fidei Evangelii, gaudium meum in vobis ſit.* Secundo vero ideo: quia ſcio, quod olim S. Paulus præſcivit, & ut ſibi caveant Epheſeos præmonuit:

Enciclica ad Oriental. § 47.

Actor. 20. v. 28.

Philip. 1. v. 27.

Joan. 15. v. 11.

Quoniam intrabunt poſt diſceſsionem meam luppi rapaces in vos, non parcentes Gregi, imo ex vobis ipſis conſurgent viri loquentes perverſa, ut vos abducant, Diſcipulos poſt ſe. Propter quod vigilate chariſsimi Filii memoria retinentes, quoniam omnia oſtendi vobis, quæ vos de S. Unione ſcire, & credere oportet, & quidem tam Orthodoxæ oſtendi vobis, ut cum Sancto Paulo auſim dicere & dico: *Si quis vobis Evangelizaverit, præter id, quod accepiſtis, Anathema ſit.*

Gal. 1. v. 9.

CA-

CAPUT VII.

§. I.

Habuerat Infignes Viros Ecclefiafticos non paucos, ftrenuos Cooperarios, ac præclaros, zelofosque Parochos, quorum opera in fupportandis Oneribus Apoftolicis utebatur Vir revera Apoftolicus, ille Manuel Antiftes. Nonnullos ex eis operæ pretium recenfendos effe duxi: Quorum præcipui ex antiquioribus memoria recolendi veniunt. Videlicet: Dominus Reverendifsimus *Gregorius Desko*, Generalis Vicarius. Abfolutis ftudiis Philofophicis, fanctiorem difciplinam pertractaverat, ille Tyrnaviæ, qua Seminarii Sancti Adalberti Alumnus; demum qua jam prælaudati Domini Præfulis *Manuelis Olfavfzky*, à latere Capellanus, in Alma Epifcopali Societatis Jefu Univerfitate Caffovienfi Anno 1745. univerfam defenderat Theologiam, fub ejusdem Domini Prælati fui gratiis aufpiciis, ut perhibet Libellus, cui titulus: *Documenta Chriftianæ Politiæ, dum in Alma Societatis Jefu Univerfitate Caffovienfi Affertiones ex univerfa Theologia publice propugnaret R. Nobilis, Excellens ac doctifsimus Dominus Gregorius Desko, AA. LL. & Philofophiæ Magifter, SS. Theologiæ Baccalaureus formatus, Illuftrifsimi ac Reverendifsimi Domini Epifcopi Rofsenfis, Munkacsienfis &c. à latere Capellanus, Seminarii S. Adalberti Alumnus &c. Auditoribus diftributa Anno* 1745. Magnorum Talentorum Vir hic, mox Generalis Vicarii munus confecutus laborum onerumque Epifcopalium Confors

fa-

factus: Posonium Anno 1751. ad Regni Comitia à Patre V. Cleri deputatus, cum optato successu negotia sibi commissa promoverat, eotum Manuële Episcopo visitam Diœceseos suæ Canonicam occeptam continuante, certum quemdam M. Varadiensem Alumnum Valachum, (qui erat Mojses Dragosi Episcopus postmodum dictæ Diœcesis primus Ordinarius factus) secum circumferente, de quo in suis ad præfatum Vicarium suum, sub dato diei 17. Julii è Possessione Szaniszló, Posonium exaratis idem Præsul hæc refert: Varadiensis Alumnus mecum circuit, ex quo emolumentum est, quod Valachis dictatum sibi discursum proponit, alias bonus & pacatus Vir &c.

Hoc Vicariali munere Anno 1749. condecoratus est Vir hic Illustris Gregorius Desko, Testimonialibus seu Collationalibus literis attestantibus, quarum tenor est:

„ *Michaël Manuel Olsavszky*, Dei & Sacræ sedis Apo„ stolicæ gratia Græci Ritus Unitorum Episcopus Rossensis, „ Munkacsiensis, & Maramorosiensis, per Regnum Hun„ gariæ, partesque eidem annexas Vicarius Apostolicus, „ Sacratissimæ Cæsareo - Regiæ Majestatis Consiliarius. „ Notum facimus tenore præsentium significantes, quibus „ expedit universis, tam Ecclesiastici, quam Sæcularis Sta„ tus hominibus, nostræ Jurisdictioni subjectis. Qualiter „ nam de vita, moribus, ac doctrina Admodum Reve„ rendum Dominum Gregorium Desko, ad Latus nostrum „ supportatis præstitis Servitiis, ac multis item Laboribus „ ac Fatigiis pro publico totius Venerabilis Cleri nostri „ bono diversis vicibus exantlatis commendatum habemus.

 „ Par-

„ Parte vero ab altera Paſtorali muneri noſtro nihil ma-
„ gis, quam rectum in Eccleſia Dei, Gregeque Dominico
„ à S. Sede Apoſtolica nobis concredito ordinem per Viros
„ idoneos, & bene meritos, bene proviſum habere etiam
„ incumberet, & cum per nosmet ipſos, gravibus, & di-
„ verſis utpote curis, nobis præpeditis diſtractis, & one-
„ ratis, omnia & ſingula immediate dirrigere, & omnibus
„ invigilare admodum difficile veniret. Confiſi itaque in
„ jam probatis fidelitate, doctrina, vitæ integritate, expe-
„ rientia, aptitudine, fideique orthodoxæ promotionis ze-
„ lo, conamine, ac ſtudio, præattacti Admodum Reve-
„ rendi Domini Gregorii Desko, conſtituimus, præficimus,
„ & per Expreſſum declaramus eundem in tota Univerſitate
„ Eparchiæ noſtræ Vicariatus Apoſtolici in Hungaria, in
„ ſpiritualibus Vicarium noſtrum, & cauſarum Auditorem
„ generalem, attribuendo eidem cum titulo Vicariali de
„ Jure Vicariis generalibus competenti plenariam faculta-
„ tis poteſtatem, & Jurisdictionem Eccleſias viſitandi, cau-
„ ſas inter Clerum & Populum emergentes revidendi, ex-
„ ceſſus per eosdem patratos corrigendi, judicandi, di-
„ ſcutiendi, definiendique; verbo: Cuncta Vicarii gene-
„ ralis muneri de Jure, & conſuetudine ad Dictamen S.
„ Canonum & Sanctionem, ſignanter SS. & æcumenici
„ Concilii Tridentini incumbentia in Domino agendi, &
„ effectuandi damus Poteſtatem. Ex hinc Authoritate no-
„ ſtra Epiſcopali, & Vicariatus Apoſtolici in ſolidum, &
„ in virtute ſanctæ, & ſalutaris obedientiæ hiſce omnibus,
„ ac Reverendis Archi-Diaconis, V. Archi-Diaconis,

„ Ar-

„ Archi-Presbyteris, Diaconisque, toti ſubinde Clero, &
„ Rutheno Valachico cum ſancta Matre Eccleſia Romana-
„ Catholica unito, univerſim firmiter præcipientes commit-
„ timus, & mandamus, quatenus ſub pœna à SS. Canoni-
„ bus in contumaces ſtatuta, ſupra prælibatum Admodum
„ Reverendum Dominum Gregorium Desko pro vero, &
„ indubitato Vicario noſtro in ſpiritualibus, & cauſarum
„ Auditore generali agnoſcere, eidemque debitum hono-
„ rem exhibere, ejusdem mandatis ſubeſſe, iisdem parere,
„ eadem effectuare debeant, & teneantur. Cæteros vero
„ Celſiſsimos, Excellentiſsimos, Illuſtriſsimos, ac Reveren-
„ diſsimos, Spectabiles, ac Magnificos, Perilluſtres item,
„ & Generoſos Dominos Dominos Supremos, & V. Comi-
„ tes, Dominos item Terreſtres, eorumque Vices-geren-
„ tes, & Juſtitiarios ac Magiſtratus ſuis titulis digniſsimos
„ præſentibus honorifice requirendos, & reſpective rogandos
„ eſſe duximus, quatenus præattactum Vicarium noſtrum
„ Generalem in occurrentis Officio, & muneri ſuo compe-
„ tentibus, libere, & imperturbate fungi ſinant, & permit-
„ tant, perque ſuos permitti facere. Eidemque ſecum ita
„ ferente occaſione aſsiſtere, aſsiſtentiamque præberi cu-
„ rare ne graventur. In quorum omnium majus robur, &
„ Firmamentum præſentes noſtras manus propriæ ſubſcri-
„ ptione, & ſigillo uſuali roboratas extradedimus. In Ca-
„ thedra noſtra Epiſcopali apud S. Nicolaum ad Munkács,
„ die 20. Junii 1749. Manuel Epiſcopus Roſſenſis, Mun-
„ kacsienſis, Vicarius Apoſtolicus m. p. (L. S.)

Munus hoc Vicariale cum zelo omnino Apoſtolico geſ-

ſit Annis ſex Vir ille integerrimus, tandem eo ſponte & libere, ipſo ultra conſentiente Præſule, Monaſticum Ordinis S. Baſilii Magni inſtitutum amplexus in monte Csernek aſſumpſit habitum Anno 1755. die 1. Januar. vet. ſtylo. Et Gabriel nominatus eſt, illicò ad Novitiatum abinde ad montem Bukocz promotus, & Patri Gervaſio Kaminſzky Novitiorum eotum Moderatori, in Aſceſi inſtituendus traditus eſt. Omnia munia, & ſervitia quæque viliſsima etiam intra probationis ſuæ tempus obibat ſolertiſsime, reliquis connovitiis ſuis ſemper ſtudebat præire exemplo:

Accepta Profeſsione curam mox & Regimen Ordinis Religioſi ſuſcipere juſſus Anno 1756. die 23. Septembr. vet. ſtylo, factus Proto-Hegumenus, verum proh dolor! Uno duntaxat Anno, menſibus quatuor, ác diebus quindecim, dum hoc fungeretur munere Munkacsino ad Pócs ſuſcepto itinere Anno 1758. die 8. menſis Februarii in poſſeſsione Paraſznya, I. Cottui Szathmarienſi adjacente, febri correptus curſum vitæ ſuæ pie in Domino terminavit, perenni memoria recolendus. Exanime corpus ejusdem Pócsinum delatum intra cincturam Eccleſiæ inhumatum eſt.

§ II. Alter Vir conſpicuus *Andreas Bacsinſzky*, à doctrina, & rebus geſtis non obſcurus, Hieromonacho *Gregorio Bulko*, in Vicariatu ſucceſsit in Marmatia circiter Anno 1745. Vir politus, ad publica gerenda per quam Idoneus, animo tamen Præſulis juſta de cauſa in ſui diſplicentiam provocato, ab hac ſtatione amoveri debuerat. Obiit Ujhelini pro cura animarum eorſum diſpoſitus.

§ III.

§ III. Præfato *Andreæ Bacsinſzky* in munere Vicariali in Marmatia ſuccesſit *Daniel Havrilovits*, antea Auditor cauſarum generalis ad latus Epiſcopi conſtitutus, Vir etiam à doctrina, & eruditione celebris, & qua Auditor Anno 1752. die 6. menſis Septembris, ſolenni Ritu SS. Theologiæ Doctor, Caſsoviæ creatus fuit, in Alma Epiſcopali Societatis Jeſu Univerſitate, ut patet ex libro, cui titulus: *Diſſertationes, ac Disquiſitiones in veteris Teſtamenti libros Authore R. P. D. Auguſtino Calmet, Ordinis S. Benedicti Congregationis SS. Vitoni & Hidulphi, laureatis honoribus Admodum Reverendorum, Prænobilium, Nobilium, Excellentium ac Clariſsimorum Dominorum Dominorum SS. Theologiæ Doctorum. Dum in Alma Epiſcopali Soc. Jeſu Univerſitate Caſſovienſi, in Academica SSS. Trinitatis Baſilica, Anno M. DCCLII. menſe Septembri die 6. Suprema Doctoratus laurea donarentur &c. Auditoribus oblatæ.* In quo libro inter Neo-Doctores recenſetur Daniel Havrilovics, hoc modo: Admodum Reverendus, Nobilis, Excellens, ac Doctiſsimus Dominus Daniel Havrilovits, Hungarus Balas-falvenſis, ex Cottu Saaroſienſi, AA. LL. & Philoſophiæ Magiſter, SS. Theologiæ Baccalaureus formatus, Illuſtriſsimi ac Reverendiſsimi Domini Michaelis Manuelis Olſavſzky, Epiſcopi Roſſenſis, Munkacsienſis, Maramoroſienſis (Titl.) cauſarum Auditor, antea Seminarii Kisd. S. Ladislai Regis Hungariæ Alumnus.

Hic poſtmodum ſtatione ſua Vicariaii reſignata, Anno 1764. tranſivit ad ſtatum Religioſum Ordinis S. Baſilii Magni, in quo vita ſua ad leges Monaſticas debite exacta

Annis octodecim in eadem expletis, tandem Anno 1782. die 9. Martii vet. ſtylo, in monte Csernek vivere deſiit.

§ IV. Non abſimilis Gregorio *Gabrieli Desko*, (in munere Vicariali Succeſſor) fuit *Georgius Szabados*, à doctrina, eruditione, & cumprimis à zelo Eccleſiaſtico admodum celebris, ejus natale ſolum fuit Galocsa Cottui Unghvarienſi ingremiata poſſeſsio.

Humaniora Unghvarini, Theologica vero Tyrnaviæ fertur is pertractaſſe ſtudia, poſtmodum ſacris initiatus ordinibus, Anno circiter 1754. curam primo ſuſcepit Parochiæ Patakienſis, inde brevi translatus Doroghinum; unde tandem ad latus Epiſcopi aſſumptus, munus, & onus generalis Vicarii gerens, atque ſupportans ſedule vices ſui Prælati, Diſtrictualibus Parochorum Congregationibus quot annis repetitis quoque vicibus intereſſe, atque præſidere ſolitus, ſatagebat modis omnibus defectus inter Clerum & Plebem occurrentes corrigere, vitia exſtirpare, virtutes implantare, parvulos, rudes, idiotas, inſtituere, doctrina Chriſtiana, ac debita rerum divinarum cognitione imbuere; rigoroſiora etiam, ubi opus erat, media adhibebat. Fuit altus corpulentus, oblongæ, plenæ faciei, barbæ exiguæ; Vir facundus, orator eximius, inſtituto Monaſtico addictiſſimus, quod etiam paulo ante obitum amplexus eſt, & qua Profeſſus Ord. Sancti Baſilii Magni, Gregorius nominatus, ex hac ad æternam emigravit, vitam Munkacsini die 20. Januarii vet. ſtylo, Anno 1771. & ſepultus in monte Csernek ad Eccleſiam S. Nicolai.

§ V.

§ V. Huic Domino in Parochia Doroghienſi ſucceſsit modernus Præſul Excellentiſsimus Dominus *Andreas Bacsinſzky*, de quo uberius infra ſuó loco dicenda reſervantur, Idem de Domino Joanne Bradács intelligendum eſto.

§ VI. Inter cæteros Viros claros Eccleſiaſticos memoria recolendi veniunt: Dominus *Demetrius Doross*, Theologus Tyrnavienſis, qui Anno 1753. ſub auſpiciis Reverendiſsimi Domini Gregorii Desko, univerſam Tyrnaviæ defenderat Theologiam, poſtmodum Oroſzvégienſis Parochus, & Scholarum Epiſcopalium Munkacsienſium Profeſſor fuit.

Item: quidam nomine *N. Palcsik*, pariter Profeſſor.

Dominus *Alexius Hodermarſzky*, Parochus & Archi-Diaconus Munkacsienſis. D. *Joannes Petkovſzky*, I. Comitatus Szathmárienſis Archi-Diaconus. D. *Josephus Toriſzky*, primo Chonkóczenſis, demum Unghvarienſis Parochus & Archi-Diaconus, Tyrnavienſis Theologus.

Reverendiſsimus Dominus *Andreas Zsetkey*, pariter Tyrnavienſis Theologus, condam Maramoroſienſis Vicarius, poſtea Cathedralis Eccleſiæ Munkacsienſis Canonicus, ac ejusdem Venerabilis Capituli Munkacsienſis Præpoſitus, & Abbas S. Demetrii de Syrmio. Denique

Reverendiſsimus D. *Joannes Paſztelyi*, Venerabilis Capituli Munkacsienſis modernus Præpoſitus, ortum ducit de Poſseſsione Paſztily, I. Comitatui Unghvárienſi adjacente, de Parentibus Nobilibus Anno 1741. die 27. menſe Januarii

veteri

veteri Stylo natus, Unghvárini Humaniora, Budæ Philosophica cum Theologia morali abſolverat Studia; dein Agriæ pro parte Diœceſis Munkacsienſis ad Seminarium ſuſceptus, in omni Claſse fuit excellens, præſertim vero in Theologicis utpote ſexennis Theologus. Cui proinde univerſam publice defendenti Theologiam fertur fuiſſe ab Auditoribus acclamatum: Schola Agrienſis non genuit adhuc huic ſimile ſubjectum.

Ei mox (Clerico adhuc) delata fuit Cathedra Scholarum Munkacsienſium. Kerekne, Homona, & Huſzt tenuerat Stationes ſucceſſu temporis pro cura animarum expoſitus, onere & officio Archi-Diaconali adjuncto.

CAPUT VIII.

De Clero Regulari, qui inter cæteros Religioſos recenſendi occurrunt, erant ſequentes:

I-mus *Gregorius Bulko:* Hic primum obierat munus generalis Vicarii in Croatia apud Præſulem Szvidniczienſem *Gregorium* condam *Vucsinich*, per Epiſcopum *Genadium Bizanczy*, reſolutus: inde poſtea, triennio evoluto evocatus Anno 1732. munere fungebatur Plenipotentiarii in monte Csernek, ad latus præfati Præſulis Genadii conſtitutus, quo mortuo poſitus Proto-Hegumenus. Anno autem 1740. per Epiſcopum Gabrielem Blaſovſzky pro Vicario miſſus in Marmatiam per Manuelem Epiſcopum in præmiſſo Officio confirmatus, obiit in Monaſterio Fejérhaz (Bila Czerkov) Anno 1745.

Erat

Erat is Scepuſita de Poſſeſsione Hodermarka, ſervabat penes ſe Juvenem Gabrielem Palkovics ſororinum ſuum, & literis inſtituebat, ut Orphanum orbatum Patre, quem etiam in Croatiam abduxerat, ſecum ad altiora promovendum ſtudium. Inde Romam promotus ibidemque excultus Theologicis ſtudiis, electus, & reſolutus eſt pro Epiſcopo in Croatiam. Hunc Illuſtriſsimus Dominus Præſul Manuël Olſavſzky M. Karolini (ita Excellentiſsimo Domino Comite *Franciſco Károlyi* cupiente) Anno 1752. menſe Septembri conſecravit.

II-dus *Gedeon Pazin*, non tam ab Eruditione quam ab Aſceſi, vitæ integritate, & naturali in rebus gerendis prudentia clarus; ſtudebat zeloſe, & fideliter uti ſacro Ordini, ita etiam publico, ubi opus erat, ſervire, & prodeſſe. Fidelitatis ſuæ erga Patriam præbuerat documentum perſpicuum hocce; dum in Poloniam iter, ac munus exploratoris à publico ſibi delatum, periculo etiam vitæ contempto, promptiſsime ſuſceperit, ut patet ex atteſtato ſequenti:

„ *Nos Univerſitas Prælatorum, Baronum, Magnatum,*
„ *& Nobilium Comitatus de Ungh.* Damus pro memoria:
„ quod cum nos Anno, die, locoque datarum præſentium
„ pro pertractandis nonnullis perarduis rebus ac negotiis
„ noſtris Particularem celebraſſemus Congregationem; Eo
„ tum Religioſi Ordinis S. Baſilii Magni demiſſe apud nos
„ inſtiterunt, qûatenus iisdem literas noſtras teſtimoniales
„ daremus ſuper eo: Quod in Anno adhuc 1738. occaſio-
„ ne ea, dum communis rumor percrebuiſſet, quod in
„ Regno Poloniarum iisdem in partibus, quibus Inclyto

„ huicce Hungariæ Regno conterminaretur, aliquæ ignotæ „ copiæ 12000. circiter Virorum conſtituentes Caſtra me- „ tati ſint. Religioſus Pater Gedeon Pazin, præfati Ord. „ S. Baſilii M. Profeſſus ad Requiſitionem Magnifici con- „ dam Domini Baronis Michaëlis Fiſcher, Inclytæ Came- „ ralis Adminiſtrationis Scepuſienſis Adminiſtrantis, ita & „ noſtram altioribus Inſtantiis id à nobis exigentibus, penes „ Paſſuales noſtras in prælibatum Regnum Poloniarum pro „ reſcienda præattacti rumoris, genuina veritate, ac rea- „ litate, propriis ſuis expenſis profectus ſit, ac exploratis „ explorandis, veritateque rumoris hujus comperta redi- „ verit, debitamque relationem tum nobis, cum antelato „ Domino Adminiſtatori fecerit; cum autem compluribus „ ex nobis hæc ita facta eſſe bene conſtarent, tamque „ literæ noſtræ Paſſuales, quam toties fati Domini Admi- „ niſtratoris requiſitiones id ipſum teſtarentur; ea propter „ ſuper præmiſsis præfati Ordinis Religioſis præſentes lite- „ ras noſtras Teſtimoniales, & ſic ubi ſemet intuitu Re- „ munerationis horum fatigiorum tanquam pro publico im- „ penſorum inſinuaverint, recommendatorias extradandas, „ & concedendas duximus. Sub particulari Congregatione „ noſtra, die trigeſima menſis Auguſti, Anno Milleſimo, „ ſeptingenteſimo, ſexageſimo tertio, in Oppido Unghvár „ celebrata (L.S.) *Lecta & extrad. per me Joannem Csattho, Incl. Comitatus de Ungh. Jurat. V. Notarium.* m. p.

Alterum ſimile fidelitatis documentum exhibent literæ Comitis condam *Leopoldi Nadasdy*, ad præattactum Patrem exaratæ, quæ ita ſonant:

„ Re-

„ Reverende in Chriſto Pater! mihi obſervande! li„ teras ſeditioſas Joſephi Rakoczy ad me nuper delatas „ Auguſtiſsimo noſtro humillime ſubmiſi, ut proinde Pater„ nitates veſtræ ulterius quoque in detegendis iis, quæ „ altiſsimo ſervitio Regio, & publici bono damnoſa obſer„ varent, ſolertes ſint, ſimilia reſcire conentur, reſcitaque „ illico denuncient; eum in finem poterit Paternitas veſtra „ ſe huc Caſſoviam ad me conferre, cui per modum Elee„ moſynæ pro nunc etiam remunerationem daturus ſum, „ pro futuro vero, ſi in præmiſsis homagialem devotionem „ ſuam ſedulo demonſtraverint non deero, qui Regiæ Cle„ mentiæ Paternitates veſtras ulterius comendem, qui pre„ cibus devotis commendatus, Reverendæ Paternitatis ve„ ſtræ, ſervire paratus. *Comes Leopoldus Nadasdy* m. p.

Anno 1742. *Gedeon* hic erat Kiſs-Bereznæ Hegumenus, ibidemque è ſolidis materialibus Monaſterium conſtruere cœpit. Porro de Origine Monaſterii Bereznenſis conſtans traditio hæc eſt: „ Familia condam Comitum Ho„ monaiorum Dominium Unghvárienſe eotum poſsidens, „ locum illum, in quo nunc Monaſterium exiſtit, & antea „ cæmeterium, erat ejusdem Poſſeſsionis, pro Allodio de„ naverat, dumque fundamenta pro ædificio foderentur, „ inventum eſt corpus Nobilis cujusdam Virginis incorru„ ptum, integre adhuc veſtitum à tempore immemorabili „ inhumatum, ideo non allodium poſtea, ſed ſacellum ob „ reſpectum illius Virginis in dicto loco erectum fuit, in „ quo nonnunquam ſolebat celebrari Miſſæ Sacrificium. „ Interea certus Religioſus è Gallicia, Ord. S. Baſilii ad-

„ veniens colonis appromiſerat ſe locum illum inhabitatu-
„ rum, præparato pro ſe commodo habitaculo, id quod
„ petiit ille, illico præſtiterunt coloni, expoſt ſtabiliter
„ manſerat penes dictum ſacellum præfatus Religioſus Ju-
„ venes inſtituens literis, doctrina Chriſtiana exercens in
„ Ritu & cantu: Idem munus obibat & Succeſſor ejus,
„ idem & tertius Religioſus officio divino inſiſtens, ſuper
„ inductis tandem pluribus Religioſis è Monaſterio Mun-
„ kacsienſi diſpoſitis, indulgentiaque Dominii Terreſtralis
„ ſtabilitis, qui etiam è locis vicinioribus ſignanter ex
„ Poſſeſsione Mircse nuncupata, decimis frugum erant pri-
„ mitus proviſi. Ex poſt prænominatus Pater *Gedeon Pa-*
„ *zin* è ſolidis, ut præmiſſum eſt materialibus Domum
„ Religioſam, ex munificentia Benefactorum pluribus Cel-
„ lis inſtructam conſtrui fecit, & ſub Hegumeno Gervaſio
„ Kaminſzky ædificata eſt Eccleſia lapidea, tandem ſub
„ *Hermano Chvatala* Hegumeno, Domus hæc aucta multis
„ Cellis, Excelſa Camera Regia materialibus, vecturis item,
„ & manualiſtis, gratioſe roſolutis, ad opus hoc concurrente.
„ Hæc ſunt de Origine Monaſterii Kiſs-Bereznenſis, in gre-
„ mio I. Dominii Unghvár exiſtente.

Pater Gedeon, qua jam Munkacsienſis Proto-Hegumenus uſum carnium veteri diſciplinæ contrarium a Domibus Religioſis ſuſtulit, ſtatumque Monaſticum rigori, decorique priſtino reſtituit. Ipſe Jejuniis aſsiduis, vigiliisque mortificans carnem ſuam, nullo potu alio uſus ebrioſo, ſola aqua contentus fuit Jurium, Bonorumque Fundationalium Sacri Ordinis, adverſus quosvis turbatores, & impetitores de-

fen-

fenfor vigilantifsimus. Decem Annis præerat Monafterio Munkacsienfi, cæterisque communitatibus Religiofis, tandem Anno Domini 1754. 17-ma Februarii circa horam nonam matutinam Feria 5-ta, id eft, die Veneris, in monte Csernek de hac mortali vita ad æternam evocatus repofitam coronam Juftitiæ, ab æquo Judice, & Remuneratore indubie recepit.

III-tius è claris Religiofis Viris occurrit *Joannicius Szkripka*, Vir in rebus gerendis admodum gravis, Venerabilis fenecio, corpore magnus, fed longe major vitæ, morumque integritate, lædere, & lædi nefcius, veluti magnes ferrum, ita ille trahebat cunctos in amorem fui. Primus hic erat Monafterii Pócsenfis Hegumenus, ab Anno 1749. ad annum usque 1766. Anno vero 1755. die 15. Junii vet. ftylo in generali Sacri Ordinis Congregatione in Krafznobrodenfi Monafterio celebrata, idem *Joannicius Szkripka* communi voto electus fuit in Proto-Hegumenum, retenta ftatione & munere Hegumeni Pócsienfis, ad Annum 1756. diem 23. menfis Septembris, quo poftmodum *P. Gabriel Desko*, pro Proto-Hegumeno affumptus erat.

Anno 1766. idem *Joannicius* ex Monafterio Pócsenfi translatus eft pro quiete, videlicet jam fenio confectus & emeritus ad Monafterium Munkacsienfe, ubi etiam Anno 1769. die 16. menfi Januarii pie è vita migravit. Dicitur in ultima fua infirmitate conftitutus, exhibito fibi jufculo bubulino, de quo ignorans fumpferat, nec præmonitus, amare fleviffe, fe fuiffe delufum, difciplinamque Monafticam in fine vitæ à fe violatam effe.

Sequitur *P. Gabriel Desko*, qui Patri Joannicio Szkripka in munere Proto-Hegumeni ſucceſſerat, obiitque Anno 1768. in poſſeſsione Paraſznya, de quo fuſe ſuperius dictum eſt. Capite præcedenti VII. § 1.

Pater *Macarius Suhajda*, multorum meritorum Vir, Religioſus de ſe ipſo hæc in ſcripto propria manu exarato reliquit: Örmezőienſis dlius, Incl. Comitatus Zemplinienſis Michaël Suhajda venit ad Monaſterium Candidatus 14-ta Novembris ſtylo vet. Anno 1734. accepit parvum habitum Munkacsini in Monaſterio S. Nicolai, per Illuſtriſsmum Dominum Simeonem Olſavſzky, Epiſcopum Pellenſem, Munkacsien. &c. Profeſsionem obtinuit die Dominica Palmarum menſe Aprili 15. eodem ſub Sacro omnes Ordines ipſi collati usque ad Presbyteratum, Anno 1739. Hucusque ille ſcribit de ſe.

Erat nimium induſtrioſus, & Sacro Ordini ſemper fructuoſus Pater ille, præter vernaculam, loquebatur exacte linguam Hungaricam, & latinam, egit Procuratorem primo in diverſis Monaſteriis, in converſationibus hilaris quidem, ſed exemplaris ſemper, & ubique ſermones miſcens ſale Evangelico conditos: Hinc è Monaſterio in virtute ſacræ obedientiæ in medium Chriſti Fidelium exmiſſus, quaſi Angelus à Dominis, Parochis, æque & à populo ſummo charitatis affectu excipiebatur.

Anno 1755. die 15. Junii, idem conſtitutus Hegumenus Kraſznobrodenſis, quo tempore erexit è lapide Cellas tres, in calce monticuli ſitas: pro Novitiatu, ex eis unam majorem deſtinatam.

Anno

Anno 1757. die 20. Augusti, idem missus est in Marmatiam pro Hegumeno, ad Monasterium Bedöense, inde reversus ad Munkács.

Anno 1758. constitutus est Venerabilis Monasterii Munkacsiensis Hegumenus, sacrique Ordinis Proto-Hegumenus, & fungebatur hoc munere Annnis 8. Demum

Anno 1766. die 21. Junii, transivit pro Novitiorum Magistro ad Krasznobrodense Monasterium. Et ibidem

Anno 1769. die 1. Junii constitutus dicti Monasterii Krasznobrodensis Hegumenus, & confirmatione subsecuta in hoc munere mansit ad annum 1775. & diem 11. Septembris, tandem senio confectus, ac Viribus fractus in eodem Monasterio permanserat ad mortem in quiete multorum meritorum Vir ille. Bonum Ordinis Sacri studebat semper omnimode promovere, & præsertim Fratres juniores scientiis excolere, qualificare, & ad serviendum Publico idoneos reddere; & ideo non habitis domi Professoribus, cogebatur ex Ordine S. Francisci unum ad id idoneum Individuum petere, & assumere pro tradendo studio Philosophico. Pater Primus Papp nomine, (ut præmissum est) Franciscanus in Monasterio Krasznobrodensi Anno 1762. cœpit tradere Philosophiam sex numero Juvenibus Religiosis Professis, cursumque unum intra biennium terminavit, sed defensione sub auspiciis Excellentissimæ Dominæ Comitissæ Theresiæ, natæ Zichy, Viduæ condam Vandernathianæ Homonæ, cum discipulis terminata, ad suum revocatus est Ordinem, suis Philosophiam traditurus. Quærebat postea media varia providus is Pater, quibus hos suos Neo-Philosophos Fratres

ad

ad altiora ſtudia promovere, atque ſcientiis Theologicis imbuere poſſet. Solicitabat Patres Jeſuitas per Inſtantiam pro tribus Individuis ad Fundationem quandam Mindſzentianam in Collegio Academico Caſſovienſi habitam recipiendis, egenum Ordinis ſui ſtatum allegans. Interea voti ſui haud potitus, victum, & hoſpitium ære parato in Convictu Nobilium conducere debuit, & ita FF. Religioſi Arſenius Koczak, Antonius æque Koczak, & Sabbas Andrejkovics, Ord. S. Baſilii M. curſum Theologicum in memorato Academico Soc. Jeſu Collegio Caſſovienſi, eo cum profectu abſolverunt, ut omnes tres defenſione publica ex præattacto ſtudio præmiſſa Doctoratum ſuſceperint Anno D. 1767. menſe Auguſto. A quibus deinceps ſtudia domeſtica in Domibus Religioſis Originem ſumpſerunt, & propagata ſunt, moxque eodem prælibato Anno P. Antonius Koczak in Monaſterio Pócsenſi Philoſophiam, juxta ſyſtema Carteſianum tradere, Clericosque ejusdem Sacri Inſtituti Baſiliani docere cœpit. Succeſſu vero temporis P. Arſenius Koczak, & memoratus Antonius Koczak ſecundum planum, quod apud Jeſuitas didicerant, ſuos Fratres in eodem Monaſterio Pócsenſi docuerunt Theologiam, ſuccedentibus poſtmodum aliis ex hoc domeſtico ſtudio eggreſsis pro docendo idoneis ſubjectis, & effective ad id munus applicatis. Pater Joannicius Bazilovits, (qui hæc ſcribit) prærepetitorum docentium fuit immediatus ſucceſſor tam in Philoſophicis, (juxta tamen Principia Newtoniana) quam in Theologicis eorundem veſtigia præmens; Patre autem Sabba Andrejkovics pro docendis Scholis Epiſcopalibus Munkacsinum aſſumpto.

Au-

Author itaque introducti in Sacrum hunc Religiofum Ordinem prælaudati ftudii (ut ex præmifsis patet) Macarius fuit, immortali nomine & memoria dignus Pater, qui ex hac miferiarum valle præmunitus omnibus fpiritualibus mediis requifitis, plenus dierum, & meritorum ad æternam emigravit vitam, Anno Domini 1778. die 18. menfis Februarii, in Venerabili Monafterio Krafznobrodenfi.

Pater Gervafius Kaminfzky è Religiofis de hoc Sacro Ordine benemeritis præcipuus fuit. Vir in agendo circumfpectus, & prudens, induftriofus, pius, exemplaris, & idcirco Præfuli Manueli Olfavfzky admodum charus, in locis diverfis munia diverfa obibat diligentifsime.

Ingreffus eft Sacrum Ordinem Religiofum Anno Domini 1743. Bereznæ fub Patre Gedeone Pazin loci Hegumeno, Anno 1749. factus Hegumenus Krafznobrodenfis, inde Anno 1754. translocatus ad Pócs pro Adminiftratore Parochiæ, inde iterum paulopoft ad montem Bukocz pro Novitiorum Magiftro, & Hegumeno 1755. Anno 1757. ad Kifs-Bereznenfe Monafterium pro Hegumeno difpofitus, Anno 1760. Munkacsinum pro Confeffario, Anno 1762. Munkacsino iterum ad montem Bukocz, miffus pro Hegumeno, ubi etiam Anno 1766. die 7. Decembris vet. ftylo pie obdormivit in Domino. Sub ejus Hegumenatu Ecclefia lapidea terminata, & per Præfulem Manuelem Olfavfzky confecrata Monafterii Krafznobrodenfis, Anno 1752. pariter etiam Kifs-Bereznenfis Ecclefia per ipfum conftructa eft.

Pater Hermanus Chvatala, alias *Torifzky*, à Poffefsione Torifzka in Scepufio fita, ubi natus eft cognominatus,

N Mo-

Monaſticum amplexus Inſtitutum Anno 1748 Vir erat idoneus ad quævis Officia in Religione gerenda, Anno 1757. conſtitutus eſt Hegumenus Miſzticzienſis. 1760. miſſus pro Hegumeno Kiſs-Bereznam, ubi in munere hoc completis Annis duodecim, iterum Anno 1772. remiſſus pro eodem Officio ad Miſzticze, ab inde poſtea Anno 1775. die 11. Septembris translocatus ad Kraſznobrod, tandem (repetitis vicibus pluribus in Berezna, Kraſznobrod, & Miſzticze geſto Hegumenali munere) Anno 1789. die 14. Martii vet. ſtyl. ætatis ſuæ Anno 61. in Religione vero Annis 40. exemplariter exactis, obiit in Monaſterio Kraſznobrodenſi Novus Monaſterii Kiſs-Bereznenſis tractus, Refectorium, Culinam, Diſpenſam, quatuor item Cellas complectens eo curante aſſurrexit. Viginti ſeptem Annis munus, & onusgeſſerat Hegumenale diverſis in Locis, prælaudatus Pater.

Pater Manaſſes Pukacs ingreſſus Ordinem Religioſum Anno 1748. miſſus ad Marmatiam pro Hegumeno Anno 1754. Inde revocatus pro Hegumeno ad Pócs Anno 1757, & ſpatio unius duntaxat Anni hoc munere geſto, 1758. Bereznam eſt translocatus. Anno autem 1760. die 23. Maji ad Munkacsienſe Monaſterium pro Vicario diſpoſitus, ubi etiam Anno 1761. die 23. Aprilis vivere deſiit. Vir doctus, facundus, ſtaturæ & formæ elegantis, Hungarus & Latinus, aliisque præclaris dotibus, & qualitatibus inſtructus fuit.

Pater Sylveſter Kovejcsak, Monaſticum aſſumpſit habitum Anno 1752. Bereznæ. Anno 1757. die 20. Auguſti qua jam Ordinatus Pócsinum miſſus, dein Anno 1762. die 2-da Maji Kraſznobrodenſis Hegumenus factus, inde rever-

verſus Pócsinum pro Hegumeno Anno 1766, ab inde Munkacsinum pro Proto-Hegumeno diſpoſitus Anno 1769, & exactis in hoc munere Annis novem, rediit Pócsinum Anno 1779, & completo ibidem quinquennio in functione Hegumenali, iterum electus eſt Proto-Hegumenus, & hoc in Officio permanſerat Munkacsini ad Anni 1789 diem 1. Martii, tandem Anno 1790. Pócsini menſe Aprili, qua jam in quiete conſtitutus, vitæ ſuæ curſum terminavit. Erat hic magnus Religioſus, & Fulcrum Sacri Ordinis, in agendo moderatus, præter linguam Ruthenicam nativam loquebatur Latinam, & Hungaricam.

Pater Martyrius Kasper erat Connovitius Patris Sylveſtri, Vir qualificatus, Latinus, & Germanus, officia & ille diverſa gerebat in Sacro Ordine; Proto-Hegumeni munere fungebatur Annis ſex Pócsini, & Kiſs-Bereznæ egit Hegumennm, tandem Viribus fractus obiit Pócsini Anno 1789. die 12. menſe Octobri.

Pater Iſaacius Csirſzky, Anno 1750. erat Kiſs-Bereznæ Novitius, 1760. in Marmatia Hegumenus. Poſtmodum multis Annis Pócsini commorabatur, partim in munere Vicariali, partim vero Confeſſarii Officio fungebatur propter linguarum notitiam; erat enim Latinus, Hungarus, Germanus, & Sclavus, quibus linguis ſolebat ſacras excipere Confeſsiones. Demum Anno 1772. pro Novitiorum Magiſtro ad Kraſznobrod diſpoſitus, tandem Anno 1775. pro Congregatione Ordinis, ab inde Munkacsinum qua Deputatus menſe Septembri miſſus, ibidem vivere deſiit. Vir pacatus, ſilenciarius, ſolitudinis amans, & lectionis.

Pater Benjamin Fejér, Anno 1755. in monte Bukocz ſub Patre Gervaſio Kaminſzky Novitiatum abſolvit, Vir fuit activus, hilaris, ſed ſimul vitæ exemplaris, linguæ præter vernaculam, Latinæ & Hungaricæ gnarus, & quia Bixadini inter Valachos conſtitutus Anno 1764 eorſum pro Hegumeno miſsus, Valachicam quoque loquebatur commode. Inde tranſpoſitus æque pro Hegumeno ad Kraſznobrod Anno 1766. ibidem ſucceſsive fungebatur munere Magiſtri Novitiorum, ubi etiam Anno 1779. e vita deceſsit, die 3. Februarii.

Sub Hegumenatu illius, & eo Curatore, Eccleſia Monaſterii Bixadienſis è ſolidis materialibus cum liberali concurſu Chriſti Fidelium, & potiſsimum induſtria vicinorum Dominorum Havaſienſium Parochorum erecta eſt, in locum Eccleſiæ præ exiſtentis ligneæ.

Juvat hic meminiſſe & illius, quod poſt Sacrilegam Occiſionem Patris Iſaiæ Archimandritæ, (de qua alias dictum) Monaſterium hoc Bixadienſe diu in ſtatu deſolato, neque per Monachos inhabitatum exſtiterit. Tandem Anno 1757. piiſsimæ recordationis Præſul *Manuel Olſavſzky*, erga humilem Incolarum Bixadienſium Inſtantiam Paterne reſolvere dignatus eſt, Religioſos è Monaſterio Munkacsienſi mittendos, prouti etiam Anno præattacto die 20. Auguſti eorſum effective diſpoſiti, & ſubmiſsi ſunt, perhibente Religioſorum Cathologo: Pater Genadius Blicha, Pater Ananias Boksay, & Frater quidam Laicus, & ſucceſsive additi: Pater Maximianus Maximovics, Diaconus Arſenius Ortutay, & F. Hieronymus Czegledy.

Pa-

Pater Gabriel Bacsinſzky 1752. Anno ſuſceptus ad Religionem, in Monaſterio Kiſs-Bereznenſi Novitiatum abſolvit. Religioſam omnino, & Exemplarem ſemper vitam duxit, cui proinde committebatur Regimen, & cura Fratrum, ac Monaſteriorum complurium, idque repetitis etiam vicibus geſsit munus Hegumeni, in Kraſznobród, Miſzticze, Bixad, & Berezna, erat quoque Magiſter Novitiorum, tandem ſenio confectus, de hac mortali ad æternam vitam evocatus eſt in Monaſterio Munkacsienſi, Anno 1797. die 7. Februarii.

Aliis quam plurimis prætermiſsis brevitatis cauſa, qui licet potiſsimum Idiotæ fuerant, vitæ tamen integritate, Ritus peritia, converſandi ratione, populum magnopere, ædificabant, & Eccleſiam Catholicam, ſignanter Diœceſim hancce Munkacsienſem ornabant, & ideo Præſul optimus Manuel, eorum propagationi & augmento ſtudebat præcipue.

Monaſterium quoque Bukoczienſe ſub hoc Præſule incrementum accepiſſe aliunde conſtat, de cujus origine hæc ſunt: Quidam homines è Gallitia Stropkoviam ad nundinas (ut credi par eſt) proficiſcentes quemdam cœcum ſecum ducentes, quietis captandæ cauſa, in loco, ubi nunc dictum exiſtit Monaſterium, ſubſiſtunt, moranturque diutius, interea cœcus ille cum ſummo Jubilo exclamaſſe fertur: Quid hoc! ego hactenus cœcus, modo hic video omnia clare. Mirantur de ſuper præſentes, atque Incolis Poſſeſsionis Bukocz, in quorum Territorio factum hoc evenit, fideliter enarrant, atque in perpetuum tam miri eventus illius monumentum,

ſoli ſuam offerunt operam, & ſumptus pro ſacello ibidem erigendo, dummodo præbeant conſenſum præattacti coloni. Conſentiunt iſti, imo ſuum quoque ad opus hoc concurſum jungunt, ſacellumque unitis Viribus conſtruunt. Manebat ſacellum hoc diu ſolitarium: evenit interea quemdam Eremicolam eorſum comparuiſſe, Arſenium nomine Boſzak, ex eo fortaſſe à populo ſic cognominatum, quod nudipes potiſsimum incedere fuerit ſolitus, (Boſſy enim Sclavonice idem eſt, ac nudipes) huic itaque Arſenio Boſzak Incolæ dicti ſacellum hoc reſignaverunt, exſtructa prius pro eodem Domo commoda. Hoc demum è vivis ſublato, pro altero quopiam Religioſo illuc illocando hi incolæ ſoliciti, obſervant quemdam Religioſum de Ordine S. Baſilii M. Gallitianum certi cujusdam Monaſterii Procuratorem, caſu illac transeuntem, nomine Irinarchum Jaſzelſzky, quem enixe rogant ſibi provideri de aliquo Religioſo, rogatus viſo loco, ac commoditate, ſe ipſum offert illis, ſub conditione immunitatem à Dominio Terreſtrali pro loco illo exoperandi, conditio acceptatur, & dictus Pater Religioſus non poſt longam moram rurſus è Gallitia reverſus in medio ipſorum, ſeu penes dictum ſacellum ſtabiliter manſit, qui etiam ab Excellentiſsimo ac Illuſtriſsimo Domino Comite condam *Thoma Szyrmay* de Szyrma, eo tum I. Comitatus Saaroſienſis Supremo Comite, quà loci illius Terreſtri Domino Anno 1742. Donatione (ſuper certa montis hujus ubi ſacellum ſitum erat parte) collationeque obtenta, illico ſummo ſtudio cellas, & ex lapide Eccleſiam quoque conſtruere cœpit, vicinis Incolis in opere cœpto

ipſum

ipſum adjuvantibus. Zelus hic dicti Viri omnino laudabilis fuit alias, verum quia id agebat ille qua extraneus homo, Epiſcopatui Munkacsienſi, ac Ordini Religioſo ſubjici & parere detrectans, ideo ſuperinductis Religioſis hujatibus, ille ut contumax loco excedere juſſus eſt. Poſtea ſuccesſive ad ſtatum hunc, in quo nunc exiſtit Monaſterium illud ſtudio, & induſtria Religioſæ Communitatis perductum eſt Eccleſia lapidea commoda, rebus neceſſariis & ſuppellectili interna ſufficienter inſtructa, Monaſterii unus tractus lapideus, ex Refectorio uno ſatis amplo, Cellis item quinque, & una ad latus Cellæ ſuperioris, Camera conſtans.

CAPUT IX.

Sub hoc eodemque immortalis nominis Epiſcopo *Manuele Olſavſzky* Ædificium Monaſterii Munkacsienſis in monte Csernek Anno 1766. conſtrui cœptum eſt, Lapisque Fundamentalis per prælaudatum Præſulem fuit impoſitus; totaque Monaſterii ſtructura ſpatio Annorum ſex cum Divino auxilio abſoluta eſt. Opus hoc magnificum gloriatur Fundatore Spectabili, ac Perilluſtri condam Domino *Demetrio Rácz*, de quo pauca hæc occurrunt recenſenda: Oppidum Munkács fuit hujus inſignis Viri natale ſolum, e parentibus Nobilibus Anno 1710. progeniti, Pater ejus Georgius æque Racz, dives quæſtor, ac potens tempore Rebellionis Rakoczianæ, pro parte Suæ Majeſtatis Cæſareo Regiæ penes Recognitionales Commendantii Arcis Munka-

kacsienſis, reſolvit mutuo cum ſocio ſuo altero quæſtore Apoſtol nomine, octoaginta millia Rhen. florenorum. Interea moritur ille, relicta Vidua cum Orphano parvulo Filio Demetrio Racz, Juvenis hic continuat ſtudia, frequentat ſcholas jam Szathmarini, jam alibi, adoleſcit, excoliturque ſcientiis, ac qualificatur. Poſtmodum dedit militiæ nomen inter Equites Regiminis Franciſco Károlyiani. Generali huic placuit ſummopere Nobilis hic Juvenis præclaris dotibus ornatus, quem proinde penes ſe ad latus conſtanter retinuit, officio & dignitate locumtenentis donatum. Fidelium ſervitiorum ſuorum erga Principalem hunc ſuum præbuit ſpeciale iſthoc documentum Demetrius Racz, dum nempe in Bello cum Gallis habito, occaſione pugnæ Excellentiſsimum Dominum Comitem toties fatum *Franciſcum Károlyi*, Generalem Principalemque ſuum cerneret, equo trajecto, cadaveribus jam jam miſcendum, è proprio deſiliit equo, huncque ſubito ſubſternit Comiti conſcendendum, monens eundem, ut confeſtim fuga ſibi conſuleret, ad hæc Comes: Tu ergo Fili mi Demetri peribis? repoſuit, agat agenda cito Comes, minus enim eſt me perire, quam Generalem, reſpondit Demetrius. Interea uno eodemque equo uterque feliciter evaſit periculum, Comes huic inſidens, ille vero ſtapedi inſiſtens, manibus apprehenſa coma equi, & ephibio. Finito demum bello, paceque conſtabilita prælaudatus Comes & Generalis, cum fato *Demetrio Rácz*, vi magna pecuniarum aliisque preciosis ibidem comparatis onuſto, ubi fuiſſet Domum reverſus, ante omnia præclari illius Racz Demetriani facinoris

noris memor : his eum verbis affari dignatus eſt : Chare Fili mi Demetri ! quando quidem tu vitam meam cum tuæ etiam vitæ periculo tam fideliter ſervaveris, ac cuſtodieris, ego quoque id tibi condigne remunerari volo ; pete ergo, quod vis, & indubie conſequeris ; tunc ille produxit Arcis Munkacsienſis Comendantii Chyrographum ſeu Obligationales ſuper octuaginta millibus Rh. floren. per *Georgium* condam *Rácz* Genitorem ſuum ærario Regio illatorum, apud ſe habitas, ſubjungens. Hanc unice gratiam mihi præſtandam ſupplex exoro, quatenus iſtius Patrimonii mei, Excellentia Veſtra efficaci interpoſitione ſua ac valido Patrocinio, reſtitutionem exoperari haud dedignaretur. Negotium hoc ejus ſine mora promoverat Comes favorabilemque deſuper impetraverat reſolutionem; hac Hæreditate auctum Demetrium ditavit, inſuper amplæ Poſſeſsionis Vezend dictæ inſcriptione, ac ceſsione: præfecerat præterea eundem, ut alter Pharao Joſephum, domui ſuæ, atque in omnibus Bonis, Dominiisque ſuis conſtituerat Plenipotentiarium abſolutum. Dein uxorem unam è Domicellis Comitum *Csáky* Caſſoviæ reſidentem, Comitis Károlyi Principalis ſui Conjugis germanam ſororem duxit Demetrius, hac brevi mortua, duxit & alteram Nobilem quandam Domradianam, utraque absque ſolatio prolis deceſſerat. Hic itaque Dominus Demetrius Rácz, rerum ac tenutorum ſuorum legitimus Aquiſitor, verusque Poſſeſſor, pro refrigerio, ac ſalute animæ ſuæ, proprio ære, atque expenſis erigi curavit Monaſterium pro Patribus Baſilianis in monte Csernek ad Munkács, per pium condam Principem,

ac Ducem de Munkács *Theodorum Koriatovics* olim fundatum, dotatumque, cujus ſtructura partim vetuſtate, partim vero injuria temporum ſucceſsive vitiata collapſaque exiſtente ; Epiſcopus condam Joſephus de Camellis ædificium novum lapideum poſuit, teſtante ejusdem proprio chyrographo ita ſonante : Ædificiorum expenſæ, Anno 1692. transtuli domum culinariam à monticulo, in quo prius erat ad locum inferiorem, ut ſit pro pecarna, ſeu piſtoria. Eodem Anno ædificavi culinam, quæ eſt prope Eccleſiam, & domum Monaſticam.

Pro domo lapidea expenſarum Summa Anno 1693. Foſſoribus, qui in monticulo foderunt terram pro uſu Cellarii flor. 16. & frumenti metretæ 4. Pro ſcindendis ſaxis flor. 5. Item 8. floreni pro vaſis calcis 90. emptis ultra 12. vaſis donatis flor. 90. pro vectura eorum florenum medium pro vaſe flor. 51. Martino fabro murarior. ad computum muri ædificati floreni 37. denar. 28.

Germanis, qui laborarunt circa ædificium, & ſciderunt ſaxa flor. 44. Pro cibo & potu Fabrorum circiter flor. 22. &c. Summa flor. 280. den. 28.

Item expenſarum ſucceſsive pro eodem ædificio factorum Summa flor. 457. denarii 10. &c &c. Ita conſequenter in ſuo Ratiocinio exponit idem Præſul.

Attamen commoditates iſtæ pro Monachis, quam fuerint exiles, atque inſufficientes ſuperius jam relatum eſt, ex oculata reviſione Magiſtratualium Dominorum Anno 1734. peracta, atque inter Acta Epiſcopi Simeonis Stephani Olſavſzky recenſita Inſtrumenti iſtius, hoc meritum

con-

concernens paragraphus hoc modo ſonat: Quod item præmentionatorum Reverendorum Patrum Cellas, & habitationes concernit, easdem quoque pariformiter oculantes, & perſpicientes reperimus unum cubiculum cum Cameræ, quod ſuperior ſolet inhabitare, pro uno Religioſo commodum, aliæ vero Cellæ in contiguitate ejusdem ædificatæ, nimium breves, & anguſtæ ſex, quarum duæ Cellæ ſunt nimium tenebricoſæ, quas Religioſi inhabitant longitudinis quatuor, latitudinis trium paſſuum, Refectorio uno parvo tenebricoſo, & culina exigua, quas Cellas intermediat ambitus tam anguſtus, ut unica duntaxat perſona poſsit pertranſire. &c. &c.

His itaque demolitis Cellis, in hoc eodemque loco Dominus prælaudatus *Demetrius Rácz*, novum è Fundamentis conſtruxit Monaſterium ſolitum, amplum, ſuper ſaxum poſitum, è ſolidis Materialibus ad duas Condignationes elevatum, ex tribus tractibus conſtans, Cellario duplici, uno majori prope ducentorum vaſorum capaci. Refectorio ſpatioſo, culina, diſpenſa pro ſuperiore Cellis majoribus duabus cum adjuncta ad latus Camera, ſimili quoque commoditate pro Vicario ſufficienti inſtructum, Cellis item aliis commodiſsimis 27. proviſum cum Cella correctoria.

Poſuit præterea atque ædificavit horreum, & infra vineam magnam, ſeu antiquam dictam domum vinariam, utrumque ædificium lapideum, ſolidum, amplum. Denique cingi curavit muro quoque hortum viridarium. Tandem

Pro his omnibus ædificiis conſervandis, Fundum aſsignavit, omiſitque competentem.

O 2 Pium,

Pium, liberalem hunc ſuum affectum in Pócsienſe quoque Monaſterium extendere voluit, idem Dominus Demetrius Rácz, hujusque etiam dimidiam partem, ſuis propriis expenſis erigi curavit, uti alias dictum eſt.

Non ſecus etiam Károlyini Eccleſiam pro parte Ruthenorum erexerat, internaque inſtructione, ſuppellectili, imaginibus, aliisque requiſitis ſufficienter providerat.

Dominus ille Natione Ruthenus, Græcum Ritum, quem à Parentibus cum Fide Catholica accepit, conſtanter, atque illibate ad mortem usque ſervaverat, & jejunia juxta diſciplinam Græcorum, etiam in ſtatu Militari conſtitutus exacte tenuerat.

Vir erat gratioſus, in converſatione affabilis, apud omnes acceptus. Annis vixit ſeptuaginta duobus, obiit in Poſſeſsione Vezend Anno Domini 1782. die 11. menſis Aprilis. Corpus vero exanime ejusdem translatum ad montem Csernek, jacet penes Monaſterium per ipſum conſtructum, in loco, ubi nunc nova Eccleſia erigitur, infra primam lateralem Aram meridiem reſpicientem, ubi collocata eſt ſupra portam intus tabula polita marmorea, cum hac Inſcriptione:

HIC IACET ILLUSTRE NATIONIS
RUTHENICÆ DECUS.
DEMETRIUS RACZ PRÆNOBILIS
DOMINUS, ET MAGNIFICUS.
IN REGIMINE OLIM KAROLYIANO
EQUES LOCUMTENENS.

DE-

DEMUM COMITIS EJUSDEM PLENIPOTENTIARIUS, AC VICES GERENS.
POST KIRIATOVICS ÆQUE RUSSUM
PRINCIPEM ISTHIC ALTER
BASILIANORUM FUNDATOR.
SEU MONASTERII JAM JAM
COLLAPSI AD MUNKACS
E FUNDAMENTIS RESTAURATOR.
MUNKACSINI NATUS SEPTINGENTESIMO
DECIMO SUPRA MILLESIMUM ANNO,
ÆTATIS TANDEM SUÆ LXXII.
MENSE APRILI DIE UNDECIMO.
A PARTUQUE VIRGINIS D. CCLXXVIII.
SUPRA MILLESIMUM OBIIT IN DOMINO.

CAPUT X.

Satis jam multa de hoc Præfule, videlicet MANUELE OLSAVSZKY, quæ per decurſum ſui Præſulatus ad Leges Boni Paſtoris, exacte, & laudabiliter geſſerat, dicta, atque recenſita ſunt, interea & illud ſupereſt adhuc ſubjiciendum: quod pro præparandis, & qualificandis, atque ad ſtatum Sacerdotalem aſpirantibus Juvenibus ob Bonum Publicum Scholas Munkacsini mox ſub initio ſui Regiminis conſtituerit. Pro Venerabili item Clero bis mille Rhen. flor. titulo Subſidii, pro ſe etiam, ſuisque Succeſſoribus Epiſcopis millia Rh. florenorum quatuor, à Cæſareo-

Regia Majeſtate exoperatus fuerit. Tandem pro Coronide eſto: Huic Præſuli Auguſta Domina MARIA THERESIA Clementiſsima Regina Hungariæ RESIDENTIAM in Oppido Munkács Regiis ſumptibus parandam conſtruendamque Anno 1751. benigne reſolvere dignata eſt, probe edocta, atque informata alteſata SSma. Regia Majeſtas: Epiſcopos Munkacsienſes hactenus in loco obſcuro, anguſto, exiguo, cubiculo uno intra ſepta Monaſterii concluſos, omni prorſus competenti commoditate deſtitutos degere; & aliunde plene convicta fuit glorioſæ reminiſcentiæ ſummeſata Majeſtas, non decere tam copioſæ Nationis Præſulem latitare, recondique; verum, ut in loco conſpicuo, utpote pro dignitate ſui Characteris, reſideret Epiſcopus. Benigna hæc Reſolutio Regia optatum effectum ſuum conſecuta eſt, dictaque Reſidentia ſine mora conſtrui cœpit, ſed quaſi ad interim tantum veluti in fundo non Regio, ſed privati Domini. Hinc ne Inclytæ Gentis Ruthenicæ Epiſcopus precario inquilinus privati Domini videretur, eadem SSma. Majeſtas abſolute voluit, ac benigne decrevit dictum Epiſcopatum Munkacsienſem ſucceſſu temporis in Bonis Regiis ſtabilire à ſe fundandum eſſe; quam ſortem Excellentiſsimo Domino ANDREÆ BACSINSZKY moderno Munkacsienſi Epiſcopo, in Dominio Cæſareo-Regio Unghvarini fundato, & reſidenti feliciter jam eveniſſe læti cernimus.

Quinque Epiſcopos Epiſcopus conſecravit Manuel.

I. *Gabrielem Palkovics*, Epiſcopum Svidniczienſem Croaticum, Karolyini Anno 1752. in Septembri.

II. *Pe-*

II. *Petrum Paulum Aaron*, Fogaraſienſem pro Tranſylvania, Pócsini Anno 1753. die 21. menſis Auguſti.

III. *Meletium Kováts*, Magno-Varadinenſem, Pócsini Anno circiter 1750.

IV. *Baſilium Boſichkovics*, Svidniczienſem, Pócsini.

V. vero *Athanaſium Rednik*, Fogaraſienſem & eodem ſub Sacro Excellentiſsimum, Illuſtriſsimum ac Reverendisſimum Dominum modernum Diœceſanum Epiſcopum M. Varadinenſem Ignatium Darabant, in Presbyterum ordinavit in Monaſterio Munkacsienſi, Anno 1764.

Etiam *Joannem Innocentium Klein*, pariter Epiſcopum Fogaraſienſem in eodem Monaſterio Munkacsienſi fuiſſe conſecratum conſtat, ſed per Epiſcopum *Genadium Bizanczy* Anno adhuc 1729. ut jam ſuperius inter Acta Bizancziana relatum eſt.

Liberum quoque Baronem quemdam *Joannem Pataky* alias *Nemes* æque Fogaraſienſem Epiſcopum per aliquem ex Præſulibus Munkacsienſibus fuiſſe conſecratum exinde conjecturare fas eſt, quod ſolus hic Græco-Catholicus Epiſcopus in Hungaria exſtiterit tunc temporis, per alterum vero quempiam diſunitum non eſt credibile illum fuiſſe chirotonizatum, præſertim cum hic dicatur prius fuiſſe Jeſuita, & poſtmodum reſumpto Græco Ritu nativo factus Epiſcopus.

CA-

CAPUT XI.

Viginti quatuor Annorum ſpatio rexit Munkacsienſem Diœceſim MANUEL OLSAVSZKY nihilque omiſit eorum, quæ ſeu ad Venerabilis Cleri ſui tam Sæcularis, quam & Regularis felicitatem, & profectum, ſeu ad ſalutem Populi ſibi commiſsi promovendam cognoſceret pro futura, ſolers ſemper in Vinea Domini, ſtrenuusque fuit Operarius Chriſti, & vere Vir Apoſtolicus. Qui dum jam ætatem maturiorem attingeret, identidem ægrotabat lecto affixus: porro mortis ſuæ tempus dicitur á longe prænunciaſſe, idque ordinaſſe, ut crypta pro ſe Pócsini pararetur penes portam Eccleſiæ exterius meridiem reſpicientem pro certa, deſignataque die, cujus perfecta præparatio, cum ejusdem vitæ termino correſpondebat etiam: tandem morti proximus, ſpiritualibus omnibus mediis proviſus, ſibi ſemper præſentiſsimus, adſtantibus è Clero utriusque Ordinis compluribus dum hanc Agathonis recenſeret Hiſtoriam: Agathon moriturus convocari jubet Religioſos Fratres ſuos, hosque præſentes ita allocutus eſt: Ubi eſt hic? & hic? & hic? atque hi alii? & reſponderunt Fratres eidem: hi omnes mortui ſunt, & ſubjungit Agathon, & ego morior, & illico exſpiravit ille, quo dicto Præſul hic quoque vertens ſe in lecto ad parietem mox ſpiritum Deo reddidit Munkacsini, Anno 1767. die 25. veteri ſtylo menſis Octobris. Demum corpus ejusdem translatum ad Maria Pócs, impoſitum cryptæ pro eodem Præſule ſpecialiter penes Eccleſiam, quam ille potiſsimum ædificaverat, præparata.

C A-

CAPUT XII.

JOANNES BRADACS,

Epiſcopus Munkacsienſis XX.

De Poſſeſsione Kaminka, Inclyto Comitatui Scepuſienſi adjacente, Originem ſuam duxit Præſul hic *Joannes Bradacs*, Alumnus Tyrnavienſis, poſtea factus eſt Profeſſor Scholæ Theologicæ Munkacsienſis, Anno circiter 1765. ſub initio Aprilis miſſus, aſcendit Viennam, qua Deputatus Venerabilis Cleri cauſam agens diligentiſsime, ſed & feliciter. Hac eademque occaſione, cooperante piæ reminiſcentiæ Manuele Olſavſzky, reſolutus eſt per Sacratiſsimam Cæſareo-Regiam Majeſtatem in Epiſcopum Munkacsienſem, & jam qua nominatus Epiſcopus rediit domum illa ipſa die, videlicet 25 Octobris Anno 1767. horis pomeridianis, qua Prædeceſſor ſuus ante meridiem vivere deſiit toties fatus Præſul *Manuël Olſavſzky*. Novum hunc Antiſtitem in limine adventus ſui duplex excepit mœror. Mors inſperata dicti Præſulis, quocum multa adhuc ore ad os loquendo, pro ſui directione communicanda habuerat, & Status Venerabilis Cleri, cujus partem non exiguam animis à ſe viderat alienis, ex eo, quod citra votum ipſorum electivum ad hoc Epiſcopale munus fuerit promotus, quibus attamen brevi conciliatis, (ſolo Luca Habina Parocho, & Archi-Diacono Homonenſi recalcitrante) Epiſcopus cum Clero unitis Viribus, ac unanimi conſenſu

negotia cuncta ſuum ſtatum concernentia tractabat, atque promovebat, deinceps dictus autem Habina in contumácia perſeverans, in Monaſterio Miſzticzienſi quodam exiguo tempore detinebatur, ſub cuſtodia, ſed inde brevi evaſit, ſeque Agriam recepit, ubi deinde mutato Ritu manſit ad mortem, functus munere (linguæ Ruthenicæ) Profeſſoris.

Epiſcopus interea obtento Brevi Apoſtolico, conſecratus eſt per Præſulem M. Varadinenſem *Meletium Kovacs*, Pócsini die 20. Aprilis vet. ſtylo, Anno 1768. Profeſsione Religioſa pridie in privato cubiculo ſuſcepta.

Cœpit zeloſe Clerum, populumque ſibi ſubjectum regere Illuſtriſsimus Præſul hic, quem in finem multa ſalutaria ſtatuta in Paſtorali ejusdem Enciclica contenta, de Anno 1769. die 26. Julii edita, publicanda, per Diœceſimque evulganda, atque obſervanda eſſe voluit. Verum nimis dein diſtractum, anxiumque reddidit ipſum Controverſia illa, quam Præſul Agrienſium adverſus ſe, ſuumque Prædeceſſorem dudum obmoverat intuitu ſubjectionis, & dependentiæ habendæ, Juriumque Cleri Græci Ritus Catholici reſtringendorum: quæ res jecit anſam, quod hic Præſul Munkacsienſis primum per Deputatum ſuum, deinde etiam in perſona coactus fuerit Regiæ Aulæ pulſare portam, & pro ſalutari remedio Cæſareo-Regiam implorare clementiam, donec obtinuit tam á ſummo Pontifice Romano, quam á Sua Regia Majeſtate eam benignam reſolutionem, quod prætenſa hæc ſubjectio non ſubſiſtat. Imo Canoniſata poſt modum Diœceſi Munkacsienſi, tota hæc lis, & controver-

ſia

ſia evanuit deinceps, paxque & tranquilitas inter utriusque Ritus Clerum reconciliata fuit.

Epiſcopus attamen ab anxietatibus aliis immunis eſſe haud potuit, etenim inſimulabatur Schismatis à ſuis adverſariis alias omnino zeloſus Catholicus Antiſtes. Suſpicionis ejusmodi de illo conceptæ, certus libellus precatorius, *Sbornik* dictus, potiſsimum occaſionem præbuit, quem ille Viennæ reimprimi curaverat pro uſu ſuæ Diœceſeos, in quo nonnulli dubiæ ſanctitatis inter Sanctos recenſebantur, & quædam Oratio continebatur, quibusdam criſibus obnoxia: qua de cauſa ſubſumptus, Catholicæ Fidei Profeſsionem coram Epiſcopo Fogaraſienſi, in Tranſylvania *Athanaſio Rednik* juſſus erat deponere, hancque etiam effective præſtitit.

Hoc Præſule Diœceſim Munkacsienſem feliciter gubernante Auguſtiſsimus Imperator *Joſephus Secundus* viſitavit Oppidum Munkács, de quo hæc in ſcriptis Monaſterii adinventa habentur:

Anno Domini 1770. die 1. Junii.

JOSEPHUS SECUNDUS Dei gratia electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus &c. &c. Auguſtiſsimæ Imperatricis — — Reginæque Hungariæ Mariæ Thereſiæ, natu maximus Filius, in Regno Hungariæ eidem Corregens, diſpoſitas Militares contractiones per I. Regnum Hungariæ Perſonali ſua Præſentia oculare pergens, per Caſſoviam, & Unghvár venit Munkacsinum die Veneris circa horam pomeridianam ſecundam. Cui ex parte Oroſzvéghienſi prope Trajectum navalem, ad Salvam Guardiam

infra Monaſterialem, Scholarum Munkacsienſium obviam prodiens Juventus genuflexit, ad ipſas dein naves venienti Illuſtriſsimus, ac Reverendiſsimus Dominus *Joannes Bradacs*, Epiſcopus Munkacsienſis occurrit, cum Reverendiſsimis Dominis ſuis Officialibus, ex parte Cleri piæ reminiſcentiæ Reverendiſsimo Domino *Georgio Szabados*, Archi-Diacono, pro tunc Cathedrali Munkacsienſi, Reverendiſsimo Domino *Andrea Zsetkei*, ſurrogato Vicario Maramoroſienſi, & Reverendiſsimo Domino *Andrea Bacsinſzky*, Parocho Dorogienſi, & Archi-Diacono, I. Cottuum Szathmar & Szabólcs, & pluribus Adm. R. R. Dominis è Clero Parochis ſuis. Ex parte vero Religionis prodiit Adm. Rev. Pater *Sylveſter Kovejcsak*, Proto-Hegumenus cum ſuis Religioſis Ordinis S. Baſilii Magni è Monaſterio in monte Csernek fundato &c.

Trajecit autem Latorczam Auguſtiſsimus Imperator cum Principe *Alberto*, ſupremo Generali Marchalo *Lascy*, Generali *Noſzticz*, & Illuſtriſsimo, ac Reverendiſsimo Domino Epiſcopo *Joanne Bradacs*, adjuncto ipſi Rdmo Domino *Georgio Szabados*, & Miles cuſtos corporis unus intrans. Dein ad Oppidum Munkács peditem ingredientem penes Caſtra, & Generales, & Epiſcopus comitati ſunt ad quarterium. Prandium ſumpſit in Aula, cui & Epiſcopus aderat. Die Sabathi ante meridiem viſitavit Arcem, dein Militare Exercitium fuit poſt prandium præſente Cæſare. Fuere autem Regimina eotum, Equeſtre Hungaricum Tökianum, Pedeſtre Gyulaianum, Dragonerianum, & Pedeſtrium Germanorum.

Ter-

Tertia autem die Junii, quæ fuit Dominica, in quam feſtum Pentecoſtes coincidit: Auguſtiſsimus Imperator elegit audire Sacrificium Miſſæ Pontificantis Illuſtriſsimi, ac Reverendiſsimi Domini Epiſcopi Munkacsienſis ſæpefati *Joannis Bradács* in Venerabili Monaſterio S. Nicolai Epiſcopi & Confeſſoris in monte Csernek, cui adſtitere Reverendiſsimi Domini *Georgius Szabados*, *Andreas Zsetkej*, *Joannes Boksay*. Adm. Rdus Dominus *Gregorius Borovſzky*, Rdus Pater *Sabbas Andrejkovics*, Ordinis S. Baſilii Magni, Scholæ Munkacsienſis Profeſſor.

Venit autem Imperator cum ſuis Munkacsino ad naves Latorczæ infra Monaſterium Eques, ibidemque in illo latere equis relictis, & Latorcza trajecta navibus, dein pedes ad Monaſterium cum ſua comitiva deductus eſt per Reverendiſsimum Dominum *Andream Bacsinſzky*, & Admodum Reverendum Patrem Proto-Hegumenum *Sylveſtrum Kovejcsak*, Religioſi vero poſt ponticulum, & per Aream Monaſterialem, in duas partes diviſa, Scholarum Munkacsienſium Juventus Eundem excepit, & adductus in Eccleſiam ſtetit in ſecundo à porta ſtallo, ſeu Forma, medium Eccleſiæ occupante; in prima ad dextrum ipſius latus Princeps *Albertus*, in tertia ad ſiniſtrum Reverendiſsimus Dominus *Andreas Bacsinſzky*, Ceremoniarius eotum vocatus ad explicationem Ceremoniarum. Reliqui Generales in lateralibus ſtabant ſtallis Eccleſiæ, Sacro taliter audito rediit ad Caſtra, quæ fuere à Monaſterio ex altera parte Latorczæ ad Munkacs, ex Caſtris in Oppido Munkács prandio ſumpto circa quartam pomeridianam feliciter per

 in-

inferiorem ad Oroſzvégh tranſitum navalem æque proceſsit Unghvarinum verſus, Caſſoviam.

Sub Præſule hoc ſeptem Canonici ſunt reſoluti, ſed nondum eotum competenti ſubſiſtentiæ Fundo proviſi.

Monaſterium Miſzticzienſe eodem Epiſcopo potiſsimum cooperante notabile in ædificio incrementum accepit. Duo enim tractus unum angulum efficientes è materialibus ſolidis prælaudato Epiſcopo ad expenſas concurrente etiam aſſurexere. Porro Epiſcopus adhuc *Joannicius Zejkan*, qua Nobilis ac Dominus loci Terreſtris Monaſterii illius Fundator fuit, in quo etiam qua Epiſcopus reſediſſe dicitur.

Rexit Diœceſim Annis 4. & menſibus circiter decem, & pie in Domino obiit in Oppido Munkács, Anno 1772. die 23. (veteri ſtylo) menſis Junii, atque ex Reſidentia ſua translatus ad Monaſterium in monte Csernek. Cryptæ impoſitus jacet.

CAPUT XIII.

ANDREAS BACSINSZKY,

Excellentiſsimus, Illuſtriſsimus, ac Reverendiſsimus modernus Epiſcopus Munkacsienſis, in Serie XXI.

Locus natalis Præſulis iſtius eſt *Benyatina*, ſic dicta in I. Comitatu Unghvarienſi ſita Poſſeſsio. Fuit is Reverendi Domini condam *Theodori Bacsinſzky*, ejusdem loci Pa-

Parochi Filius. Anno circiter 1731. natus, Humanioribus Diſciplinis Unghvárini apud Patres Jeſuitas imbutus, Philoſophicis alibi, Theologicis autem Tyrnaviæ ad Seminarium receptus, Ingenii erat eximii, paris etiam applicationis, ac proinde Studioſus in omni claſſe excellens, & idcirco pro Inſtructore Herulorum majoris notæ & caracteris aſſumi ſolitus; ex ea converſatione cum ſimilis conditionis Nobilibus à tenellis in politicis apprime qualificatus exſtitit, in libris rarioribus comparandis, habendisque qua Alumnus adhuc ſolers, pro hoc ſcopo aſſequendo fundum quemdam obtinuiſſe favore Jeſuitarum dicitur, ſub onere celebrandi quovis die Sacrificium Miſſæ; quo ex fine ad Sacrum Presbyteratus Ordinem ſolito citius promoveri debuit. Terminato ſtudiorum curſu pro cura animarum expoſitus, accepit primam ſtationem Oppidum Hajdonicale Dorogh, functus Capellani munere primum, Domino Szabados eotum Parocho exiſtente, ejusdem paulopoſt immediatus Succeſſor, caractere Archi-Diaconi diverſorum Comitatuum, & titulo Reverendiſsimi condecoratus Gregem Chriſti ſibi concreditum in loco hoc paſcebat Annis duodecim zeloſe, & ſapienter adeo, ut Præſul Manuel in eo Juvene adhuc ſapientiam cum zelo Apoſtolico tam raro, vitæque integritate conjunctam admiratus id, quod olim de Joanne Baptiſta vicini, apud ſe tacitus diceret: quid ergo Puer iſte erit? Et ideo cum eo ad ſe frequenter accerſito in conferentia noctes inſomnes exigere fuit ſolitus, & arcana quæque, non ſecus ac Joannes, quem diligebat Jeſus, recumbens ſuper pectus ejus, Andreas hic Bacsinſzky

Præ-

Præful futurus à Præfule difcebat dicente : Ifta Fili mi! tibi dico, quia ex te prævideo magnum Virum futurum, Talentis magnis, donisque infignibus ornatum videns eum, ifta prædixit ille.

Hunc demum Munkacsinum ad Cathedram in confortium fubportandorum onerum Epifcopalium affumpferat Epifcopus *Joannes Bradacs*, femper ejus Confiliis fapientibus ufus. Eundem quoque Viennam ad Sacratifsimam Cæfareo-Regiam Majeftatem, Anno 1770. deputaverat, ardua negotia Cleri eidem committens perficienda, atque ftudio & opera ejusdem fcopum intentum plene idem Præful affecutus eft.

Hoc Præfule è vivis fublato, eligitur in Epifcopum voto totius Cleri prælaudatus Dominus *Andreas Bacsinfzky*, eotum Canonicus, & Confiftorialis primarius; & fine mora, qua jam electus, nominatur per Auguftifsimam Imperatricem ac Reginam MARIAM THERESIAM, & per fummum Pontificem vigore Bullæ confirmatur, atque pro Diœcefano renunciatur Anno 1772. Porro Anno fequente 1773. fub initio Maji etiam confecratus eft per Epifcopum Crifienfem *Bafilium Bozsichkovich*, afsiftente Epifcopo Magno Varadienfi *Meletio Kovacs*, Viennæ in Capella Regia in præfentia Suæ Majeftatis Cæfareo-Regiæ, Familiæque Regiæ. Prævie vero ante hunc nempe confecrationis Actum, univerfum apparatum Epifcopalem, Mitram, feu Infulam, Pedum, Crucem præciofam cum Torque aurea, Annulum, Saccos &c. totam denique Cappellam ac requifita omnia pro Adftantibus quoque defervitura eadem Ma-

jeftas

jeſtas Cæſareo-Regia Neo-Epiſcopo huic benigne conferre, ac donare dignata eſt. Ingens hoc fuit gratiæ, Clementiæque Regiæ ſpecimen, ac Monumentum. Verum incomparabiter iſto majus eſt illum dum effuſo plane, è materno pectore fonte gratiarum, ipſum Epiſcopatum Munkacsienſem effective fundaverit, dotaverit, Venerabilem Clerum Diœceſimque pluribus Privilegiis auxerit, Libertate, Regiaque munificentia donaverit, firmaverit, atque ſtabiliverit Clementiſsima hæc Domina MARIA THERESIA. Ipſum denique Epiſcopum (quo Operatore, Promotoreque hæc præſtita ſunt) utpote decus, & ornamentum Nationis Ruthenæ: atque lumen in candelabro poſitum, honoribus auctum benigne evexerit. Hæc omnia juvat in ſpecifico referre:

Primo: In Camerali Oppido Unghvár Collegium, & Templum abolitæ Societatis JESU, cum omnibus intravillanis Appertinentiis, Tractum item plateæ verſus Arcem, cum ædificiis in eo ſitis, & ipſam Arcem Præſuli huic ANDREÆ BACSINSZKY, & conſequenter Epiſcopatui Munkacsienſi contulit, ac donavit in perpetuum, & irrevocabiliter, alteſata Cæſareo-Regia Majeſtas, collationali Inſtrumento mediante Anno Domini 1775.

Secundo: Collegium iſthoc majore ex parte ad fundamenta usque, parietibus demolitis, nova ſuper inducta ſtructura, ſumptibus Regiis pro Reſidentia Epiſcopali accomodatum eſt, omnibusque internis requiſitis inſtructum, menſali item ſupellectili competenti, aliisque commoditatibus ſufficientibus proviſum.

Tertio: Templum etiam dictæ Refidentiæ contiguum expenfis æque ex Ærario Regio clementer refolutis, pro Ecclefia Cathedrali ad Ritum Græcum, reftauratum, & interne fplendidifsime novis Imaginibus Iconoftafio raris picturis exornatum, Calicibus, atque prætiofis Apparamentis Ecclefiafticis apprime inftructum, Annuis mille octingentorum Rhenenfium florenorum reditibus dotatum eft.

Anno demum 1780. die 15. menfis Octobris ipfo Auguftifsimæ Imperatricis MARIÆ THERESIÆ Onomaftico die, præattactæ Cathedralis Ecclefiæ folennis Confecratio in Nobilifsimo omnium Ordinum concurfu, & frequentia peracta eft; fungente Confecratoris munere Antiftite ipfo Diœcefano ANDREA BACSINSZKY, Excellentifsimo ac Illuftrifsimo Domino Comite *Stephano Andrássy, de Szent-Király & Krafzna-Horka* (Titl.) Commiffarii Regii perfonam gerente, qui etiam fub ipfo Actu Confecrationis inchoato, Præfulem Excellentifsimum hoc Sermone alloqui dignatus eft:

Omnis, quam Auguftifsima Domina Benignifsime mihi demandare dignatur, Provincia honori, & folatio mihi eft fingulari, hanc tamen, qua ex Clementifsimo Ejus juffu in tanto Ordinum omnium concurfu, & frequentia hodie apud Vos defungor, & decus meum præcipuum effe duco, & jure folatio mihi eft maximo.

Quamquam enim illa tot Nationum felicitatem, terra & mari, pacis & belli artibus, per annos quadraginta felicifsime promoveat, & cum hac Nominis fui laudem apud

re-

remotiſsimas etiam gentes vel invita propaget, in augendo tamen ejus cultu, per quem Reges regnant, ut induſtriam collocat maximam, ita ſolatium invenit uberrimum.

Quidni ergo & peculiaris Nomini meo dignitas, & juſtiſsimum gaudii argumentum ſit? quod me ſuo Nomine apud Vos adeſſe voluerit, in hac functione Religionis, cujus illa ſtudium & incrementum præcipuum ſuum decus eſſe interpretatur.

Hinc Illa vobis Maternam manum porrexit clementiſsime, Venerabilem Clerum, Diœceſim Veſtram pluribus Privilegiis auxit, aucta libertate donavit, labefactata errexit, errecta firmavit, firmata munificentia donavit, ſtabilivitque.

Te vero Excellentiſsime, ac Reverendiſsime Præſul! cui hæc moles innitatur primum, idque ſolidum appoſuit fulcrum, & baſim, Te primum decus, & ornamentum (tanquam lumen in candelabro) honoribus auctum benigniſsiſime evexit, ut in grege tuo paſcendo, in bonis fulciendis æque, ac malis medendis, virtute præſtes tam prodeſſe, quam præeſſe.

Hanc illa noviſsime (ut cætera præteream) Baſilicam, quæ hodie Clementiſsimis ejus auſpiciis conſecratur, Vobis conſtituit, ut Veſtra in ſuperos Pietas in ea foveatur, ut in ea populum poteſtati etiam Civili ex animo obedire ipſa Religio doceat. Miniſtris Templi hujus Magnifici in ipſa etiam Imperiali Urbe ſua locum & ſumptus liberaliſsime dedit, quo illud olim Virtutum etiam & Eruditionis ſplendore illuſtrare poſsint; Nationem Veſtram totam iis cumu-

lavit gratiis, quæ nunc Sermonibus omnium celebratur; olim Annalibus noſtris uberem, & illuſtrem dabunt materiam.

Ex his, quæ jam Veſtræ ſint partes, quæ in Auguſtisſimam Dominam, in Auguſtiſsimum ejus Filium omnium ejus Conſiliorum, laborum participem, & Adjutorem, ſint Veſtra Officia, perſpicitis opinor, nec dubito, quin aſsiduis precibus, apud Regem Regum acturi ſitis, ut Auguſtiſsimam Reginam noſtram MARIAM THERESIAM, ac Auguſtiſsimum Imperatorem noſtrum JOSEPHUM, pro quorum diuturna ſalute, hodierna ſacra procuratis, totamque Auguſtam ſtirpem in Populorum felicitatem diutiſsime præſtet ſuperſtitem.

Sermo præfati Præſulis ad prænominatum Commiſſarium Regium.

Quæ & quanta Auguſtiſsima Imperatrix, & Regina noſtra Apoſtolica per tempus felicifsimi Regiminis ſui „ præſtiterit, multi jam omnium Virium contentione dilau„ dare adnixi ſunt: & merito, quia vere laude digna ſunt. „ Nemo unus tamen erat hactenus, qui eandem dilaudare „ potuiſſet pro merito, ſicut reapſe condigna eſt. Erunt „ porro etiam ingenia, quæ in conceptibus, linguæ, quæ „ in elocutione, præla, quæ in expreſsione laborabunt, fa„ tigabuntur, ſudabunt. Et quantumvis pro condigno non „ poterunt, quantum tamen poterunt, tantum in adornandis „ Virtutum, geſtorumque ipſius encomiis audebunt, quia „ non audere absque nota ingratitudinis non audebunt.

„ Ego

„ Ego ipſe, dum erga ſubditalem Perſonam meam, „ Clerumque, & Populum, cui immeritus præſum, Cle- „ mentiſsimæ Dominæ Regiam hanc, Regiaque Liberalita- „ te effuſam Munificentiam, dum videlicet proviſas Paro- „ chias, erecta Seminaria, apertas Scholas, inductos Pro- „ feſſoratus, inſtitutos Vicariatus, canonizatum Capitulum, „ fundatum Epiſcopatum, dum hujus ipſius Baſilicæ, & in „ ea Majeſtaticæ Inſtructionis Auguſtum donum ſpecto, per- „ pendo, mortalium ingratiſsimus forem, ſi in tantæ Cle- „ mentiæ Laudatorum numero, aut inter primos, aut „ omnium primus eſſe non contenderem, ſi magnalia ejus „ loqui unquam deſinerem, ſi reipſa in Magna MARIA „ THERESIA non tantum, ut alii Dominam, aut Patro- „ nam, ſed ſpeciali quadam ratione veram Matrem, quæ „ Ruthenam Gentem quodam modo genuit, & non exi- „ ſtenti, ut ita dicam, eſſe dedit, non agnoſcerem, non „ venerarer, non prædicarem. Agnoſco, Veneror, Præ- „ dico. Patent iſta omnibus, ab omnibus celebrantur „ præconiis meis, & ſunt plura, & majora. At in eorum „ Authorem in Auguſtiſsimam utpote Clementiſsimæ Do- „ minæ Perſonam, obtutu mentis defixo ita opprimor à „ gloria, ut oblitus privatorum, admirer potius, & adorem „ inſcrutabilem providentiam, & bonitatem DEI, quæ „ iſtam talibus, tantisque donis ornatam Majeſtatem Orbi „ huic noſtro dederit, & quidem in extrema neceſsitate „ poſito tam mirabiliter dederit.

„ Nonne dum tot ſæculorum Regnatrici Domui Au- „ ſtriacæ defectio, dum tot Provinciarum diſtractio, dum

„ communis quædam defolatio, ac Metamorphofis totius „ propemodum Europæ omnibus bonis metuenda immine- „ ret, per hanc unam, & Auguftifsima Domus Fecundis- „ fime reftaurata, & Provinciæ confervatæ, & publica „ vaftitas averfa, denique quafi exorto fole, difpulfisque „ tenebris fecuritas rediit Univerfo.

„ Quanti bone Deus! quam feroces ab undique in „ primordio ftatim Regiminis adverfus eandem motus ex- „ ftiterunt! Athlanticis profecto tunc fi quando ad fatifcen- „ tem quodam modo Imperii molem fuftentandam humeris „ opus erat.

„ Et Ecce! una (fi ita mihi eloqui liceat) una tenella „ Mulier, totum fuftentavit, impetitiones fuperavit, Re- „ gnaque fua in eo ftatu collocavit, & confervavit, ut „ omnia undique perfectam, quæ mortalibus contingere „ poteft, loquantur felicitatem.

„ En alma pax, aura favens, non peftis, non fames „ moleftat. Terra quodammodo benedicta, rerum abun- „ dantia, ftudiorum, opificiorum efflorefcentia, commer- „ ciorum augmenta, Prædia defolata impopulantur, no- „ væ Coloniæ deducuntur, Pagi, Oppida (quemadmodum „ hoc ipfum, in quo loquor Ungvár palam facit) Civitates, „ Provinciæ dilatantur, Regna integra fine bello, fine ftre- „ pitu veniunt fub Regimen.

„ Miranda profecto felicitas, fed peculiaris Divina „ Providentia, & Magnæ MARIÆ THERESIÆ; alibi „ præeffe, hic fubeffe, gloriæ fibi, & fortunæ ducunt po- „ puli. Non enim vero ætas, non fexus, non ftatus ullus

„ eft,

„ eſt, qui Maternam ejus circa ſe ſollicitudinem copioſis-
„ ſime non ſentiret. Orphani, expoſiti languidi, Viduæ
„ ejus alimonia, Religioſi Eccleſiaſtici ad competentiam
„ proviſione, Viri ſeu Toga, ſeu Sago in laboribus Patriæ
„ emeriti, honorifica quiete ſub umbra alarum dulciter &
„ ſecure perfruuntur.

„ Mirabilis ergo Providentia Dei quoad Principem
„ hanc in proſperitate Provinciarum; præprimis autem
„ dulciſsimæ Patriæ noſtræ Hungariæ, quæ ſub fauſtiſsimo
„ Ejus Regimine, eam induit faciem, ut de novo funda-
„ tum Regnum dici juſte mereatur.

„ Mirabilis in Auguſtiſsima Sobole, quarum unaquæ-
„ que quoquo demum ſe ſe vertat, oculos univerſorum in
„ admirationem, corda in amorem ſui vertit. Spectarunt
„ ex iis hæ ipſæ Partes, bis Auguſtiſsimum Romanorum
„ Imperatorem JOSEPHUM, ſpectarunt etiam Sereniſsi-
„ mum Archi-Ducem MAXIMILIANUM, & quod dixi,
„ mirabile: Omnium teſtimonio miratæ ſunt.

„ Sed longe mirabilior in ipſius Sacratiſsimæ Perſonæ
„ intuitu, quod poſt tot Auguſtas proles mundo datas, poſt
„ tot ſollicitudines Regnorum exantlatas, poſt tot vitæ annos
„ ſuperatos, tamen conſervare dignatur tam vegetam.

„ Quamquam non hoc ſolum, ſed tota vita, imo quæ-
„ libet pars vitæ vere mirabilis, ac propemodum incredi-
„ bilis videri debeat. Incredibile enim vero tantam Ma-
„ jeſtatem cum tanta affabilitate, tantam bonorum affluen-
„ tiam cum tanta abſtinentia, & jejuniorum auſteritate,
„ tantam libertatem cum tanto vitæ rigore, & regula com-
poni.

„ poni. Incredibile inquam foret, niſi videremus, qualiter „ nam ita curat Regimen Politicum, quaſi opera pietatis „ negligeret, ita dedita eſt operibus pietatis, quaſi curas „ Regiminis Politici excluderet, ita fovet vicinos, quaſi „ nec cogitaret de remotis, ita providet remotis, quaſi vi„ cinos nec videret, ita ſe gerit cum magnis, quas Idiotas, „ & ſimplices deſpiceret, ita ſe demittit ad parvulos, quaſi „ nec unam maximam ſciret ſtatiſtarum, ita manutenet „ jus terreſtrale, quaſi contribuentes opprimeret, ita favet „ contribuentibus, quaſi jus terreſtrale extingueret, verbo „ tam ſe conſtantem exhibet, quæ quaſi non Regale Sce„ ptrum, ſed Sceptri loco teneret bilancem, qua ex dicta„ mine Juſtitiæ, & Clementiæ omnibus omnia juxta opta„ tiſsimum æquilibrium partiretur. Vere viva illius Crea„ toris effigies, cujus ſapientiſsimo artificio, frigida cum „ calidis, humantia ſiccis contemperata, illam, quam vi„ demus ſtupendam Univerſi hujus efficiunt harmoniam.

„ Non ergo jam diſcant Principes ex Politicorum Inſti„ tutionibus, quidnam agere, ſed potius diſcant Politici „ ex actionibus hujus Principis, quidnam ad efformandum „ Principem tradere ipſos oporteat.

„ Ego ſane quod talem effigiem ſummæ hujus Monar„ chæ expreſſerim, nullam adulationis, exagerationisque „ notam, mihi deprecandam exiſtimo propterea, quod vi„ vens ipſa animis omnium eandem jam expreſſerit, ac „ proinde non oblatam fortuito, non efformatam conje„ ctando, ſed ex conſcientia experimentis meis & univer„ ſorum deſumptam attulerim. In qua ea omnia, & Virtu-

„ tum

„ tum, & Laudum decora liberalifsime congefta elucent, „ quæ in fummis quibusque aut fuerunt, aut effe potuerunt „ unquam.

„ Habet in hac, quod amet Patria, habent quod fu- „ fpiciant exteri, habet quod laudibus efferat, & ultima „ æmuletur pofteritas, fed habet præprimis quod gloriatur, „ felicemque fe reputet vera Virtus, quæ nunc fi quando „ jufto pondere, & prætio æftimatur.

„ Ideo felix Tu quoque Excellentifsime Domine Co- „ mes, Commiffarie Regie! qui licet ftemate Tuo inde à „ primordio Regni Hungariæ, ad hæc usque tempora fem- „ per Inclyto clarus fores, novum tamen ornamentum „ Eidem propria virtute, in Auguftiora Magnatum fubfellia „ cooptatus addidifti.

„ Felix, qui ad tantæ Majeftatis Auguftifsimæ Perfonæ „ vicem fuftentandam in hoc ipfo actu es delectus. Nempe „ dum ante quadriennium in Ecclefia Viennæ ad S. Bar- „ baram, pro Græco Ritu clementer donata primum Sacri- „ ficium peragerem, ibi Veneratus fum, Sacratifsimæ Im- „ peratricis cum dulcifsima Filia Maria Anna Auguftam „ Perfonam in ipfa per fe (nunc, dum parem gratiam in „ hac Ecclefia primi Sacrificii peragendi habeo) Eandem „ pari modo mihi datur, remotam quidem, fed præfentem „ in Te.

„ Et Tu quidem progredere de virtute in virtutem, „ Inclytum Stemma Tuum cumula novis decoribus, ego, ut „ quam ejusdem Sacratifsimæ Majeftatis in populum Ru- „ thenum effufam intueris, Clementiæ noftræque gratitudi-

„ nis Teſtis eſſe velis, etiam atque etiam rogo. Non equidem poſſum ſufficienter Maternam munificentiam, aut recenſere, aut condigne pro ipſa gratias agere: verum tamen quod poſſum facio.

„ En ſurgo, & Auguſta munificentia ornatam hanc Eccleſiam ſacris Ritibus inaugurare aggredior: in qua dein Sancta Sanctorum accedens Omnipotenti Creatori, per quem Reges regnant, Patri Miſericordiarum Holocauſtum acceptiſsimum, Filium inquam Unigenitum offeram, perque hanc Oblationem obſecrabo, ut Auguſtiſsimam Dominam, Matrem pientiſsimam, Populo ſuo porro etiam indulgeat, ſcio equidem jam ætate, meritis gravem, ſcio Cœlo maturam, ſcio Terreſtria faſtidientem, atque præ his cœleſtium deſiderio flagrantem, disſolvi cupere, & eſſe cum Chriſto: at quia eam, quæ non ſibi, ſed nobis nata, non ſibi, ſed nobis vivit, nobiſcum adhuc manere expedit Agite & vos mecum Univerſi, nunc tempus acceptabile hac præſertim die, quem & ipſa Onomaſticam, ſpeciali devotione recolit, qua vel in mea Diœceſi Sacerdotes ultra octingentos, pro ejus incolumitate litant ad Aras, omnes Hæreditariæ Provinciæ, imo totus qua late patet, & Magnam MARIAM THERESIAM noſcit (noſcit autem Univerſus) Orbis Chriſtianus vota nuncupat. Jungamus vota votis, oremus, ploremus coram Domino. Precibus lachrymis, ipſa importunitate apud Patrem gratiarum exoperemur, ut Eam nobis ſalvam, felicem, incolumem dignetur vel invitam ſervare quam diutiſsime.

IN-

INSCRIPTIO

In Porta Ecclefiæ Cathedralis Unghvarienfis, ita fonat:

JOSEPHI II. ROMANORUM IMPERATORIS
AUGUSTO FAVORE,
MARIÆ THERESIÆ REGINÆ APOSTOLICÆ
MUNIFICO ÆRE,
ANDREÆ I. MUNKACSIENSIUM PRÆSULIS
PONTIFICALI PRECE,
SACRA HÆC S. CRUCIS ÆDES
PRO GRÆCI RITUS CATHOLICIS,
ANNIS M. D C C L X X V. DONATA
M. D C C L X X I X. ORNATA
M. D C C L X X X. DIE XV. Octobris
CONSECRATA EST.

Ruthenice:

A latere dextro:
KREST. †
Chranitely vszej vszelennyi.
Kreszt Czarem derzsava.
Kreszt Anhelom szlava.

A latere finiftro:
KREST. †
Kraszota czerkvam.
Kreszt Virnim utverzsdenije.
Kreszt Bibzom jazva.

Quod Latine fonat:

Crux
Cuftos totius Univerfi,
Regum potentia,
Angelorum Gloria,

Crux
Decus Ecclefiæ,
Fidelium Firmamentum,
Dæmonum Plaga.

Anno 1733. infra lapidem angularem hæc inſcriptio
repoſita eſt:

Ad Gubernacula Eccleſiæ ſedente SSmo. Domino noſtro
PAPA CLEMENTE XII.

Regnante Auguſtiſsimo Romanorum Imperatore electo,
& Rege Hungariæ &c. &c.

CAROLO VI.

Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopo Agrienſi
Comite GABRIELE ANTONIO ERDÖDY,
de Monyorókerék fulgente.

Moderante Univerſam Societatem Jesu:
Reverendo Patre FRANCISCO RECZ,
Provinciam autem Auſtriæ ejusd. Soc. Jesu.
Reverendo Patre FRANCISCO MOLINDES,
Collegium Unghvarienſe.

Reverendo Patre GEORGIO HUNYADY,
Fundatore olim 1624. Collegii Homonenſis.

Comite Seniore GEORGIO DRUGETH, de Homona.

Idem inde Unghvárinum 1636. transferente
JOANNE itidem DRUGETHO de eadem.

Ex Commiſsione Excellentiſsimi, ac Reverendiſsimi
Diœcani Agrienſis ponente Lapidem
Reverendo Domino DANIELE KILIAN,
Canonico Agrienſi, & Parocho Sátor-Ujhelyienſi.

Panegiriſtam denique Agente
ANDREA LIANGAR, Soc. Jesu.
Præſentibus actualibus Collegii Perſonis.

Vo-

VotIs honorIbVs sanCtae CrVCIs ex pIo
a CoMIte paVLo rakoCzI,
et anna pethe Legato saXa sVper VngVarIensIa,
LapIs posItVs fVIt.

Quarto: Unghvarienſis Arx pro Seminario applicata, ære pariter Regio magnifice reſtaurata eſt.

Quinto: Abbatiam SS. Apoſtolorum Petri & Pauli de Tapolcza, Præſuli huic ANDREÆ BACSINSZKY, ejusque in Epiſcopatu Munkacsienſi SUCCESSORIBUS perennaliter, jureque irrevocabili donavit, ac contulit ſæpefata Cæſareo-Regia Majeſtas, utpote fructificantem annue 12000. Rh. flor.

Et hæc THERESIANA Collatio duplici poſtmodum ſub Auguſtiſsimis videlicet JOSEPHO II. & LEOPOLDO æque II. Romanorum Imperatoribus, atque Regibus Hungariæ ſubſecuta ſtatutione, cum aliis omnibus Donationibus ratificata, atque confirmata, conſenſuque attactorum Regum roborata exiſtit.

Sexto: Eadem Clementiſsima Domina Venerabile Capitulum Munkacsienſe Septenarium Canonicorum complectens numerum Canonizavit, ditavitque, ſeu competenti ſubſiſtendi fundo clementer providit.

Septimo: Eadem Munificentiſsima Fundatrice gaudet quoque Seminarium Unghvarienſe, pro quadraginta Alumnis alendis, ſufficienti fundo, recenter aucto proviſum. Interea noſſe oportet; Fundatum fuiſſe ab Eadem Regina Apoſtolica MARIA THERESIA Viennæ Regium Gene-

rale Seminarium Græco-Catholicum, ad Sanctam Barbaram nominatum, pro Alumnis quadraginta octo, Nationis Ruthenæ, Valachicæ, & Croaticæ Græco-Catholicorum, quemadmodum legere eſt in Inſtitutionibus Generalibus ejusdem Seminarii Sectione I. Cap. II. §. I. qui ita ſonat: Alumnorum numerus, qui victum, atque veſtitum, cæteraque omnia in virtute, & optimis Diſciplinis proficiendi ſubſidia gratis à Fundatione obtinebunt perſonis duo de quinquaginta continebitur, quousque rebus nimirum omnibus debito in ordine collocatis, aliisque ad inſtruendam Domum neceſſariis comparatis, quinquaginta Alumnorum numerus ad AUGUSTÆ mentem compleri poſsit. Id vero ex iis Diœceſibus, eoque numero, ut infra adnotabitur, accipiantur.

Pro Regno Hungariæ ex Diœceſi Munkacsienſi Clerici IX. & Monachi Baſiliani II. Ex Magno Varadinenſi Clerici VI. & ex Criſienſi item VI. nec non pro Diœceſi Scepuſienſi Latina, in qua unus Decanatus Græco Catholicarum Parochiarum eſt, ad rationem harum providendarum II. Pro magno Principatu Tranſylvaniæ, & ex Diœceſi Fogaraſienſi Clerici IX. ac tandem pro Regnis Gallitiæ, & Lodomeriæ ex Diœceſi quidem Leopolienſi VI. ex Præmislienſi æque VI. atque ex Congregatione Monachorum eorundem Regnorum II.

Hoc demum Seminarium ſub Regimine Auguſtiſsimi Imperatoris JOSEPHI II. Vienna Agriam translatum eſt primo, dein Leopolim in Gallitiam, ibi tandem etiam ſublatum; pia tamen Fundatione illa in ſuo vigore præma-

manente, quæ poſtea inter prælibatas Diœceſes Græco-Catholicas ſervata proportione ad numerum Alumnorum diviſa, ac diſtributa eſt — —

Et quandoquidem Decanatus Græco-Catholicarum Parochiarum Scepuſienſis, olim ſub Petro Parthenio Munkacsienſi condam Præſule avulſus, & Venerabili Capitulo Latino Scepuſienſi ſubjectus, ſub moderno Præſule *Andrea Bacsinſzky* Munkacsienſi Diœceſi rurſum reincorporatus haberetur, Alumnorum quoque duorum pro parte Decanatus illius, in præfato Seminario ali ſolitorum, obtingentia Diœceſi acceſsit Munkacsienſi.

Hinc conſequenter 13. Alumnorum obtingentiis præexiſtens Seminarii Unghvarienſis Fundus auctus eſt. Præterea ex præattacto aboliti Seminarii Generalis Regii Græco-Catholici Viennenſis Fundo Thereſiano in Generali Seminario Poſonienſi aluntur numero 12. Alumni pro parte Diœceſis Munkacsienſis.

Iſthoc Seminarium Unghvarienſe è gremio Venerabilis Capituli Canonicum ordinarie ſolet habere Rectorem, ſeu Præfectum, cui præter victum, & hoſpitium nihil præſtat aliud, utpote compedenti ſubſiſtendi fundo aliunde proviſo.

Profeſſores ſunt numero quinque, per concurſum eligi, & approbari ſoliti, juxta planum modernum, docentque ſecundum ſyſtema præſcriptum, lingua tamen vernacula Ruthenica, videlicet, & Valachica, tradunt omnia ſtudia Theologica, id eſt Profeſſores tres Alumnis Ruthenis ruthenice, Valachis duo valachice, materias Theologicas explanant; quorum Primarius quingentorum Rhen. floren.

re-

reliqui ſinguli quadringentorum Salariis è Fundo æque Regio clementer ſunt proviſi.

Octavo: Præter Vicariatum Maramoroſienſem præhabitum, duo adhuc Eperieſsienſis utpote, & Magno-Károlyienſis Vicariatus inſtituti, atque clementer proviſi habentur.

CAPUT XIV.

Quibus præmiſsis omnibus clementer reſolutis, atque perennali Jure collatis, traditisque legaliter, 1mum quidem Anno 1777. Venerabile Capitulum cum Scholis, ſeu cum Dominis Profeſſoribus, Alumnisque, Munkacsino cum ſummo totius Venerabilis Cleri ſolatio tranſivit Menſe Septembri Unghvarinum, concurrentibus undique Dominis Vice-Archi-Diaconis, & Parochis ex tota Diœceſi quam plurimis.

Tandem Anno 1780. (quo etiam conſecratio Eccleſiæ peracta eſt) celebris, atque glorioſus ipſius Excellentiſsimi ac Illuſtriſsimi Domini Præſulis in Oppidum Unghvár ingreſſus ſubſecutus fuit. Præſulea Cathedrali Sede ſua ibidem ſtabiliter defixa; ſicque Unghvárinum olim ferme Oppidorum poſtremum, nunc vero glorioſa Civitas Dei quodammodo eſt, Caput, & Metropolis Diœceſeos Munkacsienſis, ſplendore Infulæ corruſcans, celebribus æmulum Civitatibus, videlicet populi frequentia, ædificiorumque Ornatu in dies aſſurgentium. Circulatione pecuniæ, & Proventibus multorum Millium florenorum annuatim auctum.

E Præ-

E Præſulibus itaque Munkacsienſibus PRIMUS ANDREAS BACSINSZKY, qui Fundatum Epiſcopatum, Capitulum, Seminarium Reſidentiam in medio Bonorum Regiorum ex Clementia Regia conſecutus, gratiis, donis, Privilegiisque liberaliſsime cumulatus, honore actualis Status intimi Conſiliarii, & titulo Excellentiſsimi condecoratus, Diœceſim denique Canoniſatam, magnis dilatatam acceſsionibus, auctam Privilegiis adeptus eſt.

Evenit ſimile quoddam Præſuli huic ſub MARIA THERESIA, quod olim Mardochæo ſub Eſther Regina: Mardochæus inquit de Palatio, & de conſpectu Regis egregiens fulgebat veſtibus Regiis — — coronam auream portans in capite, & amictus ſerico pallio, atque purpureo. Omnis Civitas exultavit, atque lætata eſt. Judæis autem (ſic & Ruthenis) nova Lux oriri viſa eſt, gaudium, honor, & tripudium.

Eſther. c. 8. v. 15. 16.

Hic Primus inter Munkacsienſes Epiſcopos in Regni Comitiis ſedem, cum voto inter Magnates & Proceres Regni habere meruit, acceptis primum ab Auguſtiſsimo Imperatore & Rege Hungariæ LEOPOLDO II. Regalibus Anno 1789. Budam ad Diætam Invitatoriis.

Cæterum merita, & res omnes Præſulis hujus præclare geſtas, atque per decurſum 26. Annorum ad præſentem usque Annum continuatas, quandoquidem earum copia me inopem, & omnino inſufficientem faciat, percenſenda non aſſumo, alioquin omnium ore hæ ubique locorum de præſenti celebrantur, deprædicanturque.

Præſul hic Excellentiſsimus volens illuſtriorem reddere locum, qui olim erat ſedes Prædeceſſorum ſuorum, videlicet Epiſcoporum Munkacsienſium, Eccleſiam in monte Csernek, in locum prioris anguſtæ ampliorem, & Domui Religioſæ ſumptibus Racz Demetrianis conſtructæ proportionatam, pie ordinavit erigendam, cujus Fundamentalem lapidem Anno currente die 6. Maji ſolenni Ritu ipſo manibus propriis ponere dignatus eſt, cum Inſcriptione huic lapidi impoſita tenoris hujusmodi:

In nomine, & ad gloriam Sanctiſsimæ Conſubſtantialis,
& Individuæ Trinitatis,
Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

In honorem item, Sancti Nicolai, Epiſcopi & Confeſſoris,
Eccleſiæ hujus Tutelaris Patroni.

PIO VI. Pontifice Maximo Eccleſiam DEI gubernante:

FRANCISCO II. Auguſtiſsimo Romanorum Imperatore,
Rege Hungariæ, Bohemiæ &c. feliciter Regnante.

JOSEPHO Sereniſsimo Regni Hungariæ Palatino exiſtente:

EUGENIO ERVINO à Schönborn,
Excellentiſsimo, ac Illuſtriſsimo Sacri Romani Imperii Comite, Aurei Velleris Equite, Sacratiſsimæ Cæſareæ, & Regiæ Apoſtolicæ Majeſtatis Camerario, & actuali intimo Status Conſiliario, nec non Inclyti Comitatus Bereghienſis ſupremo, ac perpetuo Comite, Inclytorum Dominiorum Munkács, & Szent-Miklos hæreditario Domino.

JO-

JOANNICIO BASILOVITS, Ordinis Sancti BASILII MAGNI, in monte Csernek Hegumeno, ejusdemque Ordinis Proto-Hegumeno Præſidente.

In Monaſterio per THEODORUM KORIATHOVICS, Ducem olim Munkacsienſem Anno adhuc 1360. in monte Csernek fundato.

Excellentiſsimus, Illuſtriſsimus, ac Reverendiſsimus Dominus ANDREAS BACSINSZKY, Græci Ritus Catholicorum Diœceſanus Epiſcopus Munkacsienſis, Abbas SS. Apoſtolorum Petri & Pauli de Tapolcza, Sacratiſsimæ Cæſareæ, & Regiæ Apoſtolicæ Majeſtatis actualis intimus Status Conſiliarius.

In concurſu plurimorum ex omni Statu, & Dignitate Nobilium, Eccleſiaſticorum & meritorum Virorum & Chriſti Fidelium, poſuit hunc

FUNDAMENTALEM LAPIDEM

Anno Milleſimo, ſeptingenteſimo, nonageſimo octavo, die 6. Maji.

In nomine Patris †, & Filii †, & Spiritus Sancti †. Amen.

Finis Partis tertiæ.



QUOMODO SIGNUM CRUCIS SIT EXPRIMENDUM?

Est autem ſignum Crucis tribus digitis exprimendum, quia ſub invocatione Trinitatis imprimitur, de qua dicit Propheta: Quis appendit tribus digitis molem terræ? ita quod a ſuperiori deſcendat in inferius, & a dextra tranſeat ad ſiniſtram. Quia Chriſtus de cœlo deſcendit in terram, & a Judæis transivit ad gentes. Quidam tamen ſignum Crucis a ſiniſtra producunt in dextram: quia de miſeria tranrire debemus ad gloriam: Sicut & Chriſtus transivit de morte ad vitam, & de inferno ad paradiſum, præſertim ut ſeipſos & alios uno eodemque pariter modo conſignent. Conſtat autem, quod cum ſuper alios ſignum Crucis imprimimus, ipſos a ſiniſtris conſignamus in dextram. Verum ſi diligentius attendas, etiam ſuper alios ſignum Crucis a dextra producimus in ſiniſtram, quia non conſignamus eos quaſi vertentes dorſum, ſed quaſi faciem præſentantes.

Ita Innocentius Tertius Pontifex Maximus, (qui obiit Anno 1216.) Myſteriorum Miſſæ Libro II. Cap. 45. Editionis Colonienſis Anno 1575.

INDEX

EORUM, QUAE HOC LIBRO CONTINENTUR.

SERIES RERUM PARTIS PRIMÆ.

Partis primæ.

Hunc

Et

S E R I E S

RERUM PARTIS SECUNDÆ.

Index Rerum

I. Vi-

Partis secundæ.

Ubi

An-

S E R I E S
R E R U M P A R T I S T E R T I Æ.

Pagina

Idem

Index Rerum

Her-

Ele-



Errata Partis I.

Pag.	*Lin.*	*Errata*	*Corrige*
2	12	Principatu	in Principatu
9	25	Dominii	Domini
10	23	vicefimam	vicefimum
15	6	usnm	usum
17	22	in Vigiliæ	in Vigilia
—	27	Anni Domini	Anno Domini
18	16	ab antique	ab antiquo
27	12	plim	olim
29	5	que	quæ a
—	7	Episcopus	Episcopis
31	8	quorumlibet	quarumlibet
—	10	quarnmlibet	quorumlibet
44	19	in minime	in minimo
46	3	violentes	violentos
—	10	lecturum	lecturam
54	24	Illuftrifsimi, Reverendifsimi,	Illuftrifsimis, Reverendifsimis,
59	5	Quæ fuo	Quæ fi fuo
—	17	Authenos	Ruthenos
66	1	à tremento	à tremendo
67	4	incommodos	incommodis
73	6	dicti Protestandis	dicti Protestantis
77	17	Protestandis	Protestantis
—	18	proteftaturias	proteftatorias
78	20	ubi cupat	ubi caput
81	14	intuita	intuitu
83	16	preffurum	preffuram
87	23	uti informamus)	uti informamur)
88	22	Petrinentiis	Pertinentiis
92	16	Perfona	Perfonam
96	12	'ex exrcet	et exercet

Errata Partis II.

29	9	concefsidem	conceffimus
33	16	fecundarium	fecundarum
35	25	Præfenbtius	Præfentibus.
40	13	de fato	defacto
—	22	expalam eft	et palam eft
55	1	recognoscat	recognoscit
69	13	Literis	Literas
70	11	Sucerdotum	Sacerdotum
74	20	Valachia	Valachica
79	11	remonftratur	remonftratum
80	15	Muntsienfis	Munkatsienfis
81	16	Duci	duci
88	23	Pafahatis	Pafchatis
90	14	mifi	mifsi
—	—	Secerdotibus	Sacerdotibus
95	19	et mifsi	et mifi
—	25	Prædicanti	Prædicantio
98	3	quæ Fcclefiæ	qua Ecclefiæ
105	15	Provionum	Provifionum
109	24	extradatarum	extradaturum
111	6	ftabilienda	ftabiliendo

Pag.	Lin.	Errata	Corrige.
127	26	propter	præter
129	3	deſtinatur	deſtituatur
158	28	rigores	rigorose
108	10	utramque	utrumque
192	20	quocunque	quoscunque
194	18	reducatur	reducantur

Errata Partis III.

46	14	Bethö	Pethö
85	26	Vicariii	Vicariali
221	3	incomparabíter	incomparabiliter
—	4	illum	illud
138	7	ipſo	ipse